TILINGIUS.

PRAXIS CHIMIATRICÆ.

RINTELII. 1674.





6

MATTHIÆ TILINGII,

Med. D. & Prof. Publ.

Prodromus Praxeos CHIMIATRICÆ.

MATTHIÆ TILINGII,
Med. U. Doctoris, & in Academia Hasso-Schaumburgica, quæ est Rinthelii ad Visurgim, Professoris publici,

PRODROMUS PRAXEOS CHIMIATRICÆ.

SEU

Liber Singularis,

In quo præscribitur variorum Mysteriorum Chimicorum & Medicamentorum è Metallis, Mineralibus & Vegetabilibus, non vulgarium, verùm selectissimorum, ac secretissimorum (in quibus tota PRAXIS CHIMIATRICA consistit, & quæ in corporis humani partium principaliorum morbis, etiam deploratissimis, ac ab omnibus ferè Medicis derelictis præsentissimum, tutissimum ac jucundissimum auxilium præstant) conficiendorum certa Ratio: unà cum ipsorum Virtute, Usu, Dosi, Notis, Observationibus, Exemplis quàm plurimis & Indice locupletissimo.



RINTELII,
Sumptibus THOMÆ HENRICI HAUENSTEINII, Bibl. Hanov. Hildes. & Cellensis.
Typis G. C. Wächter / Acad. Typ. Anno 1674.



SERENISSIMÆ AC CELSISSIMÆ PRINCIPI AC DOMINÆ,

DOMINÆ

KUNIGUNDÆ JULIANÆ;

HASSIÆ LANDGRAVIÆ; NATÆ DUCI ANHALTINÆ; PRINCIPI HERSFELDIÆ; COMITI CATTIMELIBOCI, DECIÆ, ZIEGENHAINÆ, NIDDÆ, SCHAUMBURGI ET ASCANIÆ; DOMINÆ SERVESTÆ AC BERNBURGI; VIDUÆ;

Dominæ meæ Clementissimæ,

Salutem, & felicitatem perpetuam!


 



EPISTOLA
Dedicatoria.




N magno pre-
tio ac summa au-
toritate ab omni-
b9 Chimicis sem-
per habita est Ta-
bula Smaragdina
dicta *Hermetis Trismegisti*, quæ in va-
le *Ebron* postdiluvium inventa; sed
incertis autoribus fertur: ab aliis
in sepulchro ejus à fœmina quan-
dam *Zara* reperta; sed itidem in-
certis autoribus dicitur: & totius
Magisterii Chimici fundamen-
tum

tum, & modum componendi quandam Medicinam universalem, quæ non solùm metalla ignobiliora, ad summam perfectionem ducat, sed & morbos è corpore humano tollat, idque ad ultimum vitæ terminum incolume conservet, continere creditur. Eam integram hìc addere libet.

Verum sine mendacio, certum & verissimum: Quod est inferius, est sicut id, quod est superius: Et quod est superius, est sicut

 id,


 

id, quod est inferius, ad perpetrandum miracula unius rei. Et sicut res omnes fuerunt ab uno, meditatione unius: sic omnes res natæ ab hac re adaptatione. Pater ejus est Sol: Mater ejus Luna: Portavit illud ventus in ventre suo. Nutrix ejus Terra, Pater omnis Telesmi totius

mun-


 

mundi eſt hic. Virtus ejus integra eſt, ſi verſa fuerit in terram. Separabis terram ab igne, ſubtile à ſpiſſo ſuaviter cum magno ingenio. Aſcendit à terra in cœlum, iterumque deſcendit in terram, & recipit vim ſuperiorum & inferiorum. Sic habebis gloriam totius mundi; ideò fugiet à te

omnis obſcuritas. Hæc est totius fortitudinis fortitudo fortis: quia vincet omnem rem ſubtilem, omniaque ſolida penetrabit. Sic mundus creatus est. Hinc erunt adaptationes mirabiles, quarum modus hic est. Itaque vocatus ſum Hermes Triſmegiſtus, habens tres partes philoſophiæ to-


tius

tius mundi. Completum eſt, quod dixi de opere ſolis.

Tabulam hanc Smaragdinam Chimicorum alii *Hermetis Triſmegiſti* eſſe negant, cùm non inter reliqua ejus ſcripta reperiatur. Contrà verò alii hactenus non tantùm pro genuino *Hermetis Triſmegiſti* ſcripto eam agnoverunt, ſed & pro lapide Lydio omnium Opinionum, quæ de Chimico Magiſterio circumferuntur, habent; Omneſque in eo conſentiunt; quod falſa ſint ea, & ab univerſali medicina aliena, quæ cùm tabula Smaragdina non conveniunt: ſcribitque *Albertus Magnus*


de

de metall, l. 4, c. 6. quod *Hermes* ſi[illegible] radix, ſuperqua omnes Philoſo[illegible] phi ſuſtentati ſunt.


Verùm enim verò quid tabull[illegible] Smaragdina *Hermetis Triſmegiſt*[illegible] nobis in Chimia commodi ad[illegible] ferat? Ex ea enim Chimici ho[illegible] dierni ſuis dogmatibus patroci[illegible] cium nullum quærere poſſunt[illegible] Generaliſſimè ſaltem artificium Chimicum deſcribit, atque ita[illegible] ut certos canones, juxta quos o[illegible] peratio inſtituenda ſit, & qui o[illegible] perantem in operatione ſua cer[illegible] tum reddant, non præſcribat. Re[illegible] linquo ergò *Hermeti Triſmegiſto* hâ[illegible] vice ſuam tabulam Smaragdi[illegible] nam, ſuſpendendo hujus loco Cedrinam, in qua vera Chimia, rationi & experientiæ, tanquam

du co[illegible]

duobus fulcris, innixa, Cedro ſanè immortali quæ inſcribatur, digniſſima, exarata conſpicitur. Hæc ſcilicet juxta certas regulas ac per certa inſtrumenta corpora naturalia compoſita in ea, ex quibus conſtituuntur, reſolvit, purificat, alterat, exaltat, atque omninò ita elaborat, ut vel partes omnes ſeorſim & ſingulæ, vel iterum conjunctæ & compoſitæ, puriſſimæ, efficaciſſimæ, & ad uſus in vita humana neceſſarios aptiſſimæ ſint, & ſeu Medico, ſeu illis, qui in metamorphoſi metallorum occupantur, utilia adminicula præſtent.

Hæc phyſices firmiſſima baſis, medulla & anima eſt, ita ut vix quiſquam in phyſicis contemplationibus & naturæ perſcrutatione, ſine hac, excellere poſſit. Hæc ar-

artis Pharmaceutices Herculeum fulcrum, & totius medicinæ corona Regia & polita columna. Hæc artis noſtræ ſumma quaſi perfectio eſt, cujus gratiâ Medicus laudem atque honorem conſequitur. Hujus beneficio morbi deſperati, & ab aliis relicti citò tutò & jucundè curantur. Et nemo Medicus abſolutus eſſe poteſt, imò nec mediocris, niſi in Chimica arte ſit exercitatus. Hæc veluti ſplendidiſſima Dianæ Lampas abdita naturæ penetralia colluſtrat & clauſtra reſerat. Hæc fractis nucibus duriſſimis, nucleum nobis dulciſſimum eruit. Hæc res nobiſcum loqui facit. Ex ſinu ipſius, tanquam Amaltheæ cornu infinita bona in totum gen⁹ humanum redundant.

Hæc

Hęc venena pernitiosissima in pretiosissima alexipharmaca transmutat. Hæc in Dei cognitionem nos perducit. Hâc curantur ejusmodi morbi, quos omnes Galenici & Hippocratici Medici jam pro deploratis habuerunt.

Tot ergo illa nobis Dei optimi maximi opera patefacit, tot pandit naturæ arcana, tot antehac ignotas pharmacorum præparationes, herbarum denique, animantium, mineralium, ac omnium penè rerum abditos & in ipso naturæ sinu reconditos usus depromit, ut in genus humanum ingrati sint, qui sepultam illam velint.

In hujus itaque admirationem rapti infiniti Imperatores, Reges, Principes, Marchiones, Duces,

Co-

Comites, Barones. Inter Imperatores primum locum occupat Imperator invictissimus Rudolphus, qui inter tot præclarissimè rerum gestarum triumphos, non postremæ gloriæ sibi duxit, magno & memorabili exemplo, Vulcanicis operationibus manum admovere, & seriis ad incolumitatem imperii curis fessum animum hisce operationibus recreare, & usum harum publicum & communem facere.

In hujus admirationem raptus Celsissimus Princeps Mauritius, Hassiæ Landgravius, qui se totum naturalium miraculorum inquisitioni consecravit, & ut hæc succederet feliciter, Chimicâ corporum resolutione, analysi, separatione, tanquam divinâ virgulâ est

usus


 

usus. In hac summum oblectamen quæsivit, in hac multum horarum, sumptuum, laborum impendit. Hujus causâ sæpiùs somnum non vidit, optimè Princeps intelligens, non secùs ac prisci Cæsares, Reges, Duces, immortalem nominis gloriam, sinceram animi voluptatem, & infinitas fruges suâ suorumque utilitate stipatas, ex assidua artis Chimicæ cultura perceperunt, haud dubiè se messurum fore. Non alium in finem sæpiùs arcana propriis manibus confecit, & ægrotantibus ipse exhibuit, & eos faucibus Lethi liberavit. Hunc in finem fideles exploratores in varias, longéque remotas regiones, qui recondita spagyrica arcana hinc indè conquirerent, non sine




per magnis impendiis amandavi[t]
Hunc in finem propriâ man[u]
Spagyricis, famæ celebritate noti[s]
sæpiùs scripsit, & cum iis cora[m]
doctissimè contulit, nec non *A-*
lexandrinis beneficiis & muner[i-]
bus dignos affecit.


In hujus admirationem etia[m]
raptus Serenissimus Princeps An-
haltinus Christianus, qui anti-
quissimorum Regum, Principu[m]
& Sophorum exemplo laudati[s-]
simo inter paucos suo tempore f[e-]
rè præcipuus extitit, cui Deus e-
jusmodi habilitatem, dexterita-
temque mentis largitus est, u[t]
Chimica mysteria & intell[i-]
gere, & examine recto expe[n-]
dere sciverit. Nec solùm h[ic]
gloriosissimus Princeps, verù[m]
etiam omnes fermè Principes A[n-]
hal[tini]

haltini artis ſpagyricæ admiratores ac perſcrutatores ſummi fuerunt, quod arcana eorum egregia ac ſalutaria, quæ propriis confecerunt manibus, ſatis ſuperque teſtantur.

Ex hoc antiquisſimo Principum Anhaltinorum ſtemmate, quod cum primo lacte artem Chimicam quaſi ſuxiſſe videtur, etiam Serenisſima Veſtra Celſitudo eſt prognata. Serenisſimæ Veſtræ Celſitudinis fama illuſtris per totam Hasſiam, imò per univerſam etiam Germaniam, ob ſummam induſtriam, quam in excolenda perſcrutandaque nobili ac arte ſpagyrica adhibet, peragatur.

Hinc etiam ejuſmodi mentis

excellentiam ac induſtriæ præ-
ſtantiam omnes Spagyrici magni
æſtimant ſummiſque encomiis
celebrant. Quin imò omnes fer-
mè admirantur homines, quòd
non modò Serenisſima Veſtra
Celſitudo ejuſmodi rebus Chi-
micis valdè delectetur, verùm e-
tiam non minimam ſuavisſimæ
recreationis partem in rariorum
medicamentorum Chimicorum
præparatione quærat, beneficii
umque accepiſſe exiſtimet, ſi
occaſio ea diſtribuendi, ægrotan-
tibusque opem ferendi ſeſe offe-
rat. Serenisſimæ ergo Veſtræ Cel-
ſitudini hunc quoque Prodro-
mum Praxeos Chimiatricæ, in
quo pura myſteria Chimica con-
tinentur, humiliter offerre, dica-
re &

re & dedicare volui ac debui, humillime rogitans, ut eum benignâ ſerenaque fronte atque animo clementisſimo accipere, meque contra Zoilos & Ariſtarchos, qui Theonino dente Librum hunc arroſuri ſint, defendere haud dedignetur.

Deum Optimum Maximum veneror, ut Serenisſimam Veſtram Celſitudinem porrò ſalvam & incolumem conſervet, diutisſimeque felicem florentem-



que præſtet ac tuea-
tur.

Dabam Rinthelii die 15
Martii, Anno reſtauratæ
Salutis M. DC. LXXIV.

*Sereniſſimæ Celſitu-
dinis Veſtræ*

Subjectiſſimus

Matthias Tilingius,
*Med. V. D. & in Academia
Haſſo-Schaumburgica Profeſſor pub-
licus.*



REddidit infelix hoc ſeclum
Martia turba,
Viribus Europam ſpolia-
vit quæ ferè totam,
Non tamen id ſtudium caſſam
quod imagine mentem
Inſtruit, oppreſſit penitus, ſed ru-
dera quædam
Inter clangores belli cantusque
tubarum
Crevere, Hippocratis celebrisque
Machaonis artes
Augmentum expertæ magnum,
quæ ſecla priora
Non norant, aut à priſcis inventa
latere

Cœperunt, magno ſtudio percul-
ta videmus.
Inter cultores tales Collega Tilin-
gus
Strenuus eſt, & digno velificatur
honori,
Illuſtrans variis Medicorum do-
gmata ſcriptis.
Egregiam laudem voluiſſe volu-
mina multa
Demeret, aſt alios, quod quis no-
vit docuiſſe
Plus laudis meritat, nomen gene-
rando perenne.

Amiciſſimo ſuo Dno Collegæ & Compatri prodromum praxios Chymiatricæ edenti hiſce gratulatur.

DAVID PESTEL,
D. J. Feudorum & Codicis Profeſſ. Conſiliarius Schaumburgo Lippiacus, & Facultatis ſuæ Senior.


 



Ad
Virum Nobilissimum, Excellentissimum,
DN.
DN. MATTHIAM TILINGIUM,


M. Doct. Experientissimum ejusdem in Academiâ Hasso-Schaumburgicâ Professorem Dignissimum, famigeratissimum, Practicum felicissimum,
PRODROMUM PRAXEOS CHYMIATRICÆ
Prælo submissurum.

SUnt Bona mixta malis, impuris pura, nec usquam
Invenias, cui non sint addita semina fæcum.
Huic se subjiciunt legi quæcunque capaci
Complexu facies mundi revolubilis ambit.
Quòd nisi compositi fiat resolutio, & illa

Quæ natura velut sociali fœdere junxit,
Separet ars, quodve impurum est secludere tentet,
Vel nulla utilitas constat vel rara creatis.
Sed nec distinxisse sat est, nisi quodlibet usum,
Quem ferat, exploratum habeat, quæ commo-da gignat.
Hinc licet Hermeticæ laus non vulgata coronæ
Conveniat, tamen infinitis partibus illa
Gloria major erit Medici, quam jure merentur
Egregii Medici, sua qui chymiatrica tractant,
Aut etenim nulli, aut Chymiatri *hoc nomine clarent,*
Quod procul impuris (dictu mirabile) verum monstrantes usum Chymiæ, medicamine facto
Magnum sanando præstent: Vix credere possis,
Tantillum Tantas in se comprendere vires.
Et Tibi, præcellens TILINGI! *Fautor amice!*
Publica res medicûm æternos decernit honores.
Hanc quando spartam non tantum sedulus ipse
Ornas, Verum etiam publicando celebria scripta

Invi-

Invitas alios metam decurrere eandem.
Gratulor his ausis, & ut hic nunc Prodromus auram
Luminis acceptat, sancti velut arrha laboris,
Sic successuram spero rem protinus ipsam,
Dum celeri approperet Praxis CHYMIATRICA cursu.

Hoc gratulabundus accinebat è Buxtehudâ Bremensium d. XI. Febr anno 1674.

Johannes Ludovicus Hannemann, M.D.S.Romani Imperii Academic. Natur. Curios. Urbis Buxtehudæ Physicus.



HONORI & FAMÆ

Nobilissimi, PIETATE Non minùs quàm Doctrinâ, rerumque item Medicarum experientiâ clarissimi


VIRI

DNI. MATTHIÆ TILINGII,

Med.D. & P.P. in Academia Hasso-Schaumburgicâ ejusque Facultate Med. nunc unici.

QUod doctis notum, cecinit quondam ANGLUS OWENUS.
Diversis variè sic meditando VIRIS.
THEIologis animam subjecit Lapsus Adami
Et CORPUS MEDICIS & BONA JURIDICIS
Nec minus in sacris præscriptum est quid Medicorum
Corporis ac animæ postulet officium.

Hinc

Hinc quivis curat, ne quid neglexerit ALTER
In damnum alterius corporis aut animæ
THEIOLOgus curans animam diversus ab illo est
Pharmaca cùm non sint principia ac eadem.
Herbarum vires Medicus scrutatur & ALTER.
Dividit Eloquia ac mystica verba docet:
PRODROMUS hicce tuus tua quæ sit cura revelat
Optime TILLINGI! Chymica nonne doces?
Chymicus ecce bonus noster TILLINGIUS! atque
Quem fama extollat, dignior est reliquis.
Haud equidem invideo hoc, miror magis abdita rerum
Quæ ingeniosus amat fundere spagyricè:
Ut Cor cum cerebro, splen, hepar, fel, quoque renes
Pulmo sanentur: Balsamus egregius
Quomodo deflectens reparetur PRODROMUS arte
Auctoris variâ, ponit & ante oculos.

Ast

Ast quamvis faciat MEDICUS gaudere: subinde
Tincturis hominem: non tamen & Panace
Cùm nec in Medico semper relevetur ut æger
Interdum doctâ plus valet arte malum.
Auctor ut interea quin LECTOR & inde reportet
Fructus; Ego precor hîc PRODROMUS ut valeat!

Dni Auctoris rogatu lubens scribebat

Joh. Nisius V.D.M.
in Ecclesiâ Reformatâ Rinthelensi.



Σὺν Θεῷ καὶ νῷ.

MATTHIÆ TILINGII, MED. DOCTORIS ET PROFESSORIS PUBLICI,

PRÆFATIO AD BENEVOLUM LECTOREM,

In qua de Chimiæ dignitate & nobilitate agitur.



DE *Carneade Academico* ſcribunt *Quintilianus Inſtitut. Orat. lib.* 12. *c.* 1. *Plinius Hiſtor. Nat. lib.* 7, *c.* 30. *Gellius Noct. Attic.* lib. 7. c. 14. & *Petrus Crinitus de Honeſt. Diſciplin. lib.* 22. *c.* 14. cum *Romam Atheninenſium* Legatus in comitatu *Critolai Peripatetici* & *Diogenis Stoici*, facundiâ & oratione imprimis pollens, veniſſet, coram Senatu tàm diſertè expoſuiſſe cauſam ſuam, ut animos omnium in ſui admirationem traheret. Hic, ut majus eloquentiæ ſpecimen daret, poſt biduum pro juſtitia nervoſiſſimè diſſeruit: Poſtero die, ne ſuſpicantibus quidem illis, pro injuſtitia, non minoribus viribus, tàm luculentam habuit orationem, ... nemo non ab illa fuerit commotus, præcipuè

autem gravissimus & integerrimus Senator (Cato) qui eum, ceu bilinguem, primo quoque tempore ex urbe eliminandum censuit, quoniam illo viro argumentante quid veri esset, haud facilè discerni possit.

Ego sanè hîc eâdem animi constantiâ, pari contentione non oris quidem sed calami Chimiam encomiis ornabo, laudibusq; extollam, quas concipere cogitatione possum maximas, ejus dignitatem ac nobilitatem, quæ non solum Medicinæ Studiosis commendatissimæ esse debent, verum etiam omnibus, quibus secreta naturæ mysteria indagare cordi est: Omnibus, qui excellentissima quæque naturæ opera, aut supra nos immensum sublata, aut infra nos altè abscondita sunt, perscrutari cupiunt: Quibus ad eorum ipsorum naturæ operum indaganda arcana, cœlum ipsum ferè conscendendum, & terræ quodammodo movenda fundamenta sunt, eaque quæ sub tactum eorum cadunt variè versanda tractandaque, ut propria abditaque virtus eruatur.

Chimiæ autem dignitas & nobilitas maximè elucescunt 1. ex antiquitate, origine & ejus progressu. 2. ex ejus veritate 3. ex ejus bonitate. 4. ex objecto principali. 5. ex cultorum eminentia 6. ex jucunditate, & demum. 7. ex commodis. Primum ergò Chimiæ dignitatem atque nobilitatem probant illustrantque ejus antiquitas, origo & progressus.

Si Medicinæ originem considerare velimus non à *Machaone*, non à *Podalyrio*, non ab *Hippo-*

cra-

crate, minusvè à *Galeno* repetamus. Altius nobis assurgendum est: Ejus origo etiam supra *Chironis* imò *Apollinis* ipsius tempora quærenda est. Ad eos igitur maximè nos referamus, qui ætatem vitæ longissimam vixeruntquales erant, *Adam*, *Henoch* & cæteri: Hi omnes naturæ scientiam à Deo edocti Medicinæ perfectam cognitionem habuerunt, quæ invalescentibus peccatis paulatim extingui cœpit, & in eas tandem tenebras deducta est, quibus eam involutam hodiè cernimus. Et ipse quidem primus parens nomina rebus omnibus, jubente Deo & inspirante, imponens, rerum omnium se peritissimum prodidit. Ex illa autem rerum non externa tantùm sed penitissima cognitione Medicina descendit. Nos verò veræ Medicinæ principium à patribus ad ipsum rerum opificem referamùs. Altissimum creâsse Medicinam de terra, & hominibus dedisse scientiam, ut altissimus honoretur in mirabilibus suis, sacra pagina docet. Est enim Medicina non minima pars magnalium & mirabilium Dei, quæ humanum ingenium ex se ipso haud agnoscere potuit, nisi manifestante Deo ipso mirabilia & magnalia sua: Impossibile siquidem est Medicinam integram & sibi constantem habere sine Dei agnitione, sine pietate, sine illuminatione divinitùs acceptâ.

Magna igitur est Medicinæ majestas, magna amplitudo, quia à solo Deo procedit. O utinam inquit *Sacer Philosophus*, Moderni hoc intelligere vellent! nõ utiq; Medici tot personati haberentur, pleni avaritiâ, superbiâ, invidiâ, sine charitate proximi,

 sine

ſine cultu & dilectione Dei; neque eam pietatem habent, ut divinitùs doceantur: Mundani toti, deliciosi, pomposi, garruli, jactabundi, detrectatores & inanes. Quælibet reliquarum artium certè à ſuis præceptoribus diſcitur; Una autem Medicina & Theologia divinitùs datur. Etenim cujus eſt Medicinam creare, ejuſdem eſt dare & benedicere. Nemo igitur niſi Deum diligens charitatemque in proximum habens verè Medicus eſſe ullo modo poterit. Sed illud eſt pro confeſſo habendum, quod craſſa ignorantia noſtra ferè nihil novit eorum, quæ Deus magnalium concluſit in creaturis ſuis.

Quemadmodum verò tota Medicina ad Deum ceu principem originem refertur, ita & ejus pars Chimia. Orta ſeu particularis ejus origo ſunt homines. Prima namque inventio in ſacris, non nullorum opinione, tribuitur *Adamo* & *Tubalcaino*.

Adamum Chimiæ notitiam habuiſſe, eamque cum Philoſophiæ partibus ſuos docuiſſe, ex ſumma hujus viri perfectione colligere licet. Cognitionem habuit eſſentiæ Dei plenariam ante lapſum, naturæ viſcera inſpexit penitùs.

Tubalcainus malleator, & magiſter in cunctis opera æris & ferri perhibetur à ſpiritu ſancto in veteri teſtamento *Gen.* 4. ℣. 22. Veriſimile eſt eum non ſolum metalla ſcrutatum, quomodo ad agriculturam & alios in vita communi uſus adhiberi poſſint, verum etiam eadem coxiſſe, fudiſſe, purum ab impuro ſeparâſſe, ut naturæ rimaretur arcana;

Her

Hermeti Trismegisto interprofanos imprimis magna inventionis hujus laus adscribitur. Quis ille fuerit, & quando vixerit, Vid. *Sennertum lib. de Consens. & dissens. Chimic. cum Aristotel. & Galenic. c. 3*. Huic tamen neque *Græcos* neque *Phœnices*, neque *Ægyptios* olim artis alicujus Medicinæ inventionem tribuisse, Chimiamque à primis artificibus non *Hermeti*, sed aliis inventoribus attributam, ipsammet porrò Chimiam non esse rem multùm antiquam, evincere conatur *Conringius de Hermetic. Med. lib. c. 2. & 3.*

Destillatoriam autem artem antiquissimam, & vel ipsi *Salomoni*, *Hippocrati*, *Aristoteli* notam fuisse statuunt alii; Verùm *Hieronym. Rubeus lib. de destillat. s. 1. c. 4.* & *Sennertus lib. de consens. & dissens. Chimic. cum Aristotelicis & Galenicis* id negant, ac potiùs contrarium demonstrant. An *Aristoteles* enim Chimiæ habuerit peritiam? dubitatur. *Quercetanus Excurs. in Riolan.* id negat. contra *Anton. Günther. Billichius in Thessal. redivivo* adfirmat, & *c. 2.* demonstrat, ipsi nota fuisse principia operandi, operationum formas, artis objectum, & ipsorum operum modos, & plura alia, quæ quamvis reticuerit, ignota tamen ipsi non fuerunt, à posteritate eruenda. Nos, habuisse quidem *Aristotelem* cognita principia essendi, & objecta Chimica, ut apparet ex nobili meteorologiæ peripateticæ Coronide, nempe *lib.* 4. Usûs verò in Medicina nulla apud ipsum extare vestigia censemus.

Recens nata multis videtur Chimia. Auro na-

turæ scrutatores, quòd quærebant, industriâ ac ingenio ejus æquaturi vires, frustrati, invenerunt quæ non quærebant, remedia. Indè orta Chimiatria, quam cum in natura fundatam deprehenderent, excoluerunt, & pòst necessitate coacti magni æstimârunt.

Ex utrisque singularia confecta sunt medicamenta, prioribus seculis longè disparia, in multò nobilioribus forulis disposita, majoris etiam efficaciæ. Aurea hæc sunt secula, talibus etiam indigent medicamentis. Ferrea sunt secula, refractarii & duræ cervicis morbi: duris ergò cuneis expellendi, levioribus minùs edomabiles. Sunt qui ad visum amplæ ampullæ nauseant, his parcâ manu offerenda præsidia, granulatim exoptant sanari & granatim, οὐχ᾽ ὅλῳ θυλάκῳ non toto horreo vel sacco.

Antiqua medicina solùm fuit herbaria; & cum vetera medicamenta ex herbis parata non undiquaque officium suum facere observarentur, de aliis cogitari coeptum. In auxilium ergò adscita metallica, quæ ut centro terræ viciniora, ita cœlestium luminarium majorum & minorum virtutes propius in unum coëuntes potestatesque unitatis naturalis recipientes, admittunt.

Invenit porrò & propalavit primum hanc Medicam Chimiam *Paracelsus*, qui veterum nonnullorum scriptis, quorum tamen nullibi facit mentionem, erutis, Chimiatriã primus magno cum fastu exercuit ita tamen, ut Medicinam, quam illustrare & reformare intendit, penitùs obscurare & ever-

tere

... inceperit, quemadmodum pluribus ostendunt *Zuvingerus epistolâ principiorum Chimicorum examini præfixâ, Sennertus lib. de Consens. & dissens. c. 4.* & *Conringius de Hermetic. Med. c. 24.*

Constitutionem & interpretationem aggressus est *Petrus Severinus*, principia *Paracelsica* in meliorem ac planiorem ordinem redigens, eâdemque methodo seu demonstratione adserens. Pluribus tamen nebulis involutam ferè rem omnem reliquit.

Proximius verò ad scopum Chimiæ Medicæ collimârunt *Osvvaldus Crollius Basil. Chim. Joh. Guinterius Andernacus, Professor Parisiensis in suis de veteri & nova medicina tùm cognoscenda tùm facienda Commentariis*: *Autor libri, cui titulus*: *Introductio in vitalem Philosophiam*; *Libavius Academiæ jenensis olim Professor*, Philosophus celeberrimus: *Joseph. Quercetanus*, Chimicorum fundamentorum adsertor strenuus; *Daniel Sennertus* ab ineunte ætate optimis literis deditus, ingentes opes capacis & constantis ingenii ad illustrandam Philosophiam & Medicinam *Hippocraticam* & *Galenicam* conferens; *Paracelsica* etiam sedulò excussit principia & revocavit in usum Medicamenta. Idem fecerunt *Joh. Hartmannus* & *Joh. Petrejus Professores Marspurgenses* celeberrimi, hisq; laboribus & scriptis omnium memoriam sibi devinxerunt honorificam.

Magnis acceſſionibus tandem Chimiam locupletârunt *Rudolph. Glauberus*, *Job. Zwelferus*, & magnumGermanicorū Medicorum lumen *Guernerus Rolfincius*, Profeſſor in *Academia Salana* celeberrimus. *Et* vivunt etiam adhuc intra privatos parietes plurimi artis hujus cultores, arcanis multis ægrorum ſaluti conſulentes. verùm nihil hactenus in lucem ediderunt.

Perfectionem hactenus nemo in ea fuit adſequutus. Sicuti embryon in utero matris à primo conceptionis tempore informis latet, paulatim verò ad diſtinctionem & pulchritudinem procedit; ita & in Chimia, quod ab initio neglectum, ac etiam imperfectum fuit, id tempus ſubſequens perficit.

Deinde Chimiæ dignitatem ac nobilitatem demonſtrat ejus veritas, fundata potiſſimùm in ratione & experientia. Eſt enim Chimia non nudum figmentum; neque eſt illa ars, quæ in metallorum metamorphoſi tempus vel ſumptuoſè conſumit, vel inutiliter perdit: quam *Petrarcha lib. de remed. utriuſque fort. dial. III.* mentiendi & fallendi artem, *Phil. Melanchton in explic. Evangel. in Feſto Epiphan.* ſophiſticam quandam impoſturam, *Peucerus* eò amplius in *divin. divinat. tract.* Dæmonis præſtigias appellant. Cum quibus facit illuſtris *Scaliger*, qui *exerc. 23. pag. 110.* diſertè ſcribit, ſe Chimiſtarum fornaculas odio odiſſe plusquam Vatiniano. *Sunt enim* inquit *machinæ ad aucupia crumenarum, à quibus aurum, quod poſtea pollicentur aliis, ſibi capiant prius*, Undè

dè idem Heros in *Man. Catull. de Turpilione Alcumista.*

Carbonarius, ille quem videtis,
Non est ô lepidi mei sodales.
Impostor malus: hunc cavete fures.
Vult artem sibi vindicare vestram;
Verùm artem Vafer arte condiendo:
Sic artem, puto, mutat ut metalla:
Quæ mutata manent tamen priora,
Imponit faciem facetiorem,
Plumbo, cinnabarique, sulfurique
Aurum pollicitus parare plumbo.
Mentitur penitùs, nec ille mutat,
Aurum transmovet in nihil frequenter:
Quando aurum nequit excitare ab ære,
Ne non mutet, ut antea recepit.
O sæclum stupidumque, plumbeumque.
An post aliquid boni, probique
A fuligine & improbis favillis?

Et alibi:

Dic Alchymistæ follium voratori
Quem qualis impostura crebra ditavit,
Auriflua cum pauper arte sit factus,
Levior qui, inanior que folle, ventoque est,
Cedat pudori jura, veritatique
Crumeni mulgus stultioris ætatis.
Auro ille nunquam, semper at fame pallens.
Nam quâ viâ, quâ ratione, quo vultu

Aurum popoſcit, qui daturus eſt aurum?
Pro præmio aurum poſcis, & crepas aurum
Hic ergò, cujus è metallica vena
Quæ Ceſſiteridem ſudat, aut Molybdænam
Lithargyrum, aut Hydrargyrũ, aut Sideritiũ
Profitebitur, jurabit, aſſeverabit
Iri excitatum lucidas notas auri
Fronte impudenti, & plumbeo planus vultu

Sed ars ea eſt (ad inſtitutum redimus) cujus beneficio & induſtriâ aquæ, liquores, tinctura & ſalia non ex herbis ſolùm, lignis, radicibus verùm ex ſuccis etiam concretis, terræ foſſilibus unionibus, coralliis, lapidibus pretioſis aliisque id genus ſolidis corporibus extrahuntur; nec non ſublimes quoque Spiritus, facultates & quintæ eſſentiæ ex iiſdem eliciuntur, atque in peſſimorum morborum, qui aliis non cedunt remediis curationibus, totius corporis tutandi gratiâ feliciter cum ſucceſſu exhibentur. Quòd à multis autem hodiè inviſum ſit Chimicorum nomen, culpa partim ignorantium inſcitiæ, partim imperitorum prævaricationi, partim etiam, ac fortè præcipuè, improborum ac fraudulentorum hominum impoſturis adſcribenda eſt. Quòd ſi nulla ars damnari jure poteſt, quòd vel ab ignaris imperitè, vel à maleferiatis iniquè tractetur: Hanc ſanè dictas ſolum ob cauſas aliis inviſam reddi maxima, profectô, injuria eſt. Tot enim il nobis Dei, Opt, Maximi operâ patefecit: tot

par

pandit naturæ arcana: totantehac ignotas Pharmacorum præparationes, herbarum denique animantium, Mineralium ac omnium penè rerum abditos, & ipso naturæ sinu reconditos vsus depromit, ut in humanum genus ingrati sint, qui sepultam illam volunt.

Ars ergò ea est vera & certa, certisque duobus fulcris innititur, rationi scilicet & experientiæ. Quare etiam Chimia non versatur solùm in cognitione & contemplatione corporum mistorum, ut scientia Physica; sed finem etiam habet τὸ ἔργον seu πρᾶγμα, magisterium, tincturas, quintas essentias & similia; ac merito ipsi locus inter practicas disciplinas & artes conceditur: etiamsi fortè inveniantur, qui theoriâ solâ contenti ad jucundissimas artis hujus ἐγχειρήσεις vel magistris idoneis destituti, vel gravioribus aliis negotiis impediti, per accidens se non accingant. Hînc præclarum illud axioma, quod omnibus viris Chimiatris summè commendabile esse debeat: quantùm videlicet experientia in universa alchimia procedit, tantum ratio de ejus certitùdine & operandi modo meritò statuere debet. Quapropter cùm experientia practicæ veritatem theoriæ corroboret, unicè verum Chimiatriæ Studiosum eò allaborandum esse censemus, ut manuali experientiæ noctu diuque incumbat, quâ tandem dulcissimâ hujus artis usurâ frui possit. Quod ipsum etiam suadet & fideliter veros doctrinæ filios adhortatur *Petr. Seve-*

rinus

rinus in jd. Med. Philosophic. c.17. dùm inquit: *jte filii, vendite agros, ædes, vestes, annulos, comburite libros, emite calceos, montes accedite, valles, solitudines, littora maris, terræ profundos sinus inquirite: animalium discrimina, plantarum differentias, mineralium ordines, omnium proprietates, nascendi modos notate: rusticorum astronomiam & terrestrem philosophiam diligenter ediscite, nec vos pudeat: tandem carbones emite, fornaces construite, vigilate & coquite sine tædio. Ita enim pervenietis ad corporum proprietatumque cognitionem, alias non. Et addit: Hæc mandata gravia essent, nisi laborum beata præmia pollicerentur.* Hæc ille. Non tamen volumus indè Chimicastrorum experientiam, quæ temeraria, sed eam, quæ ἐν τῷ λόγῳ sit fundata; certum enim est ac firmum, eos omnes absque vera & naturali ratione Vulcani violentiâ, sublimationibus variis ac reverberationibus, ardentibus itidem ac erodentibus menstruis rerum naturas quodammodo immutare, destruere ac pervertere; non autem veras, ut nugantur, ex illis extrahunt essentias: multò minùs solare & salutare illud separant balsamum.

Tertio Chimiæ dignitas ac nobilitas elucescunt ex ejus bonitate, ortâ à fine optimo, qui est ægros sublevare, ubi nullæ divitiæ, nulla humana di-

dignitas ſubvenire poteſt, & ſanitas præ omnibus bonis expetenda: ea ſiquidem reverâ *Croeſi* divitiis potior exiſtit. Quid enim juvaret feliciſſima rerum omnium affluentia, ſi lectulo affixus eâ quis frui non poſſet? Quid juvarent Attalici edulentorum potulentorumque apparatus, ſi animus triſtis, ventriculuſque nauſeabundus adſtaret? Nonnè potius palmarium eſſet, nil habere, & optimâ corporis conſtitutione præditum eſſe, quam divitiis abundare, & corpus morbis obnoxium circumferre? Intellexiſſe hoc optimè videtur *Auſtrius Albertus*: quem interrogatum, quæ nam eſſet jucundiſſima poſſeſſio, reſpondiſſe ferunt: *Sanitatis, cujus theſaurus tam pretioſus eſt, ut quidvis potius perpeti debeat homo, quàm eum ſibi eripi ſinat.*

Quartò Chimiæ dignitatem ac nobilitatem oſtendit ejus objectum principale, quod eſt homo, omnium animalium præſtantiſſimum, & præcipuum Dei opus. Omnia quidem animantium genera (ut cum *Epicteto apud Arian. l. 2. c.* 8. loquamur, Dei opera ſunt, ſed unus homo opus illius eſt præcipuum, & cujus gratiâ cætera ſint creata. Illa Deum intra ſe non habent: homo verò divinæ naturæ particula eſt, & intra ſe illum circumfert: non debet igitur ſuæ nobilitatis oblíviſci: ſed quicquid dicat, faciat ve, meminiſſe DEUM præſentem eſſe: non illum ex auro vel argento, quem fortè geſtabit: ſed

quem

quem intùs atque in animo suo quisque hominum circumfert: pessimè verò illi sibi consulunt, qui impuris cogitationibus & actionibus sordidis illum polluant. Hoc objectum principale, scilicet corpus humanum, in morbos delapsum Chimicus medicamentis suis suavibus, tutis ac citis reficit erigitque, & quantum in naturæ & artis potestate est, sanitati pristinæ restituit.

Quintò Chimiæ dignitatem & nobilitatem comprobat cultorum ejus eminentia. Artium omnium nobilissima est Medicina, quam dignam Diis judicavit antiquitas, quamque olim potentissimi Reges ac Magnates facere, scriptisve illustrare honestum duxerunt. Ex sacrarum literarum monumentis non ignotum, *Salomonem* Regem sapientissimum sermocinatum fuisse de arboribus plantisque à cedro *Libani* ad hyssopum usque è pariete prodeuntem, de animalibus item jumentisque, de volatilibus, reptilibus & piscibus. Ex ethnicorum monumentis quoque notum, Reges & Principes non paucos Medicinam inventis suis excoluisse, è quibus fuerunt *Gentius Illyricorum*, *Xamolxis*, *Thracum*, *Attalus pergami*, *Evax Arabum*, & *Sapor Medorum* Reges. Quid taceamus reliquos Imperatores ac Duces, *Josinam Scotorum*, *Mithridatem Ponti* tyrannum, *Dionysium* Imperatorem *Siculum*, *Constantinum quartum*, *Constantinopolitanum* & *Hadrianum Romanorum* Imperatores invictissimos. Ita etiam *Lysimachus Macedoniæ* Rex Lysimachiam invenit, & nomen illi suum

suum impertitus est; Euphorbium *Jubæ Mauritaniæ*, telephicum *Telepho Mysiæ* Regibus; echium & anchusa *Alcibiadi Atheniensium* Duci fortissimo famam conciliarunt. Eupatorium Rex quidam, sive *Antiochus*, sive *Ptolomæus* cognomento *Eupator* invenit. *Mithridates* Rex *Ponti* Mithridation plantam, *Craterva* teste, reperit; qui etiam primus sanguinem anatum *Ponticarum* quoniam veneno viverent, antidotis miscuit. Vid. *Plinius lib.* 25.*c*, 2. *Histor. Nat.* & *Gellius Noct. Attic. lib.* 17.*c*.16.

Non minoris certè existimationis est istius pars, Chimia. Ea quippe ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus ac Nobilibus excolitur. Principum aulis etiamnum in deliciis est, ac omnem ferè gubernat medelam.

Sexto Chimiæ dignitatem ac nobilitatem confirmat ejus jucunditas & oblectatio summa. Quid enim jucundius, quam ea noscere atque oculis penè cernere manuque tractare, quæ procul à sensu & cognitione nostra peccatum posuit? quàm in ipsam penitùs absconditam naturam descendere? Quàm partes universi in particulas quasque miminutissimas scindere? ipsaque naturæ principia in manu habere. Nam, ut *Hier. Rubeus* in *Epistol. dedic. lib. de destillat.* ait, artis istius cum natura ludentis, ac potius, ut *Zeno* dicere consueverat, naturæ artificio sè ambulantis miracula conspici jucundissimè à nobis possunt, dum varii ex aridissimis quandoque rebus destillantis humoris halituumque colores prodeunt, perindè ac riparum

rum vestitus viridissimi, ac prata floribus distincti coelumque ipsum versicolore sub aurorum facie. Præterquã quòd hînc quandoq; latè diffusã planciem, quandòq; montes in ipsis vasibus videre videamur: sæpè liquores perlucidos amnium sæpè lacus sæpè fontes. Species etiam se nobis objiciunt frugũ, species arborum; quæ & fructus feram aquarũ præterea inductionib9 terris quandã quasi foecunditatem damus, sic ut artis ope in rerum natura ferè alteram naturam efficere videamur. Et ut omnia paucis comprehendam: Studia Chimica juventutem alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis refugium ac solatium præbent. Chimia beneficii semper dandi cupida apud omnes beneficia reperit. In ea excellere est inter præstantiores eminere, eam excolere, est summo homines cumulare beneficio.

Septimò tandem Chimiæ jucunditatem excipit summa ejus utilitas & commodum, quod ex hac redundat, ejusque dignitatem & nobilitatem non parùm auget. Quid publicè privatimque utilius, quàm mortalitati nostræ, quantum quidem licet, subvenire, Morbos aliaque corporis incommoda arcere atque depellere, & languentem proximum atque jacentem restituere? Hæc omnia certè præstat Chimia seu pars Medicinæ spagirica. Nulla res tam vilis, tâm foetida, tàm venenosa est, quin separatione elementorum spagiricâ, simplici artificio, summarum virium Medicina fiat. Non caret sanè gravimendacio, quod à plerisque dicitur, podagram paralysin, hydropem, quartanam &

similes

nales n orbos incurabiles esse. Quomodo fint
ti incurabiles morbi? An quia Deus morbos p
eccatum immisit humano generi & eorum rem e-
ia creare nescivit? Aut non potuit, aut non vo-
it. Nescivisse, aut non potuisse nemo dixerit,
on voluisse pauci à Deo dixerint, Quomodo
nim cum morti æternæ remedium dare voluerit,
mporali infirmitati remedium creare noluisse
nscebitur? placuit cum morte temporali om nes
orborum species in hominem immittere ob vin-
ctam; Sed voluit, quia potuit, omnium reme-
ia curare ob misericordiam & bonitatem suam,
reavit sine dubio medicinas tollentes podagr ar,
ralysin, hydropem, quartanam & cæteros mor-
os, quos Medicorum vulgus judicat incurabiles,
uòd autem ignorent Medici eas, primum facit
pietas ipsorum & incredulitas; siquidem mul-
parùm curant Deum, minùs proximum, maximè
cuniam; posteà supina negligentia in inquiren-
magnalia Dei & secreta naturæ. quomodo
us magnalia inquirent, quem ipsum esse non
edunt, aut non cognoscunt, aut parùm curant,
Si quæ ergò in illis est pietas, Deo & naturæ
uriam non faciant, discantque potius, rerum o-
nium constitutionem, itemque morborum &
itatis semina esse in sulphure, mercurio & sale,
ut de sale, prioribus duobus principiis princi-
tis hoc tempore prætermissis, sa tem dicamus,
is primùm in hoc subjecto admiramur Dei o-
nipotentiam considerantes obstupescimus,
òd tàm magnus, tàm mirabilis tàm potens in

creaturis suis sit; quòd tanta in natura lateant ti
cana, tantaque mysteria. Ex qualibet re vegetal
li, animali atque minerali sal fit. Idipsum videm
passim in natura facere voluisse Deum, ut sub v
pretiosum contegeret, ne raperetur ab indign
Notum est rerum creatarum unicum esse genus g
neralissimum, à quò reliqua genera & species
individua nata sunt, indiesque propagantur im
nem usque seculi. Hæc res est natura primitiv
Deo creata: Hæc est ille Phœnix, tàm occulta
à Poëtis, qui igne nascitur, producitur & propag
tur: Nullo etiam artificio deperire potest: Si
in aquis, sive in aëre, aut in terra vel igne ex
stens, perpetuò conservatur & conservat. M
sterium siquidem universæ naturæ, vitæque h
manæ medicamen, ad longissimam usque ætate
in se continet. Maxima sanè est vis omnium
lium in Medicina: rerum virtus in regenerato
corpore, in quo est rei proprietas. Unde Alph
dius sal non est nisi ignis, nec ignis sulphur, n
sulphur nisi argentum aliquod vivûm, reducti
in pretiosam substantiam cœlestem, incorrup
bilem, quam nonnulli lapidem vocant. Item sal
tàm mineralium, quàm vegetabilium & anima
um origo, quia omnia in eo resolvuntur. In sa
sunt tres substantiæ symbolizantes. Prima su
stantia est ipsummet corpus fixum & fusile inst
metalli. quod ab eo exit est sal armoniacum, qu
sublimatur & non comburitur: quarè respondi
mercurio: sal petræ sulphuri. Magnâ sanè in
tiâ medicorum multi agitantur, qui istis natu
adm

mirandis arcanis neglectis, insuperficie rerum certa saltem fluctuant, & medicinam omnem corpore, non verò in forma quærunt: difficile illis cujuslibet corporis formam indagare specificam, & purum ab impuro separare: Medicina non in corpore, sed in forma specifica, in qua illa virtus est, consistit. Corpus autem mortuum ineptum est ad agendum. Forma verò cùm virtus, ipsa operatur; ipsum corpus vivificat sum resuscitat & spirituale reddit. Quod omnia deinceps penetrat, cui nulla amplius corruptio advenire potest. Postremò spirituale hoc & vie ipsum corpus diversis reiterationibus exaltatū proto exhibemus. Quis jam tàm rudi ingenio, qui non ratione assequatur, quanta sit hujusmodi Medicinarum efficacia? quanta in agendo ista celeritas? cùm velut in ictu oculi penetret omnia, consumat superflua, renovet deperdita, net morbida; nec ullam admittat ulteriorem corruptionem. Hoc nusquam metallum limatum, ne in liquoribus extinctum præstabit; minùs margaritæ aut corallia contrita, quæ calor noster naturalis nequaquam resolvere potest.

Præter utilitates jam adductas, alias adhuc nobis Chimia præbet; quod scilicet suaviora, salubriora & tutiora medicamina præparet; atque hâc ratione ars ista Chimica à pharmacopœia vulgari, quæ etiam medicamenta concinnat illa quidem & salubria, sed minùs grata, distinguitur. Nam quod ad suavitatem attinet, in confesso est, ægrotum citius parum conservæ rosarum,

cui grana fortè quatuor Mercurii vitæ,per inf[...]
ora tantùm purgantis, commixta sint, assump[...]
rum quàm multas electuariorum diacatholici,[...]
phænici &c. drachmas: Citius pilulam un[...]
vel duas extracti panchymagogi *Crollii* conform[...]
tas,quàm decem vel quindecim pilularum [...]
quibus,aurearum,cochiarum, fœtidarum, ma[...]
chinarum: Citius grana quatuor aut quinque [...]
zoartici Mineralis, vel decem antimonii diap[...]
retici, quam potionem aliquam sudorificam [...]
mithridatio theriaca, electuario diascordii *F*[...]
castorii confectam: Citius jusculum cremore [...]
Magisterio tartari conditum, quam haustum [...]
gonisticum apozematis, syrupive alicujus ma[...]
stralis, ad descriptionem, nescio, quos pedes [...]
gam laboriosè confecti. Fieri tamen poterit [...]
quandoque ejusmodi pocula & canthari medi[...]
mentorum vulgarium suavitate Chimica lon[...]
superent: nimirum tunc, cum ægrotantium n[...]
nulli allatis illis, & nondum manu prehensis, [...]
saporis & odoris eorum nauseabundi imaginat[...]
ne, non vi aliqua Magneticâ concitati, ἄνω καὶ κ[...]
τω vomunt & dejiciunt: id quod medicamen[...]
Chimicis præstari hactenus non potuit.

Salubriora autem & tutiora sunt arte spagiri[...]
concinnata remedia quàm vulgari modo præp[...]
rata, quoniam in illis purum ab impuro, ma[...]
gnum ab alexipharmaco, corporeum à spiritua[...]
inutile ab utili separatum, ac proindè ventric[...]
lum suâ mole non molestat; nec operationes su[...]
differunt, sed citò cum morbis colluctari inc[...]

un[...]

nt; eosque victas dare manus festinanter cogunt
c cerevisia defecata salubrior est non defecatâ:
c vinum à tartaro suo depuratum tutius hauri-
r, quàm vinum ex uvis recenter expressum: sic
bi, seclusis à natura excrementis, post multas co-
iones singula corporis nostri membra nu-
iunt: sic citius aqua cinamomi aut balsamus
us in lipothymiis spiritus vitales reficit, quam i-
sum cinamomum integrum: sic guttæ aliquot
eianisi plus præstant, quàm decem ejusdem un-
æ integræ. Vulgus autem præparationes o-
es improbat, & integris uti mavult, quàm in prin-
pia sua redactis; ac ita non sufficientes aut con-
enientes adhibet; undè non raro ægrotantes ob
evoratas partes noxias, excrementitias & vene-
atas unà cum salutaribus & utilibus, expugnato
orbo, cum symptomatibus gravioribus post-
odum supervenientibus, & ipso priori morbo
ericulosioribus conflictantur.

Deindè aquæ Chimicæ odorem & saporem
egetabilium integrum referunt: Vulgares autem
ihil aliud sunt, quàm phlegma inutile, & aquæ le-
iter putrescentes: Illæque multos annos durant:
æ verò vix mensem unum aut alterum. Et si-
nti aquæ vulgares Pharmacopolarum extremam
alignitatem à vasis plumbeis acquirunt, sic non
inorem & decoctiones eorundem à vasis cupre-
, quæ eò deteriores adhuc evadunt, quòd in ea-
um præparatione subtiliores & meliores partes
n auras evanescant, & situ paulò post contracto,
orrumpantur, inutilesque reddantur. Insuper

analeptica & cordialia, quæ ex corallis perlisq; in pulverem contritis & cribratis, nec non au foliato præparantur, quas vires alias in corpore h mano exerunt, nisi quòd ventriculum incrustan eumque aliàs languidum magis enervant? Co trà quintæ essentiæ Chimicorum, & magisteria iisdem & tincturæ auri absque corrosivo fact sicut in quovis liquore, facilè solvuntur, ita solu & intra corpus admissa vires collapsas restauran ac pristinum vigorem restituunt. Quid quòd m dicamenta vulgaria in morbis chronicis rarò o tatos sortiantur effectus, utpotè ex vegetabilib tantùm desumpta, quibus contumaciorum mo borum radices firmiores funditùs exstirpari & velli nequeunt. Chimica vero præsertim ex m tallicis & mineralibus præparata, upotè potenti rum virium & majoris efficaciæ, incurabiles vu gò morbos, epilepsiam, lepram, quartanam, p dagram, hydropem ἡσύχως, ταχέως καὶ ἀσφα λῶς percurant. Ars egò Chimica gratiora, sal briora, meliora ac tutiora medicamenta in ægr tantium auxilium & solatium concinnat.

Age igitur, Sacra Medicina, lætare de accessi rio hoc divino munere: Nunc tua παμβασιλεί per universum diffusa orbem utroque crure nit tur: Nunc sanitatis es mater, incolumitatis co poris & animi conciliatrix, tutatrix, curarum ex pultrix: Nunc pharmaca θεῶν χεῖρας invenis; Nunc securissimum es adversus ingruentium mor borum agmina munimentum, domi æque ac fori necessarium; pro summis, infimis, pro omnium

salute

alute vigilantissimè incubas, Vitæ amica, mortis inimica: in adversis præsidium, in secundis solatium, ac saluberrimum vitæ condimentum.

Quemadmodum verò reliquæ artes ac disciplinæ universæ, quò illustriori loco positæ sunt, eò magis malevolentiâ hominum deprimuntur; ita & ars Chimica, quæ abditos naturæ recessus aperit, corporibus languentibus citissima, jucundissima tutissimaque medicamina porrigit, ne omni ex parte beata sit, suos habet calumniatores, quorum omnes deliciæ in acerbis sitæ sunt dicteriis: quique in placabile ac irre conciliabile bellum ipsi in dixerunt.

Dicunt enim primò: Chimia contemptum parit. Ille qui in admiratione omnium poterat versari Medicus, Chimiæ accessione inter contemptissimos numeratur. Mendacem & futilem hominem nominare qui cupiunt, Calendariographum dicunt; at qui fceleratum simul ac impostorem, Chimicum. Chimicos Imperatorùm Prætorumque damnàrunt, eorum libros, *Diocletiani* Vulcano consecrârunt decreta, Si Chimicus fueris, continuò etiam magus audies; est enim scelus hoc crimini illi adfine. Et quoniam unrúmque exercuit, aut præ se tulit præterito seculo *Paracelsus*, tituló Chimiæ, cultor hujus simul audiet, *Para.e sista*, & communium delıriorum reus.

Crede ratem ventis, corpus ne crede Chimistis:
Est quavis Chimicâ tutior aura fide.

 Verùm

Verùm enim verò hoc κακολόγιον saltem in deceptores non autem in veros hujus artis cultores quadrat. Deceptores sunt aurum perdæ illi qui aurificinã somniant &, artis imperiti, qui arcana crepant, nullorum compotes. Vox etiam magiæ, si generaliter sumatur, nulli est opprobrio.

Hoc deinde inferunt Misochimici: Chimiam opum deprædatrix; suis cultoribus tandem paupertatem minatur. Chimicus namque ut naturæ, cui destruendæ unicè incumbit, hostis est; ita & opum tabes & funus ultimum; quicquid habet patrimonii, in favillam vertit. Malè ipsum habet natum aurum argentumque & ad perniciem eorum se studiosissimè accingit. Dum transmutando hydrargyro inhiat; se ipsum transfigurat in mendicum. Sic *Bernardus G. Penotus à Portu S. Mariæ Aquitanus*, admirator artis Chimicæ summus; anno ætatis 99. ut in extremo senio, ita etiam extremâ paupertate & miseria in nosocomio *Yverdani*, in ditione *Bernensi*, circa finem August. diem obiit. Et cum *Fabricius Hildanus* ipsum inviseret, rogaretque, ut, si quid arcani haberet, publici boni causâ communicaret, nihil præter animum observavit. Ex relatione ejusdem *Fabricii* habetur, dixisse aliquando *Penotum*; se, si alicui male vellet, quem apertâ vi aggredi non auderet; saltem autorem ipsi futurum, ut Chimico studio totum se traderet.

His Chimiæ osoribus responsione nostrâ ita occurrimus: Sermo saltem hic est de illis, qui-

bus auri conficiendi cura petissimum cordi est. Rationales & prudentes Chimici alium longè scopum habent. Sumptuosa est non nisi illis, qui leas opes suas profundere soliti sunt; aut qui perniciosâ ditescendi cupiditate ad *Croesi* opes festinant. Non inchoandum est Chimicum studium â metallorum transmutatione. Non destruit naturam Chimiater ex divinorum operum odio; sed sanctum habet propositum ex mundi campo cum reverentia operi suo petere materiam, in qua investigat arcana majestatis divinæ, & non foris tantùm, sed & intùs naturæ arcana cognoscat. Singularis rei integritas isto opere destruitur; non verò aliquid universale, aut certa aliqua species.

Proponunt tertiò Chimiæ contemptores: ars Chimica utitur medicamentis venenatis, & naturæ humanæ planè adversis: utpotè metallicis & ex mineralibus desumptis; plerisque acribus & corrosivis: plerisque calidioribus, quàm ut conveniant, & grave ἐμπύρευμα redolentibus: plures marte Medico quam bellico interficiuntur.

Gravia certe hæc sunt tela, & Chimicorum jugulum petitura, nisi rationis & experientiæ clypeo excepta dexterè elidantur. Verùm non solis metallicis utitur Chimicus sed etiam ex animalium & vegetabilium regno plurima petit alia, eaque artificiosâ ἐγχειρήσει in effectibus nobiliora reddit, Nec omnia metallica, quibus Chimia utitur, noxia sunt. Quæ autem veneni alicujus suspicionem habent, eorum centra pene-

trat, rimatur, materiæ craſſitie vel accidentium pondere præpeditas naturæ vires ac potentias ſolvit, & ad deſtinatam à natura actionem deducit. Sæpe etiam duo venena conjungit, ut in duello ſe interimant, illorumque ex ſanguine ſalutaris medicina enaſcatur. Martialia Medicamenta ritè præparata, ſacra ſunt ægrorum anchora. Vegetabilia non omne abſolvunt punctum, ſociabilis mineralium harmonia accedat ſæpius, neceſſe eſt. Vitio vertitur belli duci, qui ad validiſſimam hoſtis invaſionem lævis armaturæ militem opponit. Truculentis hoſtibus valetudinis noſtræ, morbis occurrendum non pigmæis, ſed gigantæis remediis. Diræ illæ non amant placari levi victima. Et nemo ſanè, ut cum *Matthiolo lib. 4. Epiſt. Med. ult.* dicamus, Medicus abſolutus eſſe poteſt, imò nec mediocris quidem, qui in hac nobiliſſima deſtillandi ſcientia non ſit exercitatus. Id cùm alibi, tùm imprimis in chronicis morbis eſt animadvertere, ubi tota maſſa ſanguinea in univerſo venarum ambitu eſt corrupta, & multorum morborum ſeminariis referta. Hi morbi citra metallica devinci haud poſſunt. Hæc enim ſolâ vi ignis ita attenuantur eamque penetradi vim acquirunt, ut habitum totius corporis permeent, cùm interea plantæ eoûſque ignis vim non ſuſtineant. At qui ejuſmodi morbos citra ſcientiam Chimicam & res metallicas aggrediuntur plerùmque re infectâ cum ſuo & artis dedecore deſiſtunt ab opere. Diſcendæ ergò primùm, inquit *Theophraſtus Paracelſus lib. de tinctur.*

Phy-

*Physicor.c.*1.sunt digestiones, destillationes, sublimationes reverberationes, extractiones, solutiones, coagulationes, fermentationes, fixationes, & omne, quod ad opus hoc requiritur, instrumentum, cognoscendum est usu: prout vitra cucurbitæ, circulatoria vasa *Hermetis*, terrea vasa, balnea, forni ventales, reverberatorii, similesq; alii, nec nõ & marmor, carbones atquè tenacula. Sic demum in alchimia medicinaque proficere poteris. Quamdiu autem per phantasiam & opinionem fictitiis libellis adhæresces, ad horum nullum aptus & prædestinatus eris,

Vegetabilia ipsa tam purgantia quàm alterantia, non sunt omnis noxæ expertia, & tamen propterea non rejiciuntur. Deindè si acria, si corrosiva intra corpus non recipienda, Deus bone, quanta medicamentorum copia è vulgaribus pharmacopoliis ejicienda? Quantus eorum numerus ex antidotariis expungendus? quot condimenta è culinis removenda? Cantharides à *Galeno* inter medicamenta exitialia, quod per erosionem interimant, numerantur, & tamen parcè sumtæ, & quibus convenit, commixtæ τοῖς λιθοντρίβεσι & diureticis, vehiculi loco, ab eodem conceduntur. Vitriolum quàm corrosivum sit, omnibus constat: & tamen in laudatissimum antidotum, theriacam recipitur. Allium, cæpe, sinapi, nasturtium, quàm acria? & tamen quotidiè iis inter epulas uti non reformidamus. Limonum citriorumquè succus firmissima perlarum & corallorum dissolvit corpora, & tamen, cum in extrema virium imbecilli-

tate

tate cardiacum efflagitatur, nullum eo præsentius & præstantius vulgò propinatur. Ergò nec Chimicorum remediorum acrimonia & vis caustica metuenda, præsertim cùm multa sint forinsecus corrodentia, quæ intrinsecus, cùm ob majorem interraneorum repugnantiam & vegetum caloris nativi robur, tùm ob humores noxios, in ventriculo stagnantes, pari ratione vires suas explicare non possunt. Accedit, quòd, sicuti nec integros manipulos salis devoramus, nec aliquot libras ejus in jusculis, sed fortè pugillum unum dissolvimus, parumquè aceti & aromatum ad cibos condiendos adhibemus; ita cum necessitas Medicos spagiricos ad medicamenta acria usurpanda compellit, guttam granumve unum aut alterum nec sola, sed idoneis liquoribus permista exhibeant. Imò acerrima quævis ita edulcorari possunt, ut omnem acrimoniam deponant, quod ex aqua forti & regia si sal tartari iis commisceatur, manifestum evadit.

De ignis contagio quæ objiciuntur, adeò vana sunt & frivola, ut ne quidem refutatione egêre videantur. Ipse enim *Galenus c. 18. de Theriac ad Pison.* ignem multa efficere meliora, & interdum latentem rerum naturam detegere, quædam etiam, quos volumus in usus, apta reddere, expressè scribit; undè etiam idem elementum titulo Magistri artium à *Cicerone* non immeritò insignitur. Et ut taceamus, quòd *Galenus lib. 9 simplic. medicam. facult. c. 62.* metalla acria & mordentia, ut mitiora reddantur, ignis examini subjiciat. Chalcitis usta melior existimatur, quàm non usta. Ba-

lanus

lanus Myrepsica secundum *Mesuen l.2,c.12.* vomitum movet & simul per alvum dejectiones emititur. Ablatâ autem, & humiditate ejus nauseabundâ ablatâ, sola vis humores per secessum expurgandi remanet. Sic Mercurius sublimatus, qui acerrimus existit, ignis violentiam cum antimonio passus, ut in mitissimum ita saluberrimum abit alexipharmacum. Sic ferrum, cum in crocum martis in reverberio calcinatur, extremum flammarum calorem sustinet, nec tamen ipsi ea imprimitur acrimonia, ut usus ejus in hæmorrhagiis & aliis fluxibus non sit frequentissimus, non utilissimus. Contrà aqua & oleum cinamoni quantam acredinem solo vaporis balneo acquirunt? quantam eodem vinum? Undè hoc? facilè quisque intelliget rationem, si, quarè sol induret lutum, lique faciat autem ceram, idemque linteamina albefaciat, faciem vero denigret, perpenderit. Fallitur igitur, si spiritus vitrioli acrimoniam ab externo calore contrahi: si oleum salis ab igne reverberii eâdem infici existimat. Nisi enim sales mixto insint, etiamsi violentissimo igne id exerceamus, nunquam tamen ei tanta acredinis stigmata inuremus; & contrà, licèt moderatissimo in quibusdam calore utamur, ea tamen ob salium præsentium vim acriora redditum iri ne dubitemus.

Cæterùm empyreuma medicamentorum Chimicorum tanti non est, ut Medicis Practicis eo nomine exosa esse & periculosa videri debeant. Si enim quoddam empyreumatis vestigium ipsis medicamentis inhæreat id aut à calore moderato,

aut

aut forti originem suam obtinet. Si ab illo, & propterea medicamenta Chimica evadunt noxia: tùm nec esculenta, nec potulenta nostra, nec vulgaria remedia tuta erunt & salubria, cùm ad ea paranda major sæpè ignis gradus requiratur, quàm ad medicamenta Chimica; quod patet ex coctione cerevisiæ, ubi hordeum primò valenti igne torretur: post majori coquitur: item ex quibusdam vinis *Rhenanis*, quæ ob salubritatem populis septentrionalibus in omnibus ferè morbis loco remedii sunt, & tamen adveram maturitatem non nisi ignis elementaris beneficio perduci possunt: idem ex piscibus assatis, carnibus fumo induratis & sexcentis aliis. Si vero ab hoc, igne scilicet violento, nec indè periculi quidquam ægrotantibus imminet, cùm vel abluitione vel degistione corrigi possit, uti videmus ex cineribus, qui caliditatis suæ notas ab igne communicatas, affusâ aquâ, in lixivium deponunt. Imò abluitio nimis crebrò repetita, purgantia quædam metallica & mineralia Chimicè præparata, ad sentinam pravorum humorum exhauriendam inepta reddit. Digestione auté quàm omnia dulcescant, notius est, quàm ut exemplorum inductione, ad id comprobandum, opus esse videatur. Quòd si autem quis per empyreuma fortè intelligat, quando vel calor potentialis, qui in misto tanquam sub carbonibus latebat, igne violento in actum producitur, & liber jam ab omnibus compedibus potentiores exerit vires; vel quando calor, qui hînc indè dispersus erat Vulcani beneficio unitur: nec hanc ob

cau-

causam seu empyreuma, seu calor nimius metuendus cùm Medici officium sit, calidis ejusmodi dextrè uti, sicut & aliis, quæ si imprudenter adhibeantur, ægrotis nocumentum allatura videntur.

Instant quartò Chimiæ osores & gravius adhuc rem urgent, cum prætendunt, medicamenta Chimica esse inutilia, quia ex mistis destructis, deperditis, corruptis ac penitùs abolitis orta, humidoque primigenio destituta, ac emortua sunt. Hinc ita argumentantur: Quæcunque ex mistis, ratione formarum & temperamentorum penitùs abolitis seu deperditis fiunt vel parantur, ea sunt inutilia & nullius momenti. Sed Medicamenta Chimica fiunt vel parantur ex mistis, quorum formæ & κρᾶσις in præparatione penitùs abolentur & deperduntur. Sic cum paratur oleum, sal absinthii, Spiritus salis, vitrioli, nitri, perit ipsorum mistorum forma. Ergò Medicamenta Chimica sunt inutilia & nullius momenti. His ita respondemus: Magna medicamentorum Chimicorum est diversitas. Minor solùm valere videtur in iis, quæ per primi modi generationem fiunt; in iis autem, quæ secundo & tertio modo generantur, non item. In his non est abolitio, sed potius separatio & manifestatio. Sed neque in illis etiam minor indubia est. Non enim in iis, quæ Chimicorum igni subjiciuntur, κρᾶσεις mistorũ abolentur. Formæ substantiales pereunt, nõ verò omnis κρᾶσις simul, aut omnium virium possessio. Hæc confirmare videtur exemplum elementorum. Ex

iis

is cum producitur mistum, elementorum formæ quidem pereunt, sed non simul omnes qualitatum gradus, aut omnium virium possessio. Cum ex sanguine fit caro, substantialis adest immutatio. Perit sanguinis forma, non verò tota κρᾶσις & omnium virium possessio. Nam sicut sanguis calidus & humidus; sic etiam partes indè productæ. Remanent vires & virtutes elementares quædam, ex iisque mistum dicitur conficii. Non corrumpuntur ergò, quæ miscentur, aut ambo, aut alterũ; salvatur enim magis eorum virtus atque potentia; Idem adfirmari potest de Chimicis, dum ex mistis eliciuntur, medicamentis. Non corrumpuntur sanè penitùs & omni modo, ut planè nihil de illis maneat superstes, sed, formis licet deperditis vel abolitis, salvatur tamen aliquid de viribus vel qualitatibus eorundem, à quibus qualitatibus etiam vel viribus post modum fit denominatio, ut exempli gratiâ hic spiritus dicatur vitrioli, non verò misti alterius.

Præterea etiam, si mistorum corpora non solvenda, vel ut ipsi odioso vocabulo utuntur, non destruenda, quarè isti mistionis harmoniam turbant? Quarè infusiones, decoctiones syrupos igne violento parant. Quarè assationibus, quarè tostionibus, quarè destillationibus, quarè diagrydio, non scammonio integro, quarè trochiscis alhandal & non colocynthide ipsimet utuntur? Quarè in extrema virium imbecillitate, destructo capone, hoc est, aquâ ejus stillatitiâ, ubi certè omnis crasis & μίξις totius periit, ægrotos jam jam animam quandoque exhalaturos,

nutri-

nutrire præſumunt? An quia naturam hac in par-
e imitari volunt, quæ cibos in ventriculum inge-
eſtos, non crudos, & integros adhuc exiſtentes, ad
artes alendas, devehit, ſed deſtructos, hoc eſt,
b inutilibus & craſſioribus partibus ſeparatos, &
n cordis officina in quintam quaſi eſſentiam re-
actos. Dicant, ſi placet: An, cum infantes ab
beribus matrum adhuc pendentes, lacte earum,
uæ infuſo Rhabarbari, vel ſuæ, vel illorum vale-
udinis gratiâ uſæ ſunt, purgantur, concentus, tem-
eries & harmonia totius rhabarbari in lacte ma-
erno preſſum paſſa fuerit: an verò forma hújus
nixti de ſubjecto ſuo in aliud, & ex hôc rurſus in
liud translata, & multas mutationes paſſa, ſalva &
ntegra permanſerit, atque ita ex corpore humo-
es pravos excluſerit? Forſan hînc fit, quôd qui-
am Chimiæ calumniatores à caſeo & butyro et-
m abhorrent, non naturali quâdã ἀντιπαθείᾳ,
d quòd, ob concentum ſatis deſtructum, for-
am ejus & temperiem planè abolitam verentur,
æc & ſimilia alendo corpori eſſe inidonea.

Deindè, quando Chimica remedia mortua ca-
avera nuncupant, humidoque primogenio ſpo-
ata eſſe contentunt, partim ſibi ipſis contraria,
artim veritati non conſentanea loquuntur. Si
nim ſceleta ſunt, cur alibi ea potentiùs agere,
uàm humanæ temperiei mediocritas permittat,
fferunt? Præterea, nonn è neceſſe eſt, ut tàm ani-
alia quàm vegetabilia, vità illâ, quâ ſibi vivunt,
oc eſt, nutriuntur, creſcunt & augeſcunt, priven-

tur quo usui & esui hominibus esse possint? Nec e-nim ipsi *Scythæ* tã barbari sunt, ut licet, carnib⁹, vel crudis, vel cursu equorùm concitatiori sub ephippiis fervefactis vescantur, vivas feras in os ingerere & deglutire velint. Ita etiam plantas, stirpes & frutices, ut in corpore humano vitales edere actiones valeant, mori oportet: hoc est, ex solo eorum nativo erui, ne ex indè amplius alimentum pro vitâ sua conservanda attrahant, sed ut ad hominum sanitatem tuendam morbosque profligandos apta remedia suppeditent: id quod etiã herbæ & alia ita emortua, imprimis, si legitima eorum anatomia spagirica præcesserit, intra corpus assumpta feliciter præstant. Et ut experientiâ, certo veritatis κριτηρίῳ, evincamus: Vitam vegetabilium operatoribus Chimicis non destrui, nec humidum mistorum primigenium iisdem absorberi. Certum multis est & multoties probatũ, sales herbarum, præsertim calidarum, ut absinthii, carduibenedicti, scordii, si certo quodam modo & ipsis cognito seminentur, alias producere suæ speciei herbas; ut taceamus ea, quæ *Quercetanus c. 23 in Respons. Ad Anonym. pro veritate Hermeticæ Medicinæ* stupenda & suspicienda adfert exempla. Quid? quod in *Arduenna* & multis aliis locis desertis, sterilibus et aridis, ut agricolæ æstate, quod metere possint, habeant: dumeta, genistas & vepreta passim comburant, & cineres hînc indè per campos dispergant, ut subactâ terrâ, sale benefici pluviarum supercadentium ex illis elicito, pinguæ

fiat

it, ac lætas segetes postmodum ex semine interm projecto producat. Fungitur nimirum ejusmodi cinerum sal officio fimi, quo nunquam agri pinguari possent, nisi urinis & sale animalium utorum (est enim in sale pinguedo, quod mireur, ut *Plutarchus* post *Aristotelem* in *Symposiac.* 1. *quæst.* 9. testatur) esset imbutus. Non taen planè abnuerimus viventia quædam & nonm emortua rectè interdum adhiberi, ut gallus ca podicem deplumatus, advenenum è carbunlis pestiferis extrahendum: ut catelli ad ventrilum frigidum & imbecillum benigno calore trinsecus fovendum: ut vivæ tincæ (una post alram) umbilico ac hepati impositæ, donec montur, adicterum curandum. Sicut etiam non gaverimus integra interdum præstare destrus, modo & ipsi fatentur, se non minùs destructis quam Chimicos.

Scrupulum gravissimum objiciunt quintò Mi- Chimici, qui multorum animos valdè torsit, que suspensos detentos remoratus est, quo mis in usum Hermeticorum Medicamentorum nsentire potuerint: nempè quod illa, præsertim int metallica aut mineralia, calorem nativum & ritus subitò dissipent, & in partibus principalis, funestas reliquias, malignum fermentum & vam διάθεσιν relinquant; undè aliqui per acens curati, & paulò post recidivam passi, maturs ex hoc mundo discesserint. Verùm immeritò edia spagiricè præparata eo nomine malè aunt; cùm, si fortè tale quippiam ex usu eorum

 acci-

accidat, id non tàm remediis, quàm vel artificibus qui ea concinnârunt, vel Medicis, qui ea exhibuerunt, imputandum sit. Notum est enim quantus sit eorum numerus, qui illotis manibus ad hanc artem nobilissimam accedunt: qui ex libris tantùm non autopsiâ artem hanc edocti, antimonium & mercurium, ad sanitatem hominis vel conservandam, vel deperditam restituendam, audacter parare, & parata intra corpus exhibere non verentur. Talium Chimicorum præcipitatis, non mirum, si illi, qui his utuntur, in sepulchrum præcipitentur: si eorundem Mercuriis vitæ, non non vitam, sed mortem magno interdum pretio emptam, quidam improvidi & valetudinis suæ prodigi, consequantur.

Deindè culpa tam gravium accidentium non rarò in iis etiã residet, qui dicta medicamenta præpinant, quorum aliqui legitimum ipsorum usum nunquam viderunt, aliqui planè indocti sunt, stupidi, omnis methodi *Galenicæ* & *Hippocraticæ* ignari, quales sunt judæi & Agyrtæ similes, quibus religio nõ est, latronũ more, de corio humano pro libitu ludere. Non absimili ratione & vulgaribus medicamentis, quæ sunt potentiorum virtutum, utpote scammoneatis, helleboratis & similibus dica interdũ scribitur, quando scilicet à pharmacopolis imperitis sinistrè parantur: aut ab expertis dextrè cõficiuntur, sed præposterè ab empiricis usurpantur; licèt aliàs ex usu esse possint, benè scilicet parata, & methodicè adhibita. Non est igitur quod Medici docti & prudentes â Chimicorum

medic

medicamentorum usu imposterum abstineant, si a ab expertis Chimicis conficiantur: omnis magnitas, si quæ ipsis suâ naturâ inest, ministeo Vulcani auferatur? ut impossibile sit ea osse, si methodicè usurpentur, vel calorem navum & spiritus, individuos animæ satellites, deruere, vel pravam dispositionem partibus prinipibus inurere.

Obtendunt etiam sextò Chimiæ osores fortier, dicuntque *Hippocratis* tempore Medicinam am fuisse perfectam; & hoc probare conantur x *lib. de veteri Medicina Hippocratis*, ubi hæc guntur verba: Δοκέει δὲ μοὶ ἡ ἰατρικὴ ἀνευρεῖθαι ὅλη, ἕστηκε γὰρ ἡ ἰατρική πᾶσα. *Videtur mihi medicina inventa tota, consistit enim tota.* Et *b. de loc. in hom.* Ἰητρικὴ δὴ μοι δοκέει ἤδη ἀνευρῆσθαι ὅλη, ἥτις διδάσκει ἕκαστα, καὶ τὰ ἔθεα, καὶ τοὺς καιρούς. *Ars Medica sanè mihi ita inventa esse videtur, quæ singulas & consuetunes & temporum occasiones docet.* In eo ergò sta a conservanda est antiqua Medicina neque prinpiis Chimicis contaminanda, Verum enim ve imperfectionem hujus artis Medicæ ipse agnoit *Hippocrates in epist. ad Democrit. quæ ipsi adribitur.* Ἐγὼ μὲν ἰητρικῆς εἰς τέλος οὐκ ἀφίγμαι, καὶ πὲρ ἤδη γεραλέος καθεστώς, οὐδὲ ὁ τῆς ὁ εὑρετὴς Ασκλήπιος. *Ego quidem ad finem & perfectionem non perveni, quantumvis senex, neque ejus etiam inventor Asclepius.*

Duplicem veteres ſcribendi rationem habuerunt; una in hypomnematibus, quib⁹ ſuma rerum capita adnotârunt, conſtitit: altera verò in ſyntagmate, cum omnia plenius tradita ſunt. Priori viâ Medicinam *Hippocrates* tradidit magis, quàm poſteriori. *Hipocratem* ſcribit *Galenus lib.7. Meth. Med.c.2.* πάντων ἡμῖν καλῶν παρεσχηκέναι τὰ σπέρματα *omnium bonorum nobis præbuiſſe ſemina.* Δεῖται, (ſubjungit) δὲ καὶ τὰ ἱπποκράτους αὐτοῦ, γεωργῶν ἀγαθῶν, οἱ σπεροῦσι τ' αὐτὰ, καὶ αὐξήσουσι, & τελειώσουσι προσηκόντως. *Poſtulant autem, quæ Hippocrates ipſe reliquit, non malos agricolas, qui ea tùm ſeminent commodè, tùm augeant, tùm perficiant.* Ipſe quoque *Galenus* totam artem plenè & perfectè non tradidit; confuſè enim multa ſcripſit; propterea etiam à multis culpatur, quòd multa cum tædio repetierit, ac feſtino calamo uſus pauca ſcripta ſua relegerit. Ab *Arabibus* quidem in commodius artis ſyſtema redacta eſt Medicina, ſed tamen, cùm medicamentorum ſecretorum præparatrix facem non affulgeat, omnia manca ac mutila videntur.

Circulatio quoque ſanguinis prioribus ſeculis planè incognita vaſa lymphatica & thoracica, glandulæ ſalivales, ductus pancreaticus, & cætera nova in ſtructura & uſu partium inventa ſatis clarè veteremoſtendunt imperfectionem.

Tandem objiciunt Chimiæ veræ Calumniatores falſum hoc figmentum, ex falſis eorum cerebris prognatum, dicentes, artem Chimicam prin-

cipia

cipia essendi, cognoscendi & operandi habere erronea; aliis etiam niti hypotesibus; ergò suis possessoribus esse relinquendam, neque antiquam medicinam eâ contaminandam. Antecedentem probant ita: sal, sulphur & mercurius sunt saltem imaginaria in corporum mixtione, & in morborum productione, cognitione & curatione. Acor *Helmontianus* ejusdem est monetæ. Quàm fallaces sint Chimicorum curationes, ostendit norma, quam observant in vulgatissimo therapeutico axiomate; similia curantur similibus, cùm contraria curari contrariis debeant. Hypothesis nova ipsis cordi est, cognitionem analogiæ majoris mundi unicã ac firmissimam esse benè cognoscendi & curandi morbos regulam; ut adeò optimo jure Chimici referri inter eos queant, qui aliâ viâ & methodo quam quâ vetus Asclepiadæa inventa sit, medicinam docere adnitantur, deque his verum sit, quod *Hippocrates* de sui seculi novatoribus pronunciavit, illos decipi & decipere.

Non lævis sanè ponderis sunt hæ objectiones, facilè autem & leviter dilui possunt. Inexistentiam actualem salis, sulphuris, mercurii, ut principiorum quocunque modo explicetur, esse ens rationis, quod objectivè solùm est in intellectu, nos libenter concedim⁹. Eliciuntur olea, salia, spiritus sed quædam ut partes componentes, quædam ut effecta. Eadem ratio derivationis, cognitionis & curationis morborum mercurialium, sulphureorum salinorum, ex iisdem fontibus, ut & illorum, qui acori *Helmontiano* & archæo irato ad-

ſcribuntur. Omnia hæc expediri poſſunt elemen-torum & humorum, quæ varias ſubeunt mutationes, & naturæ mentione. Analogia quoque parùm vel nihil ad cognoſcendum curandumve morbos confert. Axiomata illa duo, quorum alterum *lib. de flatib.* τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα, *contraria contrariorum remedia*; alterum *lib. de loc. in hom.* legitur: Διὰ τὰ ὅμοια νοῦσος γίνεται, καὶ διὰ τὰ ὅμοια προσφερόμενα ἐκ νοσεόντων ὑγιαίνονται, *per ſimilia fit morbus & per ſimilia oblata ad ſanitatem redeunt. Hippocratica* ſunt, & apparẽter tantùm pugnare videntur. Primò & per ſe omnis curatio fit per contraria; ſecundariò autẽ & per accidens per ſimilia fieri poteſt. Hoc quamvis Chimici multi, minùs perſpicaces ipſi, non capiant, nec admittant, quod ignorantiæ & obſtinationi imputandum, veriſſimum tamen & certiſſimum eſt. Licèt autem hæc ita ſeſe habeant, non tamen propterea Chimia ſuſque deque habenda, aut ejus ſtudium parvifaciendum. Operæ precium eſt, non ſolum rectum, ſed etiam obliquum ſcire: expedit docere & diſcere hæc omnia, ut ex uſu quæ videntur, methodicè adhiberi, quæ minùs, cum judicio omitti queant.

Atqui tantum de Chimiæ dignitate ac nobilitate ſcribere voluimus, ut medicamenta, quæ nobis ea præparat, eò illuſtriora ac præſtantiora evaderent. quemadmodum enim Chimia occultos ac intimos naturæ receſſus aperit, ita talia quoq́ue producit ex regno vegetabili, animali & minera-

medicamina, quæ contumacissimis ac gigantæis uoque morbis resistere valeant. Talia sanè me-icamenta in praxi aurea Chimiatrica Clarissi-ni *Johannis Hartmanni, Professoris olim Marpur-ensis* celeberrimi & Principum *Hassiæ* Archiatri elicissimi habentur. Quapropter Opusculum il-ad practicum est utilissimum, præstantissimum ac ignissimum, quod ab omnibus Medicis benè xacteque legatur, & ad perniciosos corporis hu-nani affectus curandos feliciter adhibeatur. 'ostquam verò *Autor* in multis minùs succinctus c parcus est, ea præsertim omittendo, quæ ad norborum naturam, eorum causas, signa diagno-ica & prognostica cognoscenda multum faciunt, obiscum constituimus praxin istam Chimiatri-am, ad juvante Dei gratiâ, emendatam, auctam ac lustratam in lucem emittere. Ut verò hoc opus ò illustrius, præstantius ac utilius reddatur, Pro-romum hunc praxeos Chimiatricæ præmittimus, n quo varia mysteria Chimica & medicamenta, on vulgaria, verùm selectissima ac secretissima, n quibus tota praxis Chimiatrica consistit, & quæ n corporis humani partium principaliorum mor-is, etiam deploratissimis, ac ab omnibus ferè Me-icis derelictis præsentissimum, tutissimum ac ju-undissimum auxilium præstant, continentur.

Ejusmodi autē Mysteria Chimica & Medicami-a secretissima partim nostra sunt, vario usu & ex-erientiâ comprobata, partim etiā illa tanquā no-ilissima, præstantissima, secretissima ac probatissi-na ex variis Chimicis Practicis experientissimis, ut

Theophrasto Paracelso, Joseph. Quercetano, Osvvald. Crollio, Johan. Beguino, Basil. Valentino, Bernardo G. Penoto, Christoph. Glückrado, Dan. Sennerto, Joh. Hartmanno, Adr. Mynsichto, Zacch. Brendelio, Phil. Müllero, Ang. Sala, Joh. Agricola, Petr. Poterio, Joh. Schrödero, Guernero Rolfincio, Joh. Zvvelfero, Gothofr. Moebio, Joh. Petro Fabro, Joh. Michaelis, Val. Andr. Möllenbroccio & aliis collegimus, iisque sæpius felici ac summo cum successu usi sumus.

Antequam verò ad scopum nostrum propositum perveniamus, in Discursu quodam præliminari aliquid de Chimia in genere, instrumentis chimicis, operationibus & speciebus Chimicis in genere dicturi sumus. Atque in his tùm mentem nostram exposuimus, tùm tria magna illa Medicinæ & Chimiæ lumina, *Libavium* nimirum, *Sennertum* & *Rolfincium* imitati sumus, eorumque sententiis firmiter inhæsimus.



MATTHIÆ TILINGII,
MED. DOCTORIS ET PROFESSORIS PUBLICI,
DISCURSUS PRÆLIMINARIS
De
Chimia in genere, instrumentis Chimicis, Operationibus & speciebus Chimicis in genere.

De
NOMINE CHIMIÆ.

ANtequam in hoc Prodromo praxeos Chimiatricæ aliquid de medicamentis Chimicis dicamus, consultum est, pauca hæc quæ sequuntur, de Chimia nimirum in genere, instrumentis Chimicis, Operationibus & speciebus Chimicis in genere, in gratiam Chimiæ Tyronum hîc præmittere.

Chimiæ nomen ab aliis censetur *Græcanicum*, ab aliis *Arabicum*.

Zosimus Panopolita Ægyptius, referente *Scaligero not. ad Græca Eusebiana pag.* 258. scribit Chimiam per η. χημίαν. *Græcia* vetus autem hoc vocabulum ignorat, ac apud Lexicographorum neminem reperitur.

Suidas recentior, *Arabibus* multò posterior, per η. scribit, ἡ τοῦ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ κατασκευή.

Æmil. portus in not. ad Suidam utitur voce χημεία. Fortassè melius inquit χυμεία vel χυμία, quod à χύω, hoc à χέω, vel à κέχευμαι, sublato ε, κέχυμαι, undè χυμίζειν.

Herm. Conringius lib. de Hermetic. Med. & Reinesius in variis lect. & in orat. de Chimia Græcos imitati scribunt per η. Chemiam.

Nominis Chimiæ derivationes meræ sunt conjecturæ. Communiter Chimia à voce χέω fundo, quasi diceres infusionem; vel ἀπὸ τοῦ ἁλὸς καὶ χέεσθαι, quod est fundere salem; vel ἀπὸ τοῦ χυμοῦ, id est, succo derivatur; quæ derivatio stabiliri potest exindè, quòd in succis faciendis sit occupata. Ut natura succos exsugit exalimentis, ita illa ex medicamentis. *Cœl. Rhodiginus Lect. Antiq. lib. 7. c. 11.* vocat alchimiam, quasi, ut quibusdam placet, ἀρ γύρου χημίαν. Verùm apud Lexicographorum neminem invenitur; tota vetus *Græcia* vocabulum hoc ignorat, cùm ejus apud scriptores nec vola, nec vestigium occurrat.

Nonnullis alchimiæ vocabulum videtur Græcam sapere originem, ab ἄλκιμος, id est robustus, ut alchimia sit quasi ἀλκιμία, ac si dicatur roboratio & naturæ & Medicinæ practicæ. Quantam autem affinitatem inter se κ & χ colant, & quàm aptè hoc in illud, vel illud

illud in hoc mutetur, ex Grammaticorum observationibus patet. Ut taceamus, quòd olim imperiti in barbaro ſeculo χ pro κ facilè legerint & pronunciaverint. Et huic conjecturæ calculum ſubjicit Italica elocutio, quæ literas Chiunctas, non ſequente vocali, ſine adſpiratione, inſtar κ effert. Hînc ἀλχιμιςὴς formari poteſt, vulgò alchimiſta. Al igitur hîc non ſit articulus: & rectius fortaſſè alchimia quàm Chimia ſcribatur.

In Conſilium adscitus *Joh. Michael Dilherrus*, Vir orientalium linguarum ſcientiſſimus, primus docuit, eam non incommodè ex *Arabica* radice Chama, incaluit, exarſit, calore examinavit, eſſe ortam. Chimia ergò vox *Arabica* eſſe videtur, ſignificans calorem, quo aliquid examinatur, velut argentum igne. Sic de illo ignis examine, quod ad argenti probationem adhibetur, radix Chama legitur, *Pſalmo* 12. *verſ.* 6. Vocem ergò *Arabicam* eſſe patet ex voce alchimia, quæ eadem eſt cum Chimia, præpoſito ſolùm articulo emphatico al, æquipollente *Græcorum* articulo ὁ, ἡ, τὸ.

Alii Chimiam à radice aliqua *Arabica*, quæ ſignificat texit, celavit, occultavit, delituit, ſic dictam putant; quòd ſcilicet ſit ars occulta, quàm artifices ſedulò occultârunt; idque vel propter præſentiam ejus, vel propter lucrum, quod ex eà captabant; tùm enim metalla ignobiliora mutantur in nobilia, & lapides non pretioſi in pretioſos.

Sunt

Sunt etiam ex *Græcis* Autoribus, qui tradunt, *Ægyptum* olim dictam Chimiam fuisse, & esse hanc artem, dictamq; *Ægyptam*, quòd vel *Ægyptii* illam primò invenissent, vel præ aliis coluissent.

Hermeticæ Medicinæ titulo insignitur ab iis, qui ab antiquitate & inventoris amplitudine artii huic gratiam & autoritatem conciliare nituntur; sed nullo jure ut *cap.*2. ex Cl. *Conringio* legimus.

Hanc *Theophrastus Paracelsus*, vir in hoc genere ad miraculum usque excellens, artem spagiricam nuncupavit: non ineptâ, ut videtur, originatione: quandoquidem ἐν τῷ σπᾶν καὶ ἀγείρειν, in extrahendo sive separando, & congregando sive coagulando tota occupatur: quo ipso etiam simul opera artis σύγκρισις καὶ διάκρισις designantur. Alii scribunt spagyricam per y, forsan ἀπὸ σπᾶν & ἀγυρεῖν.

DE SPECIEBUS CHIMIÆ.

DUplex est Chimia: vel universalis vel particularis. Universalis 1. est, quæ circa objectum universale observatur ad faciendam medicinam, quæ omnes impuritates in corpore, illæsa ejus substantiâ, & integro manente, quicquid in illo naturaliter est constitutum, consumere, tantumque naturæ robur afflare queat, ut morborum insultibus averruncandis sufficiat, humoresque ferocientes, ne medicamentis robo-

ranti-

antibus resistant, refrenet, Hanc quidam panacéæ nomine indigitant, Alii Lapidem Philosophorum appellant. Lapis noster, inquiunt, animum lætificat, virtutem augmentat, juventutem conservat, senectutem arcet, sanguinem mundificat & multiplicat, & corporea membra restaurat. II. Particularis est, iterumque duplex: Una versatur circa metalla eorumque transmutationes, & appellatur χρυσο vel ἀργυρο ποιΐα; quæ, quamvis ejus neque *Plinius* aut ullus scriptor *Græcus*, aut *Latinus*, mentionem faciant, antiquissima tamen est, licèt ad tempus esse desierit, scribit enim *Suidas*, artem istam usque ad tempora Argo nautarum durâsse cum *Jason* surreptũ iret aureum vellus, quod nihil aliud voluisse volunt quàm librum quendam, ex aliis metallis docentem aurum conficere. Artem hanc veram esse multi credunt, Sic *Johannes Andrea* celebris juris pontificii interpres scribit, *Arnoldum de Villa nova* in curia *Romana*, præsentibus multis Cardinalibus, æs in virgulas aureas commutâsse, mox descendentem permisisse, ut probationi omnium subjiceretur. Sed elegantèr ait *Guido Pancirolus nov. repert. part. Poster. tit, 7.* ars quidem vera esse potest, sed paucissimos imò vix unum esse credo, qui illam calleat. Nam qui hanc profitentur, aut fatui sunt, aut admodum proclives ad paupertatem. Est enim tritum vulgi sermone proverbium: Nunquam vidi alchimistam divitem.

Rectè ergò *Nic. Guibertus Medicus Lotharingus*

gus tranſmutationem metallorum ratione & ex-perientiâ falſam eſſe oſtendit, neque ignobilio-ra metalla in nobiliora transmutari poſſe, pluri-bus adductis rationibus confirmat. Et turpiter hactenus mundo illuſit, inquit *Franciſc. Ba-conus Sylv. Sylvar. Centur.* 4. conficiendi auri ſpes, quam ego vanam non eſſe, nec humanæ facultatis anguſtias excedere ſtatuo. Sed me-dia iſti effectui deſtinata fallaciis & erroribus, quoad praxin, laborant, & conceptibus nihil ſani complexis, quoad theoriam. Hinc etiam al-chimia, breviter notante *Mercurio Britannico in mundo altero & eodem* eſt ars ſine arte, cujus ſcire eſt pars cum parte, medium ſtrenuè mentiri, finis mendicatum ire, vel in patibulo ſuperbire. Ejuſ-modi autem fraudes & fallacias, quas alchimiſtæ auro alieno inhiantes exercent in tranſmutatio-ne, detexit plurimas *Petr. Borellus hiſtor & ob-ſerv. rar. cent.* 3. *obſerv.* 21. Et artis tranſmutato-riæ experimenta, hactenus credulo orbi propo-ſita, glaucomata fuêre. Qui credunt, clavum in raritheció *Florentino* magni Ducis *Hetruriæ*, cujus media pars viſitur ferrum, media aurum, continu-um eſſe, tincturæque transmutatoriæ opus, & Phar-macopolam *Tarviſinum* coram Senatu *Veneto* quid laude dignum præſtitiſſe, aberrant à janua.

Altera eſt medica & particularis, occupatur quæ circa corpora naturalia, eorumque partes, cauſas affectionesque, medicinæ faciendæ gratiâ, inqui-rit. Hæc Chimiatriâ eſſata, quaſi eſſentiam extra-hens, appellatur.

DE

DE DEFINITIONE CHIMIÆ

EStergò Chimia ars corpora naturalia concreta ſolvendi, & ſoluta coagulandi, ut purum ab impuro ſeparetur, & medicamenta ſalubria, citæ, tutæ & iucundæ operationis conficiantur.

Definitur hîc Chimia ars, quia more reliquarum artium non tantùm ἐν γνώσει in cognitione & contemplatione, ſed etiam ἐν γενέσει in effectione verſatur. Quemadmodum enim reliquarum artium, ita & Chimiæ officium conſiſtit in tribus. 1. ἐν τῷ θεωρεῖν; certa enim habet principia & concluſiones, ſecundum quas in operando progredi & ex ſubjecta materia artificioſum opus efficere queat; & accuratè ſpeculari tenetur. 2. τῷ τεχνάζειν. Operari namque ſecundum artem Chimia debet, ut talem formam minerali, vegetabili, vel animali inducat, quam ars requirit. Omninò neceſſe eſt, in mente Chimici ſit idea & ratio architectatrix, ſecundum quam fiat operatio; quidem ut artifex operari dicendus. 3. τὸ τίκτειν, ἢ ποιεῖν τεχνοῦρ γημά τι, producere opus nomen aliquod & artificioſum etiam Chimiæ incumbit. Ita Chimia producit ſpiritus, olea, ſalia, tincturas & magiſteria. Quapropter non audiendi, qui nullum in Chimicis operationibus agnoſcunt artis opus, ſed ſolius naturæ.

Ars hæc medicinæ, quæ inter architectionicas

throno insidet, ius suum exercens, ceu ancilla aula inservit; neque in ejus essentialem amplexum venit ratione præparationis considerata; cognitio tamen & utendi methodus ad Medicum ἰσόθεο pertinet. Medici est inventio; Spagyri & pharmacopæi exercitatio. Medicus novit illam artem ἐκτοῦ διότι; intelligit præceptorum veras caussas ex primis principiis; Spagyrus ἐκτοῦ ὅτι: In Medico requiritur sapientia; in Chimico & seplasario industria: ille mentem, hic manum admovet. Elevat tamen Medici eminentiam & existimationem, si & manum & mentem adhibeat, ipseque modum componendi selectissima arcana non solùm nôrit, sed & eadem præparet, præparataque ipse communicet. Medicamenta etiam ipsa spes ægrotantium felicius saturant, fructusque sanitatis uberiores ferunt, Medicorum manibus parata, quàm impurorum cinissorum unguibus conspurcata. *Gratior est pulchro veniens de corpore virtus.* Uberiorem messem refundebat tellus, cum arabatur vomere laureato & triumphali manu: ita & Chimia magis splẽdescit, opes suas & arcana liberius & uberius expandit manibus Medici exculta.

DE CHIMIÆ OBIECTO.

Chimiæ objectum constituimus corpora naturalia concreta, solubilia, & coagulabilia, imperfectè vel perfectè mixta, quæ triplici serie, Animalium, Vegetibilium & Minera-

m locantur. Animalia quoque triplicia, Terſtria, Aërea & Aquatilia.

Vegetabilia, à *Paracelſo lib. 4. Archidox. de quint. ent. in quo caput inſcribit de creſcentib.* creſcendicta, per infixam radicem alimenta ex terra hunt; & ſunt arbores, frutices & herbæ.

Mineralia in viſceribus terræ reperiuntur, in erſas ſpecies ſecundum diverſam rerum prortionem concreta. Sunt & hæc tria: metalla liquida, ut mercurius, vel dura, ut aurum, argenn, ferrum, cuprum, ſtannum & plumbum. Memineralia, quæ quidem liqueſcunt, ſed malleũ n admittunt, & ut lapides dîſſiliunt; lapides, prorſus â metallis differunt, quod neque neſcant, neque malleo ducantur.

Hæc corpora naturalia pro ſui fulcimento & ſiſtentia, fixo, perenni & ſtabili, pro actionibus em edendis ſæpè nobiliſſimis, ſubtili & volatili iguêre inſtrumento: fixum autem & volatiìm absque medio non facilè combinari quetertium quoddam, quod, cum utriſque affinim habeat, intercedat neceſſum fuit. Hæc ad cujuslibet rei naturalis ab abyſſo ſua ad ndanam hanc ſcenam prodeuntis conſtitutioonfluere, ſatis adfirmant artificioſæ corporum lutiones: quæ etiam nominibus ſpecierum, in ous unius cujuſque principii facultates mani. vigent, ornare, & quidem liquoribus merculeoſis ſulphuris, craſſioribus & concretis ſaitulum imponere naturæ ſcrutatores voluerit. Omne creſcentium à natura productum, ait *Paracelſus lib. de trib. ſubſtant. primiſque*

princip. in tribus ornatissimè positum comp
mus; in sale nimirum, sulphure & mercurio, qu
rum conjunctione conflatum corpus & unita su
stantia. Hujus operatio triplex: una salis; l
purgat mundificat, balsamoque suo conserva
in illa dominium habet, quæ tendunt in putr
ctionem; & analogiâ terræ respondet. Alia est
phuris, & in ea, quæ superflua sunt ex aliis duob
ac incipiunt corrumpi, dominatur. Tertia M
curii, quæ quidem aufert omne, quod habet co
sumptionis initium; & confertur elemento a
& aquæ. Quod Chimiæ cultores benè nôr
idque sequentibus exemplis probare, & ob ocu
naturæ perscrutatori ponere conantur.

Specimen sit desumptum à lignis viridibus,
si cremenus, egreditur primùm aquosum q
dam, quod ignis flammæ concipiendæ planè
doneum est, & in fumum conversum si collig
in aquam resolvitur, diciturque mercurius, de
exibit Oleaginosum quiddam, facile inflam
bile, quod in vaporem resolutum, si cohibeatu
oleũ abit, vocaturq; sulphur. Tandem remane
cùm terrestre, quod ex cineribus aquæ bene
extrahitur, inque humido & frigido resolv
calore autem concrescit, ac salis nomen obt
Ita lac substantiam continet sulphuream b
rosam; deindè mercurialem serosam; &
dem salinam caseosam. Ita ovi albumen
curium exhibet; Vitellus sulphur; pellicu
putamia salia. Pari ratione ex caryophyll
qua mercurialis præstantissima; oleum sulph

m excellentissimum; & ex fecibus sal candidissimum elicitur, In microcosmo etiam sal, sulhur & Mercurium actu, & reverâ talia in sanuine contineri probatur ex saporum & colorum ræsentia, quæ necessariò principiorum horum ræsupponit existentiam. Actu salia in sanguie redundare, manifestissimè evincitur ex sapoe salso seri, & ex sale volatili, quod in magno per retortam ex eo destillatur proventu: præteea ex scabie, pustulis & ulceribus salso madore luentibus. Serosum excrementum, urina, nil aliud esse videtur, quàm sal resolutum, quod in vesica, ceu mari occidentali colligitur, postquam à mari mediterraneo (ita enim vena cava appellatur) separatum est tincturam & flavedinem suam urinam à sale actu in existente habere, nihilque aliud esse quàm lixivium, statuit *Helmontius*. Alii sulphureo oleo eandem adscribunt. Idem confirmant exemplis sudorum salsorum, qui nonnunquam linteaminibus stiriarum instar coagulati adhærescere observantur: In alvi excrementis fœtidum observatur sulphur. Imò crepitus ventris per indusium transmissi, admotá candelâ, sulphureum halitum repræsentant. Fimeta columbaria sale turgent. *Augias* Rex *Græciæ*, intelligens fimo subesse agrorum salinam luxuriem, jejunia eorum stercoratione saturare sibi turpe non putavit.

Forma trium manifestè se exhibet; liquor est Mercurii, sulphureum olei, alcali salis. Mercu-

rius caret sulphure & sale, sulphur mercurio sale, sal sulphure & mercurio.

Mercurius est liquor aëreus, imò potius aqueus, permeabilis, penetrabilis substantiæ, habens sub se duo corpora: unum utile, quod est spiritus, purissimum vitæ nostræ instrumentum, ab aquis cœlestibus, in prima creatione mundi ab inferioribus separatis, oriundum. In Mercurio colores rerum & in spiritibus mercurialibus infinitam colorum diversitatem quærendam asserit *Joseph. Quercetanus* in *defens. contra Anonym.* Spiritus hic acidus est, haud inflammabilis, ex sulphure toto adustibili eductus, tantùm abest, ut flammæ concipiendæ sit idoneus, ut etiam, quominùs accendatur pulvis pyrius, impediat. Spiritus hic interdum laxiori vinculo connectitur cum corpore, interdum arctiori: Undè fit, ut in aliquibus elevetur priùs & ante Phlegma, ut in vino; vel tardiùs post phlegma, ut in aceto. Spiritus hic interdum arctè jungitur oleo, ut simul cum ipso exeat, ut in spiritu salis, tartari; Inutilis verò pars est phlegma, insipidum relollaceum.

Sulphur est humidum illud oleaginosum, unctuosum, substantificum primigenium, ignis seu caloris naturalis pabulũ, leniendi, & glutinandi vi præditum, Sulphuri debentur odores: Sulphur reddit res concipiendæ flammæ aptas; proprium ejus est φλογιστόν. Ambitu suo duas complectitur partes. Utilis est oleum æthereum, balsamicum. Impura resina, à qua fœtores emanant. De hâc quò nagis minusve participant olea, eò ve[...]

sunt

int leviora, vel ponderosiora. Hînc pars olei aryophyllorum in fundo manet: pars olei tere-inthinæ supernatat. Oleum rosarum inter a-uas medio loco natat. Post rectificationem ta-nen omnia supernatant. Sulphur impurum a-undat in opio,& narcoticum copiosum est in amphora.

Salinest etiam corporibus naturalibus, quod o-nnibus rebus consistentiam,soliditatem &durabi-tatem largitur,subjectũ saporum primaq; causa,à urissimo fixissimoque principio terra oriundum. al balsamo suo rebus immortalitatem pollicetur. n salibus per calcinationem humidum primige-ium non absumitur, ipsæque formæ in constan-i hoc principio delitescunt. Sales admirandum epræsentant resurrectionis mysterium,ex quibus otæ plantæ, ceu ex semine exsuscitari queunt. *Quercetanus Hermet. Disciplin. Defens. con, ra Anonym.c.* 23.refert,*Cracoviensem* Medicum novisse artem parandi cineres ex omnibus plantæ ujusvis partibus,cum omnibus tincturis & im-ressionibus omnium plantæ partium, earumque piritus ita conservare facultatum omnium aucto-es, ut plures quàm triginta ex cineribus excitatas lantas easque diversis vitreis vasculis, Hermetico igillo obsignatis, contentas haberet. Rogatus osam vel calendulã ut monstraret,vas,in quo cinis lle,arripiebat,lucernâ fundo admotâ,impalpabi-is ille cinis ex se apertam rosæ vel calendulæ speciê mittebat. Dominus *de Luynes* cum in ædibus *Quercetani* animum ad salem ex urticis extrahen-dum appellebat,in lixivio colato &noctu conge-

lata

lato, manè in glacie vidit urticarum formas, radic caudice, foliis & locuſtis conſtantes, ut nihil eleg gantius nec perfectius, utpote planta omnibus ſui numeris abſoluta, ac diſtincta membris & partibus ſuſcipi, potuiſſet, omnibus, eam intuentibus, urti cas eſſe certiſſimè agnoſcentibus. Poëtæ finxerunt Aφροδίτην matrem generationum ex ſpuma ma ris natam, videntes appetitum generandæ prolis in ſale poſitum eſſe. Hînc nautæ maximè ſunt ſa laces: & omnia ſalſa ut oſtrea ad venerem conſſe runt. Cornu Amaltheum, copioſiſſimo ac pingui ſimo ſale abundans, omnium affluentiam ex ſal derivari oſtendit. Nullâ re magis luxuriantar va quàm cornuum in ipſis putrefactorum copiâ, & degiſtorum adipoſo ſale: Ob copiam ſalis colum bariorum & ſterquiliniorum fimi inſperſi arva im pinguant.

Sales ſunt duplices: alii poſt calcinationem ex cineribus eliciuntur: alii verò eſſentiales vocan tur & in ſuccis concreſcunt. Illi reliquis principii ſunt ſpoliati: hi adhuc partibus ſulphureiis & mer curialibus abundant. Deinde aliqui fixi ſunt: a lii volatiles. In cornu cervino ſal volatile ſatis copio ſum reſidet: In cochlearia ſal volatile ſuperat fixũ. Quãdo fixũ ſuperat volatile, detinet illud & contrà.

Continet ſub ſe terram in utilem, relollaceam leviſſimam, quæ quò magis depuratur à reliquis principiis, eò ſemper fit levior. Calcina ſilices, & per retortam deſtilla liquorem, qui copioſus ineſt, terra manebit leviſſima: cineres graves ſunt pro- pter ſal, extracto eodem, caput mortuum leviſſi- mum deprehendes.

Ex

Ex his tribus principiis corpora omnia concre-
constant, quæ, ut docet *Sennertus lib. de Chimic-*
rum Aristotel. & Galen. consens & dissens. c. 11. non
nt corpora simplicia ante elementa; ex elementis
idẽ materiã, formas tamẽ ipsis nobiliores habẽt.
eméta largiuutur temperiẽ: illa odores, colores,
pores & inflam̃abilitatem. Illa mumiam illã vita-
, amicabile vitæ nostræ nectar constituunt, videli-
t calidum nativum, ἀνάλογον τῶν ἀςρῶν ςοιχείῳ
piritus insitus est mercurialis, subtilissimæ sub-
antiæ, τὸ θερμὸν ἔμφυτον. Sulphur est purissi
us ille ignis, quem non nives obtundunt, non
acies edomat, Humidum πρωτόγονον sal illud
t fixum & perenne. Ex his etiam tribus omnia
etalla constant, quæ, ut explicat *Theophr. Para-*
lsus lib. 1. de generat. rer. natural. ab *Hermete*
digitata sunt sub nomine spiritûs, animæ &
rporis. Sulphur respondet animæ, quæ jungit
rpus seu sal cum spiritu seu mercurio. In hæc tria
mnia etiam, separatis heterogeneis, resolvuntur.
t autem à natura sunt insita, ita de & novo non
unt, non sunt factitia, aut formam novam ab igne
tificiali acquirunt, sed prodeunt solùm in con-
ectum. Ars nihil aliud molitur quam τὸ διασπᾶν συγγνώμενα, καὶ τὰ συντιθέμενα διαλύειν:
paratio nullas novas creat formas. Malè ergò
ediderunt nonnulli, salem rebus non inesse, sed
r solam combustionem generari, partibus sicci-
ibus per sum̃am ignis violentiam salescentibus.
esolvuntur autem per anatomiam, quam *Para-*

celsus pluribus in locis novâ quâdam licentiâ, latiori significatione extendit ad diligentem exquisitionem, quæ verum rationis opus est, quâ minimè contenti partium figurâ, compositione, situ, substantiæ usu, ulterius progredimur, & intima nostri corporis principia, ex iisque provenientes proprietates varias, & δυνάμεις rimamur. *Petrus Severinus, in id. med. Philosoph. c.7.* in hac anatomia Medicum exercitatum esse oportere inculcat. Hanc anatomiam vitalem, essentialem appellant. Hanc prolixo sermone commendat *Paracelsus Oper. Chirurgic. tom. 2. lib. 2. de tumor. pustul. & ulcer. morbi Gallici*; ubi contumeliosis verbis reprehendit illos, qui localem & mortuam, quæ cujusque partis situm & conformationem in cadavere demonstrat, sufficere existimant ad bene medendum; illum autẽ negligunt: cùm potius hæc illam præcedere debeat. Hanc se primùm proposuisse gloriatur arroganter. Et *Paramir lib. 1. de Origin. morb. ex trib. substant. c. 6.* commendat anatomiam corporis humani seu microcosmi triplicem: Una est localis, altera materialis. Localis est, quando homo per se dissecatur, ubi quid ossa, caro, venæ sint, & quam sedem habeant, spectatur. Sed hæc omnium minima est. Altera potior est; ea nimirum, quid sit sanguis, quale adsit sulphur, mercurius, sal in quibuscunque partibus, corde, cerebro demonstrat. Anatomia morborum tertia est, quæ viam monstrat, per quam mors microcosmum ingrediatur.

DI-

DE FINE CHIMIÆ.

Finis Chimiæ est duplex, internus vel externus. Internus est, purum ab impuro separare, & medicamenta grata, cita, salubria, tuta concinnare. Nihil enim est à natura creatum, quod puri & impuri partibus non constet. Impurum autem puro officere, quò minus prosit homini, propter quem omnia creata sunt, clarum est. Indè necessariò inferendum: purum ab impuro separandum, ut in usum humanum sit commodum nec purum posse homini conducere, quin impuri facta sit separatio.

In materiis, quæ ad usum Medicum conferuntur, duæ sunt substantiæ diversæ; una virtuosa, potestatū salutiferarū plena; altera vacua, inermis & nuda. Quicquid integræ possunt, nō mole materiæ possūt sed virtute essentiæ latitantis; dum elementa cum principiis sunt conjuncta & quasi concatenata, virtutē suā exserere adeò promptè nequeunt: illis decorticatis, compedibusque solutis, nudæ in libertatem adscitæ, spargunt radios benignæ naturæ. Purum hoc appellatur à nonnullis astrum, propter splendorem; semen propter fœcunditatem; balsamum propter incorruptibilitatem; radix, propter regenerationem, quæ ab *Hippocrate* τῶν δυναμέων nomine sit honorata, quia sit actionum causa. Ab *Aristotele lib. 2. de generat. animal. c. 3.* φύσις & natura, ἀνάλογον τῶν ἄστρων στοιχείῳ. Imo nonnulli quintam essentiam τῇ οὐσίᾳ cœlestem consti-

tuere

tuere, non sunt veriti. Verùm nos non recipimu[s] purum hoc τῇ ὄσια reverâ de natura & substan[t]ia cœlesti esse? cum portio illa cœli compositis & concretis corporibus non insit κατὰ μίξιν. Qu[ae] enim hoc modo permiscentur, sunt παθητικὰ κα[ὶ] ποιητικὰ μετ' ἀλλήλων: adeoque iisdem agen[]di & patiendi qualitatibus instructa, eandemqu[e] habent materiam. Sed cœlestem substantiam cum elementis, aut sulphure, sale, & mercurio, ce[u] ἀσύμβλητον penitissimè in unum aliquod συνι[στ]άμενον ὁμογενὲς, quod formâ necessariò sit u[]num, coire, asseri nunquam poterit. Neque etiam portio cœli compositis corporibus conjungi po[]test κατὰ παράθεσιν: quia corpora composita na[]turalia non essent unum per se, sed per accidens per aggregationem partium diversæ speciei, citr[a] mutationem aliquam antecedentem, & per conse[]quens non essent unum τῇ ὄσιᾳ, quod tamen ma[]ximè est necessarium.

Quicquid sit, purum tale ab impuris, relollace[is] rejectaneis secretum, Chimica medicamenta redd[]it humano generi salutaria, ut citò, tutò, iucund[è] operentur, roburque in agendo partibus conci[]lient, quò integrè, ἱκανῶς, ἀλύπως, ἀνεμποδίστως functiones exerceant. Citò operari, ἐνεργητικὰ & δραστικὰ esse, commune habent cum multis an[]tiquorum remediis, quæ facultate operation[is] illis non cedunt, habito tamen discrimine com[]plexionis eorum, quibus exhibentur. In peste me[]dicamina crassa & terrestri mole obruta tardius e[]

pe[]

berantur: horum verò ad summam subtilitatem redactorum tanta efficacia & in agendo activitas est, ut veluti in ictu oculi penetrent omnia, consumant superflua, renovent deperdita, sanent morbida, nec ullam admittant ulteriorem corruptionem. Tutò etiam exhibentur, si usus adest circumspectus, τῦ τεχνίτε σφάλματα ὀυ δεῖ νομίζεσθαι εἶναι τῆς τέχνης, artificis errata non possunt imputari arti. Violenta non sunt ab arte, nisi τῆ φύσει talia sint: Violenta non fiunt, nisi priùs sint in abdito, imò ab arte truculentia hæc mitigatur. Venenata nō sunt ritè præparata, licèt in minima dosi exhibeantur, sed præ postero usu damnum excitare possunt. Medicamenta antimonialia, mercurialia & alia per se neque deleteria, nequè erodentia sunt, neque empyreumate naturæ insidiantur. Quamvis autem tuta sint, non tamen semper conducunt; non enim omnes formæ omni affectioni conveniunt: Et est mira varietas singularum constitutionum in ægris, quibus evenire, potest, ut diversis temporibus eodem morbo laborantes, non tamen eodem medicamento possint sanari. Neque facimus cum illis, qui affectuum calore abrepti, illa planè rejicienda, aut *Galenicis* postponenda censent. Non enim in illis κράσις, aut facultates manifestæ aut occultæ destruuntur, neque per præparationem in ignobiliori sede locantur, nec formæ naturales mutantur in artificiales. Jucunda etiam sunt & illectiva; horrendis enim medicamentis sæpè percel-

cellitur natura ut nihil proficiamus: jucundis autem, tàm ob minimam dosis quantitatem: quàm ob saporem gratum & non nauseabundum, odorem fragrantem, coloremque amabilem morbi curantur & propelluntur.

Medicamenta hæc morborum curationem absolvunt, quatenus sunt contraria facultate & potentiâ, similia imaginatione & sensu: seu quatenus sunt contraria effectu, similia tamen denominatione esse possunt. Hisce medicamentis Chimicis ars medica, simpliciter in sua perfectione sumpta, carere nequit. Clarissimus enim locus est *Hippocratis lib. de vet. med.* Δοκέει δὲ μοι ἡ ἰατρικὴ ἀνευρῆσθαι ὅλη, ἕστηκε γὰρ ἡ ἰατρικὴ πᾶσα. *Videtur mihi medicina inventa tota; consistit enim tota.* Ex quibus perfectissimam artem tùm fuisse concludi posse nonnullis videtur. Sed *item lib.* περὶ τῆς ἀρχαίης ἰητρικῆς, postquam plurima in arte reperta longo tempore dixisset, subjungit, plura alia inveniri posse. Ἰητρικὴ δὲ πάντα πάλαι ὑπάρχει, καὶ ἀρχὴ καὶ ὁδὸς εὑρημένη, καθ᾽ ἣν καὶ τὰ εὑρημένα πολλὰ καὶ καλῶς ἔχοντα εὕρηται, ἐν πολλῷ χρόνῳ, καὶ τὰ λοιπὰ εὑρεθήσεται, ἤν τις ἱκανὸς τε ὤν, καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς, ἐκ τούτων ὁρμώμενος ζητέῃ. Ὅστις δὲ ταῦτα ἀποβαλὼν, καὶ ἀποδοκιμάσας πάντα, ἑτέρῃ ὁδῷ καὶ σχήματι ἐπιχειρέειν ζητέει, καὶ φήσει τι εὑρηκέναι, ἐξηπάτηται καὶ ἐξαπατᾶται. *At verò in medicina jam pridem omnia subsistunt,*

in

n eaque principium & via inventa est, per quam praclara multa longo temporis spatio sunt inventa, & reliqua deinceps invenientur, si quis probè comparatus fuerit, ut ex inventorum cognitione ad ipsorum investigationem feratur. Qui vero his omnibus rejectis ac repudiatis, aliam inventionis viam aut modum aggreditur, & aliquid se invenisse jactitat, is tùm fallitur, tùm alios fallit. Imò disertissimè *in epistol. ad Democrit. qua ipsi adscribitur*, neque se ad finem pervenisse, neque inventorem ejus *Æsculapium* confirmat: ἐγὼ μὲν ἐντελὴς εἰς τέλος οὐκ ἀφίγμαι, καίπερ ἤδη γηραλεὸς καθεστώς, οὐδὲ ὁ τῆς ἡ εὑρετὴς Ἀσκλήπιος. Chimia ex *Suida & Cedreno*, inquit *Zacharias Brendelius*, Chimicus olim Clarissimus, *in Chim. in art. form. redact. prooem. 1. sect. 1. pag. 6.* amanuensium & ministrarū Medicinæ, quarū numero plures sunt, fidelissima existit: quâ sine maximo ægrotorum damno, ut taceam nauseam, carere nequit; in hac præsertim mundi senecta, ubi duro nodo durus quærendus est cuneus, Non enim pari facilitate curantur morbi atque olim. Et sanè Pharmacia, teste *Josepho Quercetano*, huic arti acceptum ferre debet, quicquid habet pulchri & artificii nobilioris.

Externus finis δι' ὅ, propter quid, ultimus licèt sit exsequutione, primum tamen movens est intentione, nimirum sanitas subjecti sui principalis, nempè hominis.

DE

DE INSTRUMENTIS CHIMICIS.

TOta Chimia ratione medii & finis in tres partes dividitur; in instrumenta, operationes & opera, sive effecta Chimica, quæ & species Chimicæ dicuntur.

Instrumenta varia & multa sunt, præcipua tamen videntur, furnus, lutum, ignis aër, aqua, terra, menstruum & vasa.

DE FURNO.

FUrnus Græcè ἰπνὸς, κάμινος, φοῦρνος, φανὸς, κλίβανος, μαγειρίον dicitur. Sic ἰπνὸς κεράμεος furnus figulinus nominatur.

Fornax & furnus pari ambulant passu. Furnus est locus, capsa & velut officina *Vulcania*, ignis coërcendi, regendi, recteque administrandi gratiâ excogitata. Calor in artificis potestate esse non potest nisi inclusus, & in diverticula ingenio se distributus. Adiumento huic scopo domicilium & *Vulcanium* illud claustrum est excogitatum.

In constructione fornacum quamvis primâ vice non succedat negotium, non cessandum tamen ab opere, sed in oculis habendum, quod gladiatoribus languentibus acclamari solebat: Repete, indefesso opus est labore.

Structura ejus varia est, constans ex partibus simplicioribus & magis compositis. Simplici-

ores

es sunt lateres, iique vel crudi, qui ad nutum
ificis scindi possunt, & cum luto in unam cru-
m coalescunt, vel cocti. Lutum conficitur ex
illa bona, tenaci non lapidosa, cui arena per
brum à lateribus liberata, & tomentum pi-
um, percussione baculi benè dilatatum, admi-
ntur. Alii fimum equinum, & ferri scoriam
dunt.

Ferramenta etiam necessaria sunt, in pluri-
s duplicia 1, Craticula portandis carbonib⁹ a-
. 2. Lamina, transversos duos digitos lata,
i sustinendo accommodata.

Compositiores partes, seu regiones aptè inter
connexæ tres sunt: infima κονιςήριον cinerari-
, inquam decidunt cineres, qui ignem suffoca-
t. Foramen habet, per quod cineres eximun
, & aër ad ignem ventilandum intrat. Media est
ϖιατήριον focus, carbones continet, à subje-
per ferream cratem seu septum distincta. Fo-
nen habet per quod carbones immitti queunt
prema pars est ἐργαςήριον, ergastulum ipsum,
is recipiendis dicatum. Ad latera superius ha-
: quatuor foramina, spiracula & registra com-
niter apellata, ad aëris immissionem & fuligi-
n expulsionem, adeoque ad ignem regendum
ommodata.

Ratione operationum furni varii sunt, & varias
bent figuras. Rotundi enim sunt, quadrati, hu-
es, alti, parvi, magni, clausi, aperti, simplices,
npositi, separati, connexi, reverberii seu rever-

beratorii, digestivi, circulatorii, calcinatorii, fu-
rii. Præprimis autem.

In furnis construendis dextritatis laudem ob-
tinuit præ cæteris Chimicis *Joh. Rudolphus Glau-
rus*, ediditque librum, cui titulus: FURNI N-
VI PHILOSOPHICI, in quibus demo-
stratur modus singularis spiritus, olea, flores & si-
milia vegetabilia, animalia & mineralia medic-
menta præparandi.

Duo prælertim furni sunt peculiares, athanor
& incuriæ.

Ὁ ἀκηδὴς, ἢ ὁ τῆς ἀκηδίας ἰπνὸς, παρὰ
τοῦ μὴ κηδεμονίας χρῄζειν καλούμενος, in cu-
riæ furnus, acedia vulgò, quod non indigeat mu-
vigilantiâ, dictus, aut ut *Dornæus* ait, quia lentu
aut pigrum subministrat ignem, *Henricus Pige-*
der faule Heintze etiam appellatur, à negligenti-
administratione, & quia Curatori suo indulg-
quietem, somnumq;, & connivet ad operas: sapi-
tiæ furnus ab aliis appellatur; est enim in ejus a-
paratu magna solertia, major in regimine, ma-
ma in rerum ipsarum conveniente accommodati-
ne, absolutioneque artificiosa.

Duplex hicce est: simplex vel compositus. Sim-
plex, solitudinis, uno constat furno. Composit-
plurium rivalium furnorum. Appellatur etia-
societatis acedia. Ad unam turrim amplioren
duo vel plures constituuntur furni, ut indè exco-
muni foco tamquam prælepi beneficium calor
& nutrimentum ignis accipiat quilibet. Lege ph

pag. 66 Tabula.

Furnus est vel

- Apertus, ita dictus, quòd pars ejus superior aperta. Est
  - δοκιμαςικὸς, probatorius. Inservit magis metallurgiæ. Inservire tamen potest & Medico ad metalla probanda, ne necesse habeat recurrere ad aurifabros. In eo fulminantur & examinantur metalla sub tegula in catillo cinereo.
  - ἀνέμιος, ventosus
    - simplex.
    - cum folle.
- Tectus est vel
  - Simplex
    - Dissolutorius
      - Ascensorius
        - Siccus in
          - vesica.
          - catino.
        - humidus balnei
          - Roris.
          - Mariæ.
          - Sicci.
      - Descensorius
    - Calcinatorius
      - Cæmentatorius.
      - Reverberatorius.
  - Compositus
    - Athannor Philosophicus, Arcanus. Vox haud dubiè est ab *Arabibus* usurpata. His enim Tannuron est fornax, clibanus. Similis τῷ Attou non.
    - Ἀκηδὴς, nullam habens curam. Furnus incuriæ, *piger Henricus*. Nomen habet ἀπὸ τȣ̃ κῆδος, cura, sollicitudo; ὁ καὶ ἡ ἀκηδὴς έος, nullam curam gerens, negligens.
    - *Glauberiani* furni varii sunt.

apud *Libavium Comm. alchim. part. I. lib. I. de evastic. art. c. 29. & 30.*

Athannor, sicut in genere indiscretim quemli- furnum notat, ita in specie furnum arcanorum, uctura ejus ita concinnata est, ut non tangat i- is materiæ conceptaculum, sed solum halitum ομοποιὸν debito gradu moderandum confe-. Figuræ ejus â *Libavio dict. lib.* & *Sennerto lib. nstitut. Med. part. 5. sect. 2. c. 11.* exhibentur.

DE LVTO.

POstquam ad furni structuram etiam requiri- tur lutum, pauca hîc de lutamentis Philoso- phicis attingenda duximus.

Luti magna olim habebatur ratio in arte statu- a. χαλεπώτατον ἐστὶ τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχι πηλὸς γένηται. Sententia hæc est *Polycleti Statu-, lib. 2. συμποσιακῶν probl. 3. Plutarcho Au-*

Alludit plastes ad fictorum consuetudinem, qui erinducto ungue commissuras marmorum ex- rabant.

Difficilis est etiam luti Chimici præparatio d commissuras vasorum terreorum ac vitreo- accommodatio.

Varia luta describit *Beguinus Tyrocin. Chim. lib. 6*, eaque satis probata, pro fornacibus con- endis, ex terra pingui, & pilis vaccinis pro re- tis loricandis, ex argilla figulina, stercore equi-

no, farina laterum, squama ferri, vitro pulveri-to, pro vitris fractis consolidandis, ex calce viva albumine ovi, super laciniâ lineâ extendenda. Junctura alembici cum cucurbita acuratè occludun-tur, ne vel minimum exspirare possit, paratis loco ex intestinis vel vesicis bubulis. Hæc aquâ emol-lita, applicata & indurata, firmiter, instar glutini adhærent.

Lutum aquaticum appellatur, quod in aquis s vaporibus durat.

Commissuras canalium cupreorum, per aqu transmissorum, cum doliis ligneis refrigerator i quæ ad aquarum destillationem adhibentur munire solent artifices affusa pice.

DE IGNE.

Ignis varias significationes habet; interdum sumitur pro igne visibili, qui ex carbonibus construitur; interdum pro omni calore, qui i-gnis vim ostendit, eiusque effectum producit. I-gnis generale & commune quasi est plurimarum artium instrumentum. Hinc rectè dicit *Philoso-phus lib. de Spir. c. 5.* αἱ τέχναι πυρὶ ὡς ὀργάνῳ χρῶνται, ἡ δὲ φύσις ἅμα καὶ ὡς ὕλῃ, *artes utun-tur igne, ceu instrumento, natura verò si-mul ut materiâ.* Et eum *Cicero lib. de natur. Deo* vocat artium magistrum. *Prometheus apud Plato-nem in Protagora*, Vulcani & Minervæ commun habentium ædes, τὴν ἔντεχνον σοφίαν, artific-iosam sapientiam cum igne suffuratur, ἀμήχανον

Tabula Prima

Ignis autem ſeu calor duplex eſt
- Naturalis: Solis radii calor refractus, vel ſpeculo repercuſſus.
- Artificialis
  - Simplex, inſervit
    - Digeſtioni in
      - Athannore.
      - Fimo.
    - Separationi
      - lenis
        - veſicæ.
        - Cinerum.
      - fortis
        - Impeditus
          - Arenæ.
          - Scobis ferri.
        - liber
          - Carbonum.
          - Flammarum, vel ignis vivus.
          - reverberii.
  - Miſtus, qui tàm digeſtioni, quàm ſeparationi inſervit, Balnei calor dicitur
    - Maris.
    - Roris.
    - Vacui.

Vacuum, nec aquæ, nec roris plenum dicitur, cum vitrea retorta cupulæ terreæ vel ferreæ includitur, aliudque vas cupulæ imponitur, commiſſuræque diligenter luto clauduntur,

Tabula Altera.

Ignis eſt vel
- Naturalis, parabolicus, à reflexione radii ſolaris ex centro ſpeculi concavi, ſeu conchæ vitreæ hemiſphæricæ excitatus.
- vel artificialis. Hicque rurſum duplex
  - Udus humidus
    - mediatus in Balneo
      - 1. Maris.
      - 2. Roris.
    - immediatus in veſica.
  - Siccus
    - mediatus
      - Cupulæ
        - arenoſæ.
        - cincreæ.
        - ferreæ.
      - Crucibuli.
    - immediatus, qui ſine medio urit, reverberii in furno
      - Vitrariorum.
      - Deſtillatorio Spiritus vitrioli;
      - peculiari exili tribus cameris, cinerarii, foci & tecti diſtincti.

ἄνευ πυρὸς αὐτὴν κτητὴν, ἢ χρησίμην γενέσθαι,
possibile enim erat sine igne illam impetrare
t utilem sibi esse. Chimiæ cognitio certè sine
ac aquiri nequit. Summæ rerum suarum hunc
æfecit. Hunc quâvis Vestali religiosius colit
cisque custodit multi formibus.

De hoc igne sanè iniquè censet *Quercetanus* in
Anonym. quando pro tot beneficiis, non alium
onorem ei habet, quamquòd eum infamia ipsum
beat ab elementorum consortio facescere, qua-
qui nihil utilium progignat, utile corrumpat, &
d extremum interitum perducat, noverca, non
ater, destruere pronior, quam fovere. In digni-
tis plenam possessionem rursus eum locavit *A.*
.Billichius Thessal. rediviv. c. 4. Elementorum
n statione bono titulo locum suum nunc
efendere potest. Irrevocabili symbolismo &
ecessitudine sociari meretur ignis reliquis ele-
nentis, communi consensu eorum, qui in rerum
roductione magna ejus religiosâ veneratione a-
noscunt merita: fovet calore, recreat luce, per-
neat subtilitate. Non omnia destruit, utilia mul-
a producit, mater facilis, non injusta noverca.
Non potest ejus vice fungi cœlum, disparis omnì-
iò naturæ & sortis. Ignis ergo auxilium & suffra-
gium, ut ad alias, ita etiam ad Chimicas operatio-
nes nobis necessarium est.

Variæ autem sunt ignis differentiæ; & conside-
atur iste vel ratione furnorum, vel ratione qua-
itatis.

Gradus ignis varii sunt, & caloris modi diversi.

Ad terminum certum agit ignis; neque enim quo major fuerit, eò magis calefaciet aquam, sed certus caloris terminus est, ultra quem si ignis augeatur, nihilo redditur aqua calidior, sed potius per vaporum ascensionem exsiccabitur.

Bono ergo regimine, quod πυροτεχνία dicitur, Ideirco opus est, ut certis cancellis, quasi habenis ignis coërceatur, ejusque potentiæ ponatur modus, certique statuantur fines, sive incendio opus sit atque æstu, sive fervefieri quippiam atque iterum tepescere expediat.

Per suos ergò gradus regitur ignis, qui ab omnibus ferè Chimicis quatuor referuntur, & *Sennerto lib. 5. institut. med. part. 3. sect. 2. c. 2.* nec non *Zach. Brendelio Chim. in art. form. redact. sect.* 1. c. 2. 3. 4. & 5. prolixè describuntur.

Hos autem gradus optimè distinguit partim furnorum diversitas, partim qualitas ignis intensior & remissior.

Furnorum ratione primus gradus seu mansio est in B. M. quo continentur medicamenta alteri vasi, scobe ligni serrati, id est serrâ discissi, mediante imposita, quam coctionem Græci ἐν διπλώματι in duplici vase vocant. Locum etiam habet in balneo vaporis & roris. Respondet & comparatur calori gallinæ ovis incubantis, & pullos excludentis, vel calori solis temperato, Mense Majo. In eo manum superventi labro aut registro tenere possumus. Secundus ignis gradus est in vesica, arena & cineribus. Tertius in scobe seu limatura ferri. Quartus nudus dicitur & patens,

sitque

que in igne aperto. Et ad hunc gradum ſpectat nis ſuppreſſionis, cum retortæ coopertæ arenis pponuntur carbones, more in cinnabaris antionii præparatione recepto.

Verùm diſtributio hæc legibus ἀκριβείας onformis haud videtur. Membra diviſa non exaè opponuntur, Quilibet gradus in qualibet oeratione obſervantut. Quæ deſtillantur calore obis ferri, ea cinerum & arenæ regimine effetum ſortiuntur eundem. Indè etiam ſeculo notro cinereus obſolevit, ferreus deſiit, jamque um ſabulum amborum vice fungitur.

Qualitatis caloris ratione, diverſimodè diriuntur & cognoſcuntur gradus ignis. Et quidem. ex contactu. Primus enim gradus ignis eſt onium leniſſimus, diciturque digeſtivus, circulaor ius, putrefactorius, eſtque calor balnei initio m ilis fimi equini, quem digiti hominis tenerrini ferre poſſunt, reſpondet urinæ recens mictæ. Secundus gradus evidenter ferit manũ, ſine læſioe tamen & reſpondet aquæ tepidæ, aut radiis ſoaribus in æſtate. Tertius gradus lædit manum eſpondetque aquæ ferventi, aut arenæ fortiter caefactæ. Quartus gradus deſtructivus eſt, & dicitur reverberii, quod materiam undique ambiat onſtetque flamâ vivâ, & reſpondet ferro candenilimato II. Ex regiminis ipſius ratione cognoſcuntur ignis gradus; ſi ſcilicet unicum regiſtrum ſive ventilabrum unum vel dimidium ſit apertum, primus eſt gradus: ſi duo, ſecundus: ſi tria, tertius; ſi quatuor, quartus gradus. Et demum III.

ex ſtillicidii ipſius modo ignis gradus cognoſcuntur. Si in quolibet tactu muſico cadat gutta, erit primus gradus; ſi dimidio, ſecundus; ſi quadrante tactûs, tertius: ſi momento ſingulo, erit quartus gradus.

Hi tamen gradus variant ſæpius ratione circumſtantiarum, prout reſiſtentia rei, in qua calor eſt internus, ſe gerit, ita etiam ſe habet externus. Deinde quilibet etiam horum graduum magnam habet latitudinem, ac non immeritò quilibet gradus iterum in ſuos gradus diſtingui poteſt. In quibus rectè adhibendis multum ſitum eſt. Præſtat tamen plerumque peccare in defectu, quam in exceſſu. Siquidem ſemel violentiâ ignis corruptum eſt, in integrum reſtitui non poteſt: & ſæpe vitra corrumpuntur ac alia pericula accerſuntur. Verùm ſi in defectu quid peccatum eſt, continuatione & caloris gradu aucto id compenſari poteſt; etſi tempus operationis prolongetur.

Caloris autem gradus variis modis concinnari poſſunt, & ex variis cauſis pendent, quarum præcipuas proponemus. Primò enim variis mediis ignis adhiberi poteſt. Aliàs enim materia cum vaſe idoneo, vel etiam abſque vaſe, nudo & patenti igni admovetur. Qui rurſus variis modis adminiſtratur. Vel enim circularis eſt, qui in plano ambit vaſa, & à loco diſtanti paulatim vaſi propius admovetur; donec tandem ſuper ipſo vaſe accumuletur; vel vaſi in fornace idonea ſubjicitur, aut etiam ſupra vas accumulatur; vel reverberatorius eſt, ſeu anti typus, cum flamma ab operculo ſeu

studine fornacis repercussa materiam quasi verrat, & ita undique ambit.
Aliàs verò materia cum suo vase igni patenti non objicitur, sed, alio corpore inter medio, ipsi movetur; idque variis modis. Primò enim, si inus seu capella, cui imponitur in tripode vas, teriam præparandam continens, sit vacua, comodissimè appellatur Balneum siccum, seu stupha ca. Si verò vas non sit vacuum, varius calor, o varietate materiæ, quæ catino imponitur, hari potest, & variis nominibus appellatur, Si aâ impleatur, & vas cum materia destillanda aquæ mergatur, appellatur simpliciter Balneum Ma. vel Mariæ. Balneum præterea non ex sola aa parari potest, sed ex scobe ligni serrati, vel no capellam replere, idque humectare, atque ita rum imponere licet. Si vero vas cùm materia boranda non aquæ immergatur sed ita colloce, ut saltem vaporem calentis aquæ excipiat, nonatur Balneum vaporosum. Postea repletur inus cineribus, farinâ laterum, arenâ, scobe, vel aturâ ferri & similibus.
Secundò caloris temperatio pendet ab igne cosiore vel pauciore: cujus copiam in carbonibus ensis pro libitu artifex minuere, augere & qualẽ et procurare potest; idque copiâ vel paucitate bonum vel aëris liberiore afflatu, ejusdem que lusione atque interceptione. Major enim bonum copia majorem & potentiorem calo. suppeditat, si accendi ob aëris afflatum & acula aperta possint. Quæ omnia rectiùs monri, quam describi possunt. E 5 Ter-

Tertio ad calorem variandum facit etiam cati-ni, quem vulgò capellam nominant, varia ab igni distantia. Si enim propius igni admoveatur, calor intenditur.: Si longius ab eodem removetur remittitur.

Caloris opera etiam varia sunt. Movet enim calor alterando calefactivè per se: Movet etiam generando & corrumpendo per accidens, minuendo & augendo: movet etiam motu locali in elevandis spiritibus, destillatione & floribus, sublimatione factâ: movet etiam liquando, dum ejus atomi seu minimæ particulæ primò catinum sive crucibulum, post ipsum metallum penetrant, & ingrediuntur, ipsumque in minimas particulas resolvunt, & cum illis se uniunt. Evanescit ille motus cum atomi igneæ exspirant, metallumque liquatum coalescit in massam, quæ facta erat contigua continuam.

In solutione ignis requiritur levis, in sublimatione mediocris, in coagulatione tēperatus, in dealbatione continuus, in rubificatione fortis. Quæ omnia non de ignis graduatione, sed gradûs jam constituti ad opus Philosophicum accomodatione sunt intelligenda.

DE AERE.

Aër, cujus in numero instrumentorum Chymicorum mentionem faciunt *Laurembergius Animadvers. in Salæ Aphorism* & *Sennertus lib. de consens. & dissens. Chimic. cum Aristotelicis & Galenic. c.* 10. duplici modo, quà scilicet hum-

du-

s, & quà aliena frigiditate imbutus, Chimicis aximè necessarius est.

Humidus aër rebus naturâ siccis se admiscet, que consistentiam liquidam communicat. In lla frigida humida se admiscet salibus elementa- bus vegetabilium, quæ per simplicem fiunt inci- rationem, ut sali absinthii im primis tarta- In aëre humido spiritus sulphuris campana- s liquidam adsciscit formam. Frigidus verò aër raccidens homogenea constringendo congre- t, & salium concretionem promovet. Ita nitrum ncrescit in frigido. Salia mistæ prosapiæ, sul- ureæ, oleosæ & salinæ, ut cornu cervi, succini, frigido melius coagulantur & concrescunt, quã calido: quin in calido potius dissolvuntur. In ctificatione spiritus cornu cervi, dum alembicus huc tepet, nondum ad calidum alteratus, con- scit sal volatile: procedente destillatione, alem- o à spiritibus calidioribus alterato, idem sal vo- ile resolvitur. In frigido concrescunt Cry- lli tartari, qui in calido erant liquor.

DE AQVA ET TERRA.

Aqua & terra in censu instrumentorum Chi- micorum aëri conjunguntur à Clarissimo *Sennerto lib. de constitut. Chimiæ.* Et qui- n in destillatione spirituum salis & nitri addi- sali & nitro argilla vel bolus, ut nimirum illa regentur, nec tàm facilè fluant.

DE

DE MENSTRUO.

Menstrui vocabulum est homonymum. Notat enim primùm excrementitium illud mulicrcularum Zenith, quemadmodum loquitur *Crollius in Basilic. Chimic.* seu singulis mensibus apparere consuetum fluxum. Deinde est terminis artis Chimicæ, & significat liquorem quendam in operarum nonnullarum subsidium ab artifice adsumptum, & per mensem philosophicum in opere detentum, rerum extractioni seu solutioni inservientem.

Menstrui appellationem accepit hæc vox à tempore, quo digestio aliqua absolvitur.

Clavis etiam à nonnullis nominatur hoc menstruum, quoniam mistorum claustra aperit, & ad interiora viam parat. Liquor solvens etiam incogitari solet, & extrahens, Hinc menstruum dicitur omne, rerum solutioni vel extractioni inserviens. Et liquores, qui vim habent corpora fixa & dura attenuandi & dissolvendi, non injuriâ solventes vocantur. Solutio occurrit in auro cum aqua regia imbibito: extractio in absinthii tinctura per spiritum vini parata.

Est autem menstruum vel universale, vel particulare. Universale est, quod promiscuè omnia corpora solvere valet. Hujus meminit *Crollius* & vocat aquam sapientiæ, menstruum mercuriale Philosophorum, totius naturæ secretissimum, omnium metallorum ac lapidum verum & appro-

pri-

riatum solvens, quo se tamen carere ferè ejulabundus conqueritur. *Franciscus Antonius Londinensis* menstruum suum auri solutivum vocat Aquam Cœlicam *Raimundinam*, Mercurium Philosophorum, omnium horarum hominem, qui quamcunque impressionem veluti cera recipit, quo centum quadraginta specierum selectissimarum, animalium, vegetabilium, mineralium essentiæ possint evocari. Alii balneum Dianæ vocant, & Magneticam priscorum Philosophorum clavem, corpus omne naturale mirâ & numerosâ virtute permeantem.

Non datur verò menstruum, quod naturalis omnia corpora solvere queat promiscuè. Agens namque non agit pro ratione agentis, sed pro dispositione patientis.

Particulare menstruum est, quod certæ alicui rei solvendæ destinatum est.

Sunt autem menstrua ejusmodi particularia varia: actualia nimirum humida, aquosa, salina, sulphurea, & potentialia sicca, quæ quidem actu proximo & absoluto minimè vim solutoriam obtinent, sed ab actu secundo accipiunt, accedente igne re verberii, ut sulphur, nitrum, mercurius, quæ ignis beneficio in actum solvendi & discontinuandi erumpunt.

Communiter tamen actu humidis menstrui nomen adsignatur, humidaque talia menstrua sunt vel aquosa insipida, vel salina, vel oleosa sulphurea. Aquosa per decoctionem & infusio-

dionem vegetabilium & animalium partes, sa-charum item & salia, per irrigationem solvunt. Scammonium extrahendi menstruum commo-dum & præstantissimum est aqua fumariæ, & en-diviæ. Aloën solvit aqua endiviæ, & succus ro-sarum, violarum. Saccharum & sal olei vitr. potestati sunt exempta, & ab eo solvi nequeunt teste *Angelo Salâ aph. Chimiatric.* 26. Multi i negant, & aurigas in medium producunt, semina anisi & foëniculi saccharo incrustata in spiritum vini ardentem injicientes: tussiculosos etiam spi-ritûs vini penetrantem violentiam saccharo ac-censo retundentes. Verùm, si hujusmodi sac-chari solutio adparet, non spiritui, sed phleg-mati debetur. Hinc etiam saccharum non prius solvitur, quàm flammâ in auras dissipatâ. Nec illi rectè faciunt, qui nitrum, tartarum ad cœru-leum colorem calcinatum, tincturam extra-cturi, imbibunt spiritu vini subtiliter recti-ficato. Nihil solvitur, priusquam spiritus in auras evanuit, tùm phlegma solutionem in-choat.

Solventia menstrua liquida insipida nô possunt elicere oleosas & sulphureas rerum essentias & substantias. Aquæ enim cum oleo nulla affinitas, autore *Sala aph. Chimiatric.* 18. Quæ contrà adfert *Laurembergius defens. animadvers. quæst.* 3. de aniso & thymo, quorum olea ad destillationem apta redduntur per adfusam aquam, quæ illorum partes pervadit & oleositatem educit, & de eo-rundem affinitate, ob similem qualitatem, humi-

dita-

tatem, illa veritatem *aphorismi* & universalita-m non expugnant. In hoc actu non extrahit qua oleum, & sibi approximat, ut menstrua so-nt; sed solùm ad seminum macerationem fa-t. Ignis pòst educit è potentia materiæ oleum sum. Vel ita dicimus: Aqua dissolvit totam egetabilium substantiam, in oleum verò illud omogeneá familiaritate nullam habet potesta-m, neque etiam ejus atomos sibi unit; Verùm, out tenuius vel crassius est, supernatat, vel fun-um petit Concussione licet invicem atomi se ervadant, redeunt tamen statim ad pristrinam aturam, & se separant; olea tenuiora, ut anisi, pernatant; crassa, ut caryophyllorum, petunt ndum.

Salina, acuta & corro siva menstrua mineralia t metalla solvunt; his enim sunt homogenea, ec ullius metalli sine salibus fit solutio, eo uòd majore ex parte sale constent. Prius ta-en, quàm adhibeantur ejusmodi salia, attenu-nda sunt & exaltanda, quod fit, si in spiritus re-igantur. Et Spiritus hi nihil aliud sunt, quàm tomi salium, cum aqua permistæ & dilutæ. Spi-tus hi, quamprimùm corpora tangunt, aggre-iuntur, pervaduntque eadem, & in particulas avisibiles comminuunt. Hæ spiritui solventi nnatantes adeò arctè ab ipso tenentur, ut etiam er poros chartæ transeant, nec ab ipso, nisi vio-enter, revelli queant. Potabilem formam ta-a soluta repræsentant, & bibi facilè possent, nisi is corrosiva impediret. Menstrua enim, quæ metal-

metalla ſolvunt, omnia ſunt corroſiva ; & irri
quore inſipido metalla ſolvi poſſe , impoſſi
le eſt.

Metalla hac ratione in liquorem converſa ſi
plicia non manent, ſed talia eſſe deſinunt.
cuti metallum in igne fuſum tamdiu liquid
manet & fluidum, quamdiu atomi igneæ cum
ſunt conjunctæ, illis remotis, crucibulo ab ig
ablato, priſtinam formam recuperat; ita et
liquoribus ſolventibus in liquidam formam
dactum, tamdiu liquidum manet, quamdiu ato
liquoris illius ſunt cum ipſo conjunctæ, & n
amplius ſimplex dici meretur.

Lunæ ſolvendæ menſtruum appropriatum
aqua fortis: Solis aqua regia, vel Spiritus ni
proprio ſale ad ſatietatem impræegnatus. C
callia, perlas, lapides cancrorum acetum ſucc
citri, ſpiritus vitrioli, ſulphuris ſolvunt, & qu
dem corrodendo.

Menſtruum ſecretum *Zvvelferi in Manti Hermetis.* perlis, coralliis &c. ſolvendis aptu
eſt ſpiritus viridis æris, ex Cryſtallis ejuſde
artificioſè paratis prolectus. Ablue, inquit, v
nerem ab impuritatibus ſucco quodam veget
bili, & Baccho inebries, dabitque deſtilland
ſpiritum miris virtutibus præditum, tùm ad m
dicinam, tùm ad multas alias operationes aptiſ
ſimum.

Omnes hi liquores ſunt ſalini: quæ vero pe
ſalia fit ſolutio, appellatur corroſio.

Oleoſi & ſulphurei liquores ſolventes ſunt

variii

i. Spiritus vini & fecum vini inflammabilis
nmuniter dictus, cùm potius ſit liquor ſulphu-
s, diſſolvit ſubſtantias reſinoſas. Et quoniam
ſolùm naturæ eſt ſulphureæ, ſed potius na-
e ſalino-ſulphureæ, inſervit etiam ſolutioni
allorum in calces reductorum. Vegetabilium
actioni ſufficit, qui ex tritico, adjecto fecum
dico, paratur.
Dleum terebinthinæ à nonnullis eligitur, ita
en præparatum, ut eſſentiam nullo odore
inare queat. Id impetratur multis ablui-
ibus. Alii vinum & reſinam terebinthi ſi-
deſtillant, faciuntque menſtruum terebin-
atum.
lovum adhuc menſtruum ingenioſè Cl. *Joa-
nus Polemannus lib. de ſulph. Philoſophor.* ex-
itavit: Salina menſtrua, ut lixivia ſalis tartari,
ere etiam oleoſa & pinguia, & utrorumque a-
os per minima miſceri. Sic lixivium calcis vi-
n ſaponis confectione miſcetur cum ſebaceis.
cornu cervi volatile miſcetur cum oleo & ſpi-
. Sic ſal tartari reſolutum ſolvendorum ſul-
ris florum menſtruum eſt. Judicant nonnul-
fieri ob oleorum & ſalium magnam familia-
em, indè natam, quòd, dùm calcinatio calcarii
dis, & tartari vini inſtituitur, intenſioris ignis
rventu, olea mutentur in ſalia, & alcalia.
erùm olea ſalinam naturam acquirere, altio-
ſt indaginis. Ad diverſas in ſulphure ſubſtan-
ſi reſpiciamus, alio modo hanc difficultatem
dire poſſumus.

DE VASIS CHIMICIS.

VAsa Chimica differunt præcipuè mater[ia] figurâ & magnitudine.

Ratione materiæ vasa Chimica sunt v[i]trea, ænea, terrea, ferrea, stannea, plumbea.

Ratione figuræ sunt vel rotunda, vel quadra[ta] ut pleraque, vel cornuta rostrata, cava, ventricul[o]sa, oblonga, depressa.

Ratione magnitudinis vel humilia, alta, capac[ia] vel angusta sunt.

Suntque vel ampullæ vel ollæ.

Ampullæ species sunt cucurbita, pelicanus, ph[i]ola, recipiens, ovum Philosophicum,

Cucurbita propriè dicta alembicus, alia est cu[r]vi colli, & vocatur retorta, bacia, corneta, cor[nu] musæ; recta cucurbita, si sit minor, vocatur sep[a]ratoria; si verò major, & ex cupro constet, dicit[ur] vesica.

Operculum rectæ cucurbitæ dicitur prop[rie] capitellum, vulgò & malè alembicus, cùm hoc n[o]men sit cucurbitæ vasis angusti colli & fundi cap[a]cioris, estque vel turritum, vel instar cranii h[u]mani, cum vel sine limbo, vel cùm vel sine rostr[o] quod cœcum dicitur.

Ollæ vel sunt terrestres cum fundo plano, vel c[u]pellæ, vel sunt ovales, quadratæ planæ: aliquæ [a] fundo ovali instar calicum in triangulum assurgu[nt] aliæ sunt latæ, ut calcinatoriæ, vitreatæ, vel non v[i]treatæ; quarum species usus docebit.

Alembicus vox Arabica, est, composita à *Græ[co]* ἄμβιξ olla. *Dioscorid. lib. 5. c. 64.* & *Arab[...]*

- **Vasa**
  - **Igni admoventur,**
    - Vel ex materia aliqua certa formata
      - vitreum
        - Phiala, à similitudine tegminis fœminei cephalici, quod Haube vocatur.
        - Circulatorium — Pelicanus.
          - διώτη, duas aures seu ansas habens.
          - Ovum Philosophicum.
      - Minerale
        - Metallicum, inserviens
          - subtiliationi
            - ahenum.
            - vesica.
          - fusioni
            - Infundibulum, alveus fusorius, Einguß/ Gießkahn.
            - Pyramis, calix fusorius, Gießbückel.
          - contusioni
            - mortarium vitreum, ferreum, orichalceum cum pistillo.
        - terreum materiam vel
          - continet
            - fusorium,
              - Catillus cinerius, crucibulum, Treibscheibe.
            - non fusiorium, pyxis Cæmentatoria.
          - accipit
            - Catinus arenarius, Sand Capel
            - Tegula fornicata-Müffel
            - Tripes ferreus.
    - Vel ex materia pro artificis arbitrio educta, è terra, vitro, metallis.
      - Superiora, capitellum, alembicus, Helm/ estque
        - simplex
          - rostratus.
          - Cœcus
            - omninò superna parte foramine pertusus.
        - duplex, triplex, quadruplex, Aludel dictus.
      - Inferiora
        - Cucurbita, Kolbe. — fundo globoso.
        - Retorta. — fundo lato.
  - **Igni non applicantur.**
    - Continentia
      - Receptaculum Vorlage.
        - magnum.
        - collo oblongo.
        - medium.
      - Collum vitreum, ein gläsern Anstoß.
      - Concha, ein Glasschale.
    - transmittentia
      - Tritorium, infundibulum, Trichter.
      - Separatorium hypoclepticum, Schiedglas.

pag.83

- Eorum quædam
  - Igni admoventur
    - semper
      - gracile
        - Craticula.
        - Baculus ferreus.
      - latum,
        - Spatula.
    - pro arbitrio artificis
      - Forfex, Klufft.
      - Rutabulum, Rührhacke.
      - Uncus versorius.
      - Cochleare ferreum.
      - Circulus vitra scindens ferreu
  - non admoventur
    - ligneum : Dioptra.
    - Metallica
      - Tabula ferrea.
      - Mortariolum
        - vitreum,
        - aurichalceum.
        - terreum.

articulo Al. Ad vocem ἄμβικα si addatur articulus Al. fit Alembicus. Aludel quoque vox Arabica videtur *Tsaluson* tria vasa lacte seu mulctura plens camela. Item, quæ tribus uberibus arentibus ex tertia mulgetur: vel quæ ex tribus mulgetur uno ubere sicco.

Tsalitson, triens. Sed meritò ambigitur, an vox Aludel sic illlustrari queat, Magnam corruptionem vocis factam esse oportet, ajunt, linguæ *Arabicæ* Cultores acutissimi, si ab alterutra voce *Arabica* τὸ Aludel derivari dicatur.

Dantur quoque instrumenta alia Chimica, quæ sunt manualia, ac manui cooperantur.

DE OPERATIONIBVS CHIMICIS

Operationes ἐγχειρήσεις, μηχανήματα, ἐνεργήματα nihil aliud sunt, quàm corporum mistorum anatome; quæ profecto nimirum materialis est, ac in Chimico foro omne punctum fert. Ad eam diriguntur functiones spagiricæ, quæ omnes *Beguinus in Tyrocin. Chimic.* refert ad solutionem & coagulationem. *Sennertus* verò *lib. de consens. & dissens. Chimic. cum Aristotelic. & Galenic. c.* 19. easdem commodè divisit in διάκρισιν, σύγκρισιν, & immutationem. Verùm harum delineationum nulla perfecta videtur, nec non suis abundat nævis; non enim semper, etiam testante *Aristotele lib.* 1. *de part. animal.*

mal.c.3. ἡ διαίρησις γίνεται τοῖς ἀντικειμένοις *divisio fit per opposita*; nec semper subdivisiorn excludunt divisa à specierum proprietatibus. Sæpè operationes occurrunt mistæ, raro simplices. Satius tamen & meliùs est prodire tenùs, si non ultrà. Conducibiliùs est operationes usu cognoscere & experientiâ earum notitiam sibi comparare, quàm argutè de earum divisione vanas disquisitiones movere.

DE PRIMA AC PRINCIPALI OPERATIONIS CHIMICÆ PARTE, SOLUTIONE SCILICET.

Prima ergò ac principalis operationis ἐγχειρίας Chimicæ pars est Διάκρισις, Διαχώρησις, Διαμερισμὸς, solutio, separatio, quâ corporis tota compages resolvitur, quod erat unum, dividitur.

Et quidem separatio seu dissolutio prima διακρίσεως species est, ac nomine gaudet amplioris significationis. Eligendum potius vocabulum in quod genus ipsum minus haberet juris. Tendit ad corporum dissolutionem, & partium separationem.

Tales autem specialis Διάκρισις apparet in purificatione multis modis. Tartarus enim à terrestribus & lutulentis partibus segregatur, primò pulverisatus, deindè lixivio lotus, pòst coctione solutus usque ad superficiem crustaceam, tum filtratus & coagulatus; purificatio namq; aufert in-

util-

Tabula inserenda.

Ἐγχειρίας & artificio sæ operationis Chimicæ duæ sunt partes.

- Διάκρισις, Solutio. Ea duplex est.
  - Separatio, seu Dissolutio.
    - Purificatio. Exsiccatio per evaporationem.
    - Subtiliatio.
      - μικροχρονική.
        - Elevatio.
          - Sicca. seu sublimatio.
          - Humida, & vocatur destillatio per adscensum, estque vel
            - Recta, vera. Et hæ aquæ destillatæ retinent qualitates plantarum, ex quibus educuntur.
            - Obliqua per
              - latus.
              - retortam.
          - Huic affinis est Rectificatio.
        - Descensio
          - Calida, vulgò destillatio per descensum.
          - Frigida
            - Deliquium.
            - Filtratio.
      - μακροχρονική.
        - Exaltatio, perficitur
          - Circulatione.
          - Ablutione
            - imbibitio, maceratio, ceratio, cohobatio.
        - Digestio
          - Fermentatio.
          - Putrefactio.
          - Extractio
            - Tinctura. Essentia.
            - Alichsiro. Mistura.
            - Balsamum. Elæosaccharum.
    - Liquefactio
      - Simplex
      - Probatoria per
        - Cineritium.
        - Antimonium.
  - Calcinatio.
    - Corrosionis igne potentiali
      - Vaporosa
        1. super aquis dulcibus.
        2. super aquis fortibus.
        3. super aceto.
        4. super recrementis uvarum.
        5. super vapore plumbi fusi.
        6. super vapore mercurii.
      - Humida
        - Amalgamatio cum mercurio.
        - Solutio per larum cum acidis spiritibus, aceto destillato, spiritu vitrioli simplici & philosophico.
        - Aurum aquâ regiâ: Luna aquâ forti solvitur.
        - Inunctione laminarum martis cum spiritu sulphuris corosio fit in crocum.
      - Sicca
        - Cœmentatio.
        - Commistio.
    - Ignitionis igne actuali
      - Immersiva.
      - Combustio
        - Incineratio.
        - vitrificatio.
      - Reverberatio
        - Clausa.
        - aperta.
- Σύγκρισις, Coagulatio.
  - Frigida vel Calida.

NB. Ad coagulationes referuntur Fermentatio, Fixatio, Præcipitatio, Reductio, Concretio, Cohobatio & immutatio. Et hæ operationes & transmutationes possunt dici generationes, respectu termini ad quem: corruptiones, respectu termini à quo. Artificiales potius, respectu agentis principalis externi: Naturales, respectu essentiæ internæ: violentæ sunt, ratione agentium, & patientium proximorum.

tratus & coagu

utilia

lia & aliena, fitque crebrâ solutione in aqua, ratione vel ustione, ut in salibus, ossibus, cornis. Locum etiam habet dissolutio in succis vegetabilium, antequàm essentiæ concinnentur. In siccatione etiã ejusmodi occurrit dissolutio. Dissolvuntur namque tenues partes, & evaporatione crassis secernuntur.

Subtiliatio etiã ad hanc spectat, quæ est dissolutio, partes subtiliores à crassis segregans. Et ea est vel μικροχρονικὴ, vel μακροχρονικὴ. Μικροχρονικὴ est, quando ea brevi temporis spatio absolvitur. ea partes scilicet subtiles & volatiles fumi instar, vi ignis elevantur, ac in summitate alembici condensantur.

Hinc est sublimatio, μετεωρισμὸς, ὕψωσις, ἄερσις, ὀυράνωσις, quæ dicitur sicca elevatio, qua scilicet partes siccæ subtiliores, spirituosæ, concretiles â fundo elevantur, excitatæ in sublime tolluntur, ubique consistunt instar nubis pendentis, & capitello abhærent, in minimas atomos dactæ. Ita sublimatione hâc mortificatur mercurius, mistus cum vitriolo & sale, & crystallinus nivis instar albicans evadit. Et hâc sublimatione Mercurius cum sulphure & sale mistus, & ab utroque morti traditus & liquefactus ascendit in alembicum Cinnabarinus, lapidem hæmatitidem colore provocans.

Sublimatio autẽ hæc, quæ nunc perignem patentem, nunc interventu arenæ, cinerũ & c. perficitur maximè affinis est destillationi perascẽsum, & in eo sal. differt ab ea, quod sicut in destillatione vapores qui in altum tolluntur, in liquorem concrescunt:

Ita in sublimatione exhalationes siccæ adscēdunt & in altum sublatæ alembici lateribus atomorum instar adhærescunt.

Destillatio humida est elevatio & ascensio stillarum seu guttularum instar. Hàc elevati halitus & vapores in aquam, olea & spiritus resolvuntur. Mira sanè res, & ultra mortalem sortem laudanda: In destillatione gravia corpora fiunt spiritus: Spiritus crascescunt, & corpora evadunt: rerū vires, quæ mole obrutæ, conculcatæ, suis in loculis veluti delitescentes, puriores, tenuiores, eæq; veluti non suâ sorte contentæ nobiliores in sublime educuntur, & quasi in cælum sustolluntur.

Sumitur verò hæc vox destillatio duplici modo: primùm enim dicitur ἐνεργητικῶς, ipsamque destillandi functionem & ministerium denotat; deindè παθητικῶς, & designat ejus liquoris πάθος, qui istâ industriâ comparatus est.

Destillatio verò est vel naturalis, vel artificialis. Naturalis in generatione pluviæ maximè videre est, In ea destillatio est sursum & deorsum, Ejusmodi per guttas casus appellatur καταστaγμὸς, ἀπὸ τοῦ στάζειν, stillare; cum nimirum guttulæ aquæ in summo collectæ pendulæquæ, in declive paulatim feruntur. Naturalem hanc destillationem etiam in catarrhis microcosmi deprehendimus, cum fuliginosa excrementa ex cordis & ventriculi foco per arterias, caminorum vicem gerentes, in sublime elata propè meninges cerebri in liquorem condensantur. Et ab hujus similitudine Chimica hæc operatio nomē accepisse videtur.

Artificialis destillatio nihil aliud est, quàm halituum ex re exhalabili per calorem elevatorum, objectu vasis receptaculique densi & frigidioris, in liquorem collectio. Estque duplex: recta & obliqua. Recta est, quâ partes humidæ subtiliores in halitus à calore resolutæ, εἰς τὸν ὐρανὸν, in cœlum destillatorii vasis elevatæ, frigidisque alembici cameris adhærentes, in humorem concrescunt, & per ejusdem canalem seu rostrum unum, vel alterum in appositum recipiens vas guttatim destillant, in forma aquæ, olei & spiritus ἐκ εἰς τὸ ἀρχαῖον redeuntes.

Veteribus hæc destillandi ratio haud fuit ignota. *Aëtius* enim quando mentionem facit rosarum & endiviæ, liquorem stillatitium intelligit. Et *Mesue de Medicam. simpl. c.* 10. aquæ rosarum destillatæ meminit.

Hùc etiam haud incommodè referri potest destillatio per campanam dicta, quâ oleum sulphuris paratur ubi scilicet sulphure accenso campanâ vitreâ vapores excipiuntur, & in oleum condensantur.

Obliqua, inclinatoria ad latus elevatio est, quando ad latus inclinatâ phialâ, cum alembico destillatio instituitur. Et tùm halitus & spiritus non sursum rectà in alembicum adscendunt, sed per latus obliquè in recipiens tendunt.

Hæc perficitur vel igne patente, vel intercedente alio aliquo corpore, ut arenâ, cineribus &c. per vas, quod retortam vocant, vel cucurbitâ rectâ, obliquè tamen in fornace collocatâ, ut alembicus

deorsum inclinet. Destillatio per retortam etiam vocatur, cum instrumentum collo retorto adhibetur. Ita destillatur spiritus vitrioli, salis, nitri, butyrum antimonii glaciale, & alia, quæ spiritus habent tenaciores & graviores.

Destillationi huic humidæ maximè ad finis est Rectificatio, ac ferè omnibus destillationibus tùm aquarum, tùm spirituum vegetabilium, mineralium, animaliũ, tum oleorum comunis est. Est enim nihil aliud, quã repetita rei destillatio, ad eam magis purificandam & exaltandam, fecibus in fundo relictis, aut ad phlegma ab oleo, vel spiritum à phlegmate separandũ. Sic aquæ rectificantur, ut à phlegmate liberentur. Spiritus eodem fine alembicum repetunt, ut penetrantiores evadant. In acidorum ut aceti, spiritûs salis, vel vitrioli rectificatione, phlegma levius primò adscendit, spiritus ponderosior sequitur. In oleorum vini rectificatione, prius adscendit spiritus, sequitur phlegma. Sulphurei, oleosi, crassi liquores post primam destillationem opus habent rectificatione, ut nidorosum, empyreumaticum deponant odorem, mitiore ignis afflatu, per repetitam elevationem. Ita olea gummatum, succini &c. aquâ largiore affusâ clariora prodeunt & nitidiora. In salium & spirituum volatilium exanimalium partibus destillatorum rectificatione prius adsendunt salia, sequuntur spiritus.

Descensio calida seu destillatio per descensum vulgò dicta est, ubi liquor ex resolutis halitibus non sursum fertur, neque ad latus, sed infrà tendit, atque in suppositum vas destillat. Hæc itidem

lem igne perficitur, vel immediatè, vasi incumbente, vel mediante arenâ, cineribus &c. Hæc stillatio locum præcipuè habet in lignis & ossibus quibusdam, quorum liquor spirituosus & osus propter gravitatem ascendere nequit, aut n ita facilè potest. Notus etiam est hic destildi modus mulierculis, cum aquam rosarum oeconomico artificio in ollis linteo velo opertis pant. Et eâdem destillationis specie pix è strue tæum concisarum in terræ scrobibus defluit.

Descensio frigida est, quando liquor dissolutus scendit in frigido.

Deliquium peculiare solutionis genus est, cum pus coagulatum frigido & humido aëri, qui sese illud insinuat, expositum, super marmore, vel ula vitrea in liquorem resolvitur. Immutatio edam saltem est, quæ peculiares ac novas vires las tribuit, sed tantùm peculiarem consistenm.

Ita liquescunt salia, alumen, nitrum & similia, æ tota in liquorem abeunt. Imprimis hoc in tartari videmus: quod in cella frigida huda in liqorem vertitur. Salia cineritia dicta hoc do etiam solvuntur. Dantur item calces, quæ maximâ parte in liquorem solvuntur, vel alid tantùm ex iis liquescit, prout plus vel minùs s continent. Omnia tamen talia in calido rurn coagulantur.

Filtratio est descensio frigida, quâ humores aosi separantur ab impuritatibus, vel partibus am nobilioribus: dum scilicet liquor purus &

nobilis vel, per chartam bibulam, vel per vitrit hypoclepticum, vel per pannum lineum in vas sub jectum descendit; impurum v. & crassum in filt relinquitur.

Varia ergò est filtratio, fitque I. per chart bibulam, complicatam in modum infundibu simplicem, duplicem vel triplicem, vitreo infu dibulo immissam. Usus ejus est in separationibus leorum destillatorum crassorum quorundam à s ritibus & aquis, quæ transeunt, illo in charta re cto. Ita spiritus tartari ab oleo suo crasso separa tur. Locum habet potissimum hic modus in paratione oleorum ligni sancti, corylini, eben spiritibus suis. Spiritus cornu cervi & sangui cervi à suo oleo hoc modo separatur. Vocat aliàs filtrum colatorium, seu colus charthaceus.

II. Per filtrum hypoclepticum separatio e rum, quæ liquoribus sunt permista, commodè stituitur. Sic olea vegetabilium tutissimè hoc mo ab aquis separantur. Separatoriũ comuniter app latur. Digito medio, vel epistomio exili claudi inferius foraminulum. Indè aqua & oleum p exile infundibulum, ferè ad summum infundit Cum oleum omne ascendit, & supremum loc occupavit, aperitur inferius orificium. Aqua fluens excipitur vase peculiari, oleum alio. Ite tur infusio aquæ reliquæ, donec oleum appar In hac separatione suffuramur aquam, quæ sub det.

III, Per pannum laneum, lineum vel fila cr siora separatio etiam instituitur à liquoribus cr

sior

ribus , impurioribus, vel etiam purioribus.
In præparatione cryſtallorum tartari ſolutum
atur per pannum album laneum.
Deſtillatio autem per lacinias bubulæ linguæ
mes, ἐπιλίχμασις, lambicatio propriè dicitur,
nbere ſolemus linguâ, paulatimque humorem
ngere. Per fila lanea craſſiora hoc modo fit
atio : imple vitrum aquam & oleum continens
ue ad ſummum, & pòſt impoſito filo laneo, o-
m ſupernatans extrahitur, & abaqua in vas ſub-
um vel appoſitum ſeparatur. Μακροχρονικὴ
tiliatio tempore longiori corpora naturalia
creta diſſolvit.
Exaltatio, ἐκτελείωσις materiæ exaltatæ for-
m tribuit nobiliorem ac præſtantiorem : ſub-
tiam ipſius egregiam facit, nec non acciden-
meliora producit.
Ad exaltationis perfectionem primùm facit
ulatio, ſeu pelicanatio, à vaſe, in quo perficitur,
nullis appellata, quâ adhibito externo calore
ndo, materia, quæ circulatur, continuè formâ
orum attollitur, iterumque condenſatur, atque
per coctionem illam continuam & circularem
c reſolutionis & condenſationis motum ad
mum perfectionis in ſuo genere gradum per-
it.
Deinde ad exaltationis perfectionem ſpectat
luitio, quæ ſcilicet crebris infuſionibus res im-
ndas abluit, ac ad pùritatem reducit, Hæc verò
bitione, maceratione, ceratione & cohoba-
ne conſtat.

Im

Imbibitio eſt abluitio, cum liquor corpori adju-
ctus elevatur, & exitum non inveniens in corp
recidit, tandemque cum ipſo unitur, fixusque ta
dem manet. Denotat etiam corporis alicuj
quamcunque impprægnationem humore aliq
factam. Sic imbibitio eſt, quando ad arcani ta
tari præparationem ſal tartari aceto deſtillato ta
diu imprægnatur, novâ affuſione, donec ebriu
ſal acidum ſpiritum rurſum per alembicum em
tat.

Maceratio ſeu infuſio nihil aliud eſt, quam m
dicamenti in liquorem aliquem immerſio, q
Medicamentum intùs & extrà madeſcit, ut vis ej
vel extrahatur, vel intendatur, vel malignitas co
rigatur, aut quod durum eſt, emolliatur.

Macerationi huic ſeu infuſioni cognata eſt co
ctio, ſeu elixatio, quæ in eo ſaltem differunt, qu
in infuſione medicamenta longiore tempore
calore minore macerantur; coctio verò citius
majore calore perficitur.

Ceratio eum deſignat actum, quo aliquid ce
involvimus. Id Græcis eſt κηρȣν, ἢ καταυκηρȣ
Hinc etiam κατακήρησις καὶ ἐγκήρησις ſignific
incerationem. Chimici utuntur hâc voce de Ma-
giſterio lapidis, ut apud *Libavium lib. 2. Epiſ.
Chimic. 69. & comm. alchim. part. 1. lib. 5. c.* 1
legimus. Cohobatio eſt, cum liquor deſtilla-
tus iterum affunditur capiti mortuo, ut virtus, qu
primâ aut ſecundâ vice non fuit educta, tertiâ vi-
ce prodeat, deſtillatoque uniatur: Interdum ta-
men fit, ut illud, quod prodiit, uniatur illi, quo

re

um est. Vocis hujus origo non adeò ma-
ta est: an quasi cohabitatio?

uplicem verò finem habet: primò, ut ma-
aliquid vel virium, vel substantiæ in men-
um sæpius aggestum & evocatum simul trans-
tat, & quod primâ destillatione non fuit sepa-
um, in secunda & tertia educatur. Deindè,
rice versâ eadem materia, quæ volatilis adhuc
in liquore, cum fixa conjungatur. Cum vola-
superat fixum, hoc passivè se habet, se submit-
volatili, & in ejus familiam transit, & contrà. Eo
e sali tartari spiritus viniali quoties affunditur,
illud fiat volatilius. Salia enim fixa libenter
uniunt volatilia.

Digestio, etsi interdum etiam putrefactionem
erdum exaltationem & circulationem quan-
n significet, cum in genere digerere sit coque-
& digestio sit coctio: hoc tamen in loco per
estionem talem solùm coctionem accipimus
, quod adhuc feculentum est in rebus, sepa-
ur, dum substantia liquoris attenuatur, & ab im-
ritate terrestri tollitur. Seu digestio, quæ est
tiliatio μακροχρονικὴ, res crudas in mediocri
ore dissolvit, crassas incidit & attenuat, gravio-
errestrioraque in suum locum rejicit, subtilio-
elevat, ut sic tota natura artificiosæ digestionis
διάκεσιν respiciat & τάξιν. Separationem
ocurat natura. Ordinatio, licèt magis sit consi-
& προαιρέσεως, qualis fit in acie dispositio, &
dinum adsignatio, hîc etiam evidenter locum
habere

habere poteſt. Digeſtio immediatè fit in vitr nonnunquam alembico cœco ſuper impoſiti nonnunquam in phiala & aliis vaſis: medii in balneo, arena, cineribus, fimo equino, vin ceis.

Fermentatio, & putrefactio, quæ Græ ζέσις καὶ σῆψις dicuntur, differunt gradibu Miſta corpora ſicca, ut ſemina; vel ſucculent ut fructus arborum, poma; vel media, ut bacc juniperi, antequam deſtillentur, fermentatio indigent ac reſolvuntur. Producitur enim ii 1. aquæ affuſione, ut fiat atomorum disgregati liberalior vel parcior, pro variatione conſtitu tionis ſiccæ vel humidæ ipſius objecti. 2. C lor mediocris accedat oportet. Sic muſtum i hypocauſtis adſervatum citius fermentatur, quà in locis frigidis. 3. Aër liberior accedat neceſ ſe eſt. Hînc reperiuntur muſta, quæ doliis oc cluſis adſervata fermentari neſciunt, album mu ſteum colorem, & dulcem ſaporem etiam po medium annum retinentia.

Putrefactio verò, quæ aliàs fermentatio & di geſtio dicitur, Chimicis eſt ea operatio, quâ in calore humido mixtum aliquo modo diſſolvitur: vel compage naturali ſolutâ, ad artificialem ſe parationem magis idoneum redditur. Et hæc putrefactio artificialis, quamquam in re naturali naturaliter fiat, quoniam tamen ab externo prin- cipio, arte ſcilicet regitur, & certis limitibus in- cluditur, nomen hoc meritò retinet. Non ten- dit ſimpliciter ad corruptionem ſecundum totum

dictam,

[...]am, sed secundum partem dictam. Inhibe[...] enim illa ab artifice, secundum regulas ideæ a mente conceptæ, conante impetrare ali[...]em separationem. Separationem incipit na[...], ars eam continuat. In vegetabilibus, ut [...]rum floribus, putrefactio mutat colorem, o[...]em, saporem. Color Assyrius mutatur in [...]um: odor gratiosus acidum præ se fert. Erit [...]ò putrefactio digestio à calore nativo profe[...], quæ substantiam rei ex vaporum retentione, [...]dique externi accessione, ad rem præstantio[...] generandam dissolvit, veterem rerum natu[...] consumit, novamque introducit.

Extractio in genere sumpta quamcunque a[...]onem denotat, quâ quod purum est, ex requâ[...]ratione secundum artis leges excipitur. In [...]cie extractio corpus in diversas partes resol[...] & optimam illius substantiam, rejectis ignobi[...]ribus partibus, evocat. Estque propria tin[...]rarum & essentiarum; tinctura autem est [...]tus & conspicuus color, aliquas totius vires [...]ntinens, quæ, abstracto menstruo, extractum [...]catur. Essentia omnes totius vires compre[...]ndit. Vocatur aliâs in genere extractio χυ[...]τμὸς, ἔκθλισις τοῦ χυλοῦ, ἀποχύλισμα. Li[...] enim alia præter succos extractione procu[...]ntur, cùm tamen præstantior & frequentior in [...]ccis, fiat operatio, κατ' ἐξοχὴν nomen χυλίς[...]ὸς, καὶ ἐκχυλίζειν retineri potest. Extra[...]io autem vera fit idoneo adjecto menstruo, vel aqueo,

aqueo, vel ſpirituoſo, cum coctione, vel ſolâ digeſtione. Sic *Dioſcorides lib.3. cap.7.* extractum parat ex centaurio minore per coctionem. Sine coctione, ſolâ infuſione, etiam extracta parantur, in aqua ſimplici, vel deſtillata, vel ſucco, ut in pilulis roſatis, violatis: vel ſpiritu vini ſimplici, vel tartariſato, ut in extracto abſinthii: Materia infuſionis ad extractum rhabarbari parandum eſt aqua cichorii, adjecto ſalis tartari modico. Quæ omnia vulgata ſunt. Arcanus modus *Glauberianus* parandi extracta per liquorem Alkaheſtinum, qui nihil aliud eſt, quàm nitrum purgatum, fixatum & per deliquium ſolutum, laudatur atque approbatur. Scopus extractionum eſt Tinctura, Eſſentia, Balſamus, Alichſiro, Miſtura, Elæoſaccharum.

Liquefactio eſt corporis mineralis, vi ignis majoris & fortis, diſſolutio. Et hæc eſt duplex, vel ſimplex, vel probatoria. Simplex liquefactio eſt, quando corpus aliquod minerale concretum, nullum alium in finem, quàm ut fundatur, liquefit, ut quando plumbum, argentum, ſtannum, vel aliud metallum liqueſcit. Atqui in hac liquefactione atomi ignis ſe inſinuant in poros, cum illæ abiêre, remoto ab igne vaſe, ad priſtinam conſiſtentiam corpus illud redit.

Probatoria liquefactio eſt, cum corpus liquatum probatur, imperfectumque â perfecto ſeparatur.

Per cineritium probatio eſt, cum metallum, ut argentum, per plumbum fulminatur in probatorio,

o furno, sub tegula fornicata, in catillo ex os-
im vitulinorum cinere parato. Cujus rei ap-
ratum apud *Libavium lib. 2. epist. Chimic. 90.*
demus.
Per antimonium probatio fit seu fusio modo
r fabris notissimo, eoque non solum aurum & ar-
ntum, sed etiam alia metalla purgantur, ac omni-
s recrementis noxiis liberantur. Videsis *Libav.*
2. *epist. Chimic. 92.*
Calcinatio altera διακρίσεως species est, quæ
rei per ignem pulverisatio, per privationem
miditatis, partes conjungentis. Hæc præcipuè
bet locum in mineralibus aliisque rebus metal-
m duritiem vel lapideam habentibus, quæ per
on ardent, & duriorem habent compa-
n; instituiturque, ut ita resoluta in pulverem re-
queant tenuissimum, impalpabilem; vel acri-
niam, quam habent, denotant: quamquam
trà quædam calcinatione acriora fiunt, dum
ea humiditas, quâ acrimonia diluitur, igne ab
itur.
Ejusmodi autem calcinatione neque humidum
nigenium absorbetur, neque crasis rei perit,
t ipsa res in alcool & crocum impalbabilem
gatur: sed potius substantia nobilior libera-
cortice promptius suas vires exerit. Me-
rum princeps sol Ophiricius, cosmetico sa-
e ablutus, & summè depuratus, cum ave Her-
ica amicabili connubio copulatus, amalgama-
laudi que Vulcani custodiæ concreditus, pri-
quidem in speciem arbusti aurei assurgere,
G quasi

quasi crescere, jucundissimumque spectaculum præbere videtur; post tùm facescit in calcem plurimarum virtutum, panacéæ dotibus præditam. Eundem absorbet salis balsamici spiritus, qui, & venenatos illos dracones, stibium & hydrargyrum in saluberrimum bezoarticum convertere potest, proprio suo sale, quantum appetit, satiatus relinquit eundem, oleo salis tartari, per deliquium facto, desuper infuso. Hic præcipitatus, in forma calcis, quæ κεραυνόβολος est, fundum petit. Luna soluta per menstruum aquæ fortis præcipitatur sale. Flores sulphuris soluti cum sale tartari præcipitantur per spiritus acidos. Præcipitationis fundamentum non consistit in ἀντιπαθείᾳ spirituum & salium, quam asserere videtur *Osvvaldus Crollius in Basilic. Chimic.* sed potius in συμπαθείᾳ & jurata eorundem amicitia. Crocus martis aperitivus calcinatione paratur; 1. laminis ferri puri vel chalybis suspensis super aquam fortem 2. laminis oleo vel spiritu sulphuris aut vitrioli inunctis.

Calcinatio verò vel est corrosionis igne potentiali, vel ignitionis igne actuali. Hoc est: calcinatio duobus modis perficitur; vel igne potentiali, cum per aquas fortes & erodentes, atque alia caustica res calcinanda corroditur; vel igne actuali, quando res igniuntur, & vinculum continuitatis actuali igne absumitur.

Corrosio ergò est calcinatio, res concretas per corrodentes spiritus in calcem reducens. Et eri vel vaporosa, vel immersiva.

Vaporosa I. per aquas dulces fit, cum cornu vi alcis, vel in alembico destillatorio, vel in sinari ligneo laconico vaporibus emollitur, ita ut pulverem à cortice nudatum facilè redigi queat.

I. Super aquas fortes in vase lati fundi, orificii ustioris, laminæ martis suspensæ calcinantur corroduntur, croco superficiem ornante.

II. Super vapore aceti plumbi fit mortificatio rrosiva calcinatio in cerussam. Eam parandi modum duplicem *paracelsus de natur. rer. lib. 5. inscribitur de morte rerum natural.* proponit medicinam laminatum plumbum in vase vitreo suspenditur, benè tecto orificio. In loco calido superficies plumbi cerussâ exornatur, leporino e abstergendâ. Ad transmutationes eadem calcinatio corrosiva vaporosa fit, si in aceto solvatur moniacũ sal Cerussa parata inservit ad purgandũ m & Saturnum, ut & dealbandam Venerem.

V. Recrementa uvarum putrefacta vaporem tunt corrosivum, quo mars calcinatur.

V. Vapor plumbi corrodit Mercurii vivi pedes rrere dediscat.

er Mercurii fuliginem etiam calcinatio instir. Locatur scilicet in vase angustioris oris; undi. Subjecto igne elevatur vapor, metalinata corrodens & fragilia reddens. Trabs atena ferrea totâ eâ parte, quâ mercurii fu excipit, instar vitri fragilis redditur. Pari citiâ insidiatur magneti, vim attrahendi o n necat, radicitùs exstirpat, spiritus qui ferr rahit, in centro ejus reconditos.

Immersiva corrosio est, cum corpora aliis rebu immersa in calcem rediguntur. Estque vel hu mida, vel sicca. Humida est, cum corpus aliquo fluidæ alicui massæ aut liquori corrodenti acid immergitur, & sic calcinatur.

Non solùm autem per spiritus, sed & per mer curium metalla corroduntur; quæ per hydrargy rum corrosio *Amalgamatio* vocatur. Corru ptum vocabulum est, ex Græco μάλαγμα.

Modum proponit *Paracelsus. de natur. rerum lib. 5. qui inscribitur de morte rerum natural.* Me tallum in tenues bracteas vel laminas ductum miscetur quintuplâ proportione cum mercurio Pòst per corium cervinum exprimitur vivus mer curius; metallum calcis instar in corio remane Mercurio abacto, calx relinquitur in crucibulo Vel fit ea, cum metallum, ferro excepto, in tenue laminas ductum cum argenti vivi ad ignem cal facti, ut fumare incipiat, partibus octo, præter pro pter, (nam in mollibus partes quatuor sufficiun duriores octo requirunt) miscetur, ac mistura i aquam infunditur, ut fiat mistura undique simili Hydrargyrum postea super igne exhalare permi titur, & metallum in forma calcis relinquitur.

Solutio per aquas fortes corrodentes altera speciem corrosionis immersivæ repræsentat. Ha speciosè illustratur à *Paracelso de natur. rerum. li 5.* exemplo aceti. Laminæ nimirum chalybis i igne aperto candefactæ, in aceto aliquoties e tinguuntur. Cum tinctum fuerit acetum, le calore evaporet humiditas. In fundo elega

cre

cus reperitur. Occurrit eadem in solutione
larum, corallorum, oculorum cancri, immer-
um in spiritu aceti, vitrioli vulgaris, vel philo-
hici. Aurum corroditur à spiritu nitri, suo sa-
nebriato, vel aqua regia, aut aqua forti floribus
is armoniaci inebriatâ. Argentum corroditur
aqua forti.

Inunctionis corrosivæ humidæ varia à *Paracel-*
de morte rerum nat, l.c. proponuntur exempla.
; laminæ martis inunctæ aquâ forti elegantem
ponunt crocum. Idem crocus paratur etiam
nctione spiritus salis, aluminis, salis armoniaci
ri. Viride æris ex cupro conficitur inunctione
ssæ ex melle, aceto & nitro. In reverberio lo-
itur, primò nigricant, ad aerem expositæ viro-
n ostendunt, verum veneris balsamum.

Sicca immersiva corrosio est, cum corporibus
cinandis, non aliquis humor, sed materiæ siccæ
ceres admiscentur. Dicitur propriè cœmen-
, & est vocabulum architectorum; suntque
des secti & materia ad ædificia cæsa. Ab hac
te materiali nomen habens totam etiam deno-
operationem, diciturque cæmentatio, stratifi-
o. Est corrosio sicca, quâ corpus aliquod me-
icum, cum salibus corrodentibus stratifica-
calcinatur. Fitque cum crucibulum vel pyxis
inato metallo & salibus corrosivis repletur,
S. ut moris est faciendo. Postea pyxis vel cru-
lum igni circulari, aut reverberationi per
dus exponitur. Nonnulla tamen antequam
inantur, prius aquis quibusdam extinguuntur;

quædam prius corroduntur per suas aquas, posteà reverberantur: Contrà quædam prius reverberantur, posteà verò corroduntur. Solum aurum & argentum sustinent cœmentationis violentiam ceu ultimum supplicium, nec mutanrur indè in calcem, sed consumptis reliquis metallis imperfectis, puriora evadunt.

Optimum & probatissimum coementum, quod Rhenanum aut coronatum aurum ita depurat, ut Ungarico æquivaleat, tale est ℞. Aureos Rhenanos in tenues lamellas extensos No. XX. Farin. later. part. IV. Salis decrepitati part. II. Vitrioli calcinat. part. I. cum his tribus fiat S.S.S. Seu stratificetur aurum laminatum in pyxide cœmentatoria, & calcinetur per sex horas, quatuor ignis observatis gradibus. Sic aurum ab argenteis & cupreis atomis libetatur.

Commistio est, cum corpori calcinando vel sulphur, vel vitriolum, vel sal culinarium adduntur, iisque igni admotis res ipsa in calcem redigitur. Commistionis hujus exemplum egregium habemus in confectione croci martis levi labore & sumptu parabili. Laminæ scilicet chalybis subtiles & tenues cum sulphure & tartaro strati in modum locatæ alternatim, reverberii igne crocum exhibent, qui abstergendus, ℞. Limatur. Chalyb, magnesiatæ, sulyb. ana. ℔j. Ollâ novâ vitreatâ excepta igne rotæcalcininantur, donec combustum sulphur. Exempta massa crocus est niger, Frustula martis laminata intruduntur in magdaleones sulphuris ante follem candefacta.

Fa-

cessiunt in grumos, qui pelvi, aquâ plenâ exci-
ntur. Ignitio immediatè actuali igne, sine ul-
additione aliorum corrosivorum, objecta tan-
ndo, peragitur.

Combustio prima ejus species est, objecta con-
rtens in cineres, calces & vitra,

cineratio est, cum humidum, quod in combu-
bili erat, per quod partes cohærebant, igne ab-
mitur. Id quod duobus fit modis: primo aper-
igni ipsa res nuda objicitur, & in cinerem re-
gitur. Deinde in clauso vase materia combu-
tur, & in cinerem vertitur: quæ combustio à
iori in eo differt, quod ibi, quicquid est volatile,
auras evanescit: hic verò quædam volatilia
m fixis retinentur & figuntur. Et hæc præ-
puè locum habet in vegetabilibus & animalibus,
m alia parantur fixa.

Calcinatio in specie dicta instituitur in mine-
libus, & testis animalium, ostrearum, cochlea-
m, concharum.

Vitrificatio est combustio, quæ calces & cineres
vitrum convertit. Sic præparatur vitrum
timonii & saturni.

Reverberatio est ignitio, corpora concreta
ne vivo retrogrado seu reverberante, vel potius
verberatâ à parietibus furni flammâ, rarefaciens,
in subtilissimum pulverem convertens.

Beneficio ergò ignis reverberatorii seu antity-
reverberatio hæc perficitur, talisque ignis fit,
m flamma ab operculo seu testudine fornacis re-
rcussa, materiam quasi verberat, & ita undiqua-
ue ambit. Cujus fornacis variæ sunt formæ;

rotundæ nimirum, quadratæ turritæ testitudineæ stratæ, pro variis usibus reperiuntur. Tales fornaces sunt vitriariorum & aliæ, de quibus *Libavius lib. 1. alchim. c. 8.*

Ignis verô iste reverberatorius, ἀντίτυπος ἢ ἀντιτύπτων duplicem habet motum 1. naturalem in rectum, sursum. 2. violentum in obliquum deorsumque. Primus motus oritur à materia ignis ejusque pabulo, fomitem flammâ levi suppeditante: alter verò reverberans, â flamma exitum non inveniente, & vastis voluminibus, quà data porta, reflectente, materiam calcinandam quasi superficialiter lambente, & acidis suis fuliginibus superficietenus rubefaciente.

Est vero reverberatio vel clausa, vel aperta. Clausa in fixatione sulphuris, & in tinctura antimonii admittit ignis gradus successivos, ac léta est: calore potius nititur, quam flammâ. Vid. *Paracels. de natur. rerum lib. 5. qui inscribitur de morte rer. natural.* Item *lib. 2. magn. Chirurg. tr. 3. c. 5.* Aperta verò celebris est communi actu, & in furno reverberatorio instituitur ad ignem, ut vocant, reverberii.

DE ALTERA PRINCIPALI OPERATIONI CHIMICÆ PARTE, COAGULATIONE SCILICET.

Altera principalis ἐγχειρίας & operationis Chimicæ pars est σύγκρισις coagulatio.

Coagulatio latè Chimicis dicitur operatio, quæ diversa & separata corpora in unum compellit. Propriè autem coagulatio res molles & humidas

nas è consistentia tenui fluidaque per humidi-
privationem ad solidam substantiam redigit.
st ea vel spontana, vel violenta. Spontanea co-
atio duplex est, alia frigida, alia calida. Frigida
quādo res in calido resolutæ in frigido coagulā-
Sic salia essentialia in calido liquescētia in locis
erraneis frigidis coagulantur. Nitrum fluidum
igido concrescit in strias. Calida est, quando ca-
convenien teres dissolutæ coagulantur. Sic
cinericia ex lixivio per colum à cineribus
tarum transfuso, ἐξ ὑδάτων, ἐλάφρων ἀλ-
ων ἀναζηρεαθέντων, parata, in frigido aquæ
r fluentia in calido concrescunt, instarque
pesiæ cautis stant. Fundamentum diversitatis
irituum præsentia vel absentia consistit. Ni-
n, vitriolum, alumen, sal culinarium optimum
osis spiritibus prædita in frigido stant. Natu-
doctissimus Cosmopolita voluit exprimere
incto hoc aphorismo : Quod habet spiritus,
elatur in frigido, resolvitur autem in calido.
escunt frigore, quæ calor liquefacit : vicissim
frigore extabuere, redeunt calore, humorem
nunc calor evocat exhalando, nunc frigus co-
xprimendo eum, qui exire potest, qui non po-
xire, compingendo.
discriminatim etiam in frigido vel calido co-
antur alia. Sic mercurius currens in aqua for-
utus, morâ temporis in glaciem crystallinam
rescit.
iscussione autem humiditatis coagulationes
simum fiunt. Ita butyrum antimonii irri-

gatū spiritu nitri, si hic rursus ter ab eo exstilletur per alembicum, post trinam cohobationem con crescit, & in massam flavescentem condensatur. Et perlæ aceto destillato solutæ, nec non coralli in lento calore arenæ evaporatione factâ, coagulantur in massam albicantem, gustui licèt ingratam & ventriculo noxiam, salis margaritarum vel corallorum nomine insignitam.

Fixatio ad hanc coagulationem à Chimicis accuratioribus refertur. Ea autem est rei volatilis & fugacis ad permanendum constanter in igne firmatio & assuefactio, ut ignis violentiam non amplius fugiat. Comparatur imprimis rei fixæ additione. Sic Mercurius vivus additione viridis æris simultaneâque coctione figitur, ut currere desiscat idem fugitivus servus saturni fumo ceu compedibus ligatus, stat immobilis.

Præcipitatio etiam ad σύγκρισιν seu coagulationem hac reducitur. Ea autem fit, cum liquor aliquis præcipitans affunditur corpori à menstruo aliquo soluto; tum materia ea præcipitans menstruo se insinuat, solutumque corpus minimis atomis menstrui poris inhærens expellit, & ad fundum detrudit. Hoc est: Præcipitatio ea, quæ diversa erant & separata, in unum corpus conjungit, & solutum à menstruo, perque liquorem dispersum, iterum à liquore separat, ut ad fundum descendat, & invicem in pulveris forma sibi uniatur simulque quasi coaguletur. Requirit ergò tria 1, corpus solutum 2. menstruum & 3. liquorem præcipitantem.

plex autem eſt, vel ſpontanea, vel violenta. ntanea eſt,cum imprægnatum menſtruum ſpi- s nimirum vitrioli philoſophicus,vel phlegma oli vulgare,atomis corallorum, perlarum, o- rum cancri,ad fundum nullo moto reexiſten- emittit calcem. Violenta eſt,cum affunden- lium liquorem,ſolutum petit fundum.

Materia præcipitationis inſtrumentum, varia Aquâ fontana ſimplici frigidâ affuſâ gummo- reguli antimonii & mercurii ſublimati liquor gulatur in pulverem albicantem. Perlæ coral- apides cancrorum,ſpiritu acido vitriolico mi- i ſoluta,præcipitantur ſpiritu vitrioli fortiori. primis ſal tartari in cella per de deliquium ſo- tum, ſingulari vi ſpiritus omnes acres omnibns liquoribus evocat, eoſdem im- it, & cum iis penitiſſimè ſe unit. Perlæ, co- a, aceti ſpiritu ſoluta,præcipitantur ſale tarta. cella reſoluto,vel muriâ ex aqua fontana & culinario parata. Aurum ſolutum in aqua re- præcipitatur ſale tartari liquefacto. Argen- ſolutum in aqua forti,ſale eodem,vel infuſio- n vaſculum cupreum præcipitatur. Mercú- albus præcipitatus vulgaris cum aqua forti tur,& aquâ ſalſa iterum præcipitatur. Præ- tatus rubeus non meretur hoc nomen: fit poratione menſtrui ſolventis, nimirum aquæ is ad ſiccitatem, & magis coagulatione. Mer- us vitæ communiter dictus fit præcipitatione yri antimonii per aquam ſimplicem.

Fun

Fundamentum autem præcipitationis no consistit in ἀντιπαθεία, sed in συμπαθεία. Mer struum namque solvens & liquor præcipitans am cabili se amplectuntur consortio, sicque solutu corpus relinquitur à menstruo solvente, & decid ad fundum, simulque acrimoniam, quam à spiri solvente contraxerat, amittit Acrimonia penit pôst abluitur aquâ dulci. Συμπάθεια hæc etia manifesta est in præcipitatione lunæ in aqua for solutæ, in pelvi cuprea.

Sal tartari instrumentum præcipitationis appro priatum vocat *Angelus Sala aph. Chimiatric.* 3 quoniam qualitate terrestri & spongiosâ præditu videtur, cujus auxilio spiritus acres ab omnib liquoribus avocat & imbibit. *Laurembergius* ve rò hoc negat, quia sunt etiam alia, quæ præcipita di facultate polleant, quæ tamen non sunt terr stria, nec spongiosa.

Reductio est corporis alicujus in formam ca cis seu pulveris aut liquoris redacti, pristinæ fo mæ restitutio. Locum habet præcipuè in meta lis, quæ menstruorum admistione formam pri rem amiserunt. Reductio v. hæc fit igne fusori Sic sol per aquas Chrysulcas corrosus, quamvi per chartam transeat, reduci valet in solem cla rius respondentem, quàm antea fuit. Luna pota bilis reddita, vel in magisterium redacta, pristin veste suâ facilè reinduitur. Martialia, venere Saturnalia Medicamenta facilè fiunt, quod fier jubentur. Magisterium Saturni cum aceto e minio paratum facilè in plumbum mutatur redi

vivum

rum. Mercurius quocunque mortificationis
pere mobilitate suâ spoliatus, per coagulatio-
nem, sublimationem, præcipitationem, calcinatio-
nem, & cinnabarisationem reducitur in vitam ac
suscitatur. Cinnabaris vulgaris cum sulphure
rata scoriarum ferri additione reviviscit, & vi-
ex retorta in vas recipiens transit, verùm in
lphur reduci nequit. Reductio etiam est, quan-
mineralia salia, sal nimirum vitrioli, salpetræ in
umido calido soluta in frigido humido in pristi-
nam solidam consistentiam reducuntur. Impro-
piè vox hæc reductionis attribuitur etiam reso-
lutioni corporum in prima entia & principia, uti
cant. Sic cineres vegetabilium resuscitari vo-
nt in arborem, fruticem, vel plantam: anima-
m cineres in animalia: mineralium calces in
liviva exemplaria. Ast reductio hæc est nulla, &
nam saltem ostendit gloriam.

Concretio est, quando salia in aquis crystalli-
zatur, quæ fit, cùm particulæ salinæ sibi invicem
vicinia positæ se invicem prehendunt, &
riarum figurarum crystallos proproducunt.

Cohobatio est, cum liquor destillatus capiti
ortuo iterum affunditur, ut virtus, quæ primâ
secundâ vice non fuit educta, tertia vice pro-
at, destillatoque uniatur: interdum tamen fit,
illud, quod prodiit, uniatur illi, quod relictum

Immutatio dicitur, cum tantùm accidentia
ædam circa corpus mutantur, ut 1. Salia per
liquium mutantur in oleum. 2. Cum quæ
soli-

solida sunt, fiunt potabilia. 3. Cum liquida fiun solida; cum mercurius scilicet figitur in præci pitato, 4. Cum fit volatile fixum, & fixum vo latile. 5. Cum terræ vitrificantur.

DE OPERIBVS SEV EFFECTIS OPE RATIONVM, QVÆ ALIAS SPECIES CHIMICÆ DICVNTVR.

OPus Chimicum, seu effectus operatio num Chimicarum, vel etiam Specie Chimica dicitur id, quod per certas o perationes, instrumentis legitimè adhibitis, pro ducitur.

Operum horum Chimicorum variæ circumfe rentur divisiones.

Libavius Syntagm. arcan. Chimic. opera Chi mica distinguit 1. in Magisteria. 2. extractata. 3. quintas essentias & elixiria, deque iis ordine o cto libris tractat.

Cl. *Sennertus lib. de Consens. Chimic. cum Aristotelic. & Galenic. c.* 19. eandem adfert distinctionem. Magisteria nominari etiam posse censet immutata vel perfecta: extracta verò secreta vel separata. Tertiam verò classem appellat composita. Fundamentum hujus distinctionis præbet corporum, circa quæ occupatur Chimia, natura & proprietas. Homogenea corpora exhibent magisteria: heterogenea, quæ non integra, sed separata expetuntur, præbent extracta. Composita in mistis habent locum.

Beguinus tyrocin. Chimic. lib. 2, *in prooëm.* effe-

ctus

operationem, sive, ut quibusdam vocantur, ies Chimicas compendiosius & clarius ad rediget classes: liquidas, molles & duras. liquidas refert, aquas destillatas, aquas for- spiritus, olea, tincturas liquidas. Ad mol- efert balsama, extracta, tincturas molles, & liores. Ad duras referuntur calces, croci, sa- lores, magisteria, tincturæ siccæ, quinta es- ia. Aliis Species Chimica est vel simplex vel posita.

mplex aut est magisterium, aut extractum, ecretum.

agisterium dicitur Species Chimica, ex toto extractionem parata, impuritatibus exter- ablatis, pertinentque hûc 1. olea per deli- um, aurum potabile. 2. Magisteria vulgò a, ut coralliorum, margaritarum, item, vitrio- omitiva, pulveres & calces metallorum, sul- r auratum antimonii, Crocus martis & alio- metullorum flores & sublimata. Mercurii cipitati, bezoardicum minerale, antimonium horeticum.

xtractum seu Secretum dicitur Species Chi- a simplex, quæ de corporea concretione se- ta est, relictâ crassitie elementari, ut sunt 1. illatæ aquæ, Spiritus, olea 2. extracta, tinctu. essentiæ. 3. sublimata, cum non totum cor- sublimatur. 4, Usta & calcinata quædam ut nu cervi cum & sine ustione paratum. 5, Cre- & crystalli tartari. Composita species Chi- a est duplex: Elixirium sive alexiterium & sus.

Eli-

Elixir vocatur species ex pluribus diversis sim-plicibus concinnata, ut Elixir proprietatis *Para-celsi*, paratum ex croco, myrrha, aloë, spiritu vini & sulphuris. Item Elixir pestilentiale *Ejusdem*. Balsamus sulphuris, compositus ex sulphure, myrrha, terebinthina &c.

Clyssus est quando ejusdem rei species variæ seorsim elaboratæ iterum conjunguntur, ut cum sal commune, sulphur, oleum, spiritus & Mercu-rius coagulantur in unum corpus.

Verum enim verò nimis difficilis & salebrosa apparet horum virorum doctissimorum διατυ-πώσις. Ultima facilior videtur, licèt nec ipsa omnibus numeris absoluta. Nos melioris di-stinctionis & elucidationis gratiâ effecta seu ope-ra Chimica in sequenti sic delineare voluimus tabula.



Effecta seu Opera Chimica sunt

- vere existentia
  - 1. liquida
    - Destillata
      - 1. aquæ destillatæ
        - simplices.
        - compositæ.
      - 2. spiritus
        - vegetabilium.
        - animalium.
        - mineralium.
      - 3. Olea
        - vegetabilium.
        - animalium.
        - mineralium.
    - Tincturæ
      - simplices
        - florum
          - simplices.
          - compositæ.
        - foliorum, radicum, corticum, gummatum.
      - compositæ
        - bezoardica.
        - vulneraria.
  - 2. Media, quæ ambigunt inter liquida & solida
    - 1. Essentiæ seu tincturæ molles
      - 1. vegetabilium, & tartari.
      - 2. animalium
      - 3. mineralium.
        - metallorum.
        - fossilium oleosorum.
        - lapidum & silicum.
        - Corallorum.
    - 2. Elixiria.
    - 3. Extracta.
    - 4. Balsama.
    - 5. Elæo sacchara.
    - 6. Mixturæ.
    - 7. Alcool.
  - 3. solida
    - Salia
      - vegetabilia.
      - animalia.
      - mineralia.
    - Magisteria.
    - Flores.
    - Sublimata Mercurialia.
    - Præcipitata Mercurialia.
    - Calces, ut antimonium diaphoreticum & lapides quidam.
    - Coagulata & fixata quædam.
    - Sulphurea metallica & mineralia.
    - Croci.
    - Reguli, Vitra, Astra, Amuleta.
- Non Entia.

MATTHIÆ TILINGII,
ED. DOCTORIS ET PROFESSORIS PUBLICI,
ORDO ET METHODVS
In hoc Prodromo
PRAXEOS CHIMIATRICÆ.

SAnioribus & accuratioribus Chimiatris morbi sunt vel *simplices*, vel *mixti & transplantati*. *Simplices* sunt quatuor, ad quos verò reliqui omnes referuntur. 1. Lepra podagra. 3. hydrops, & 4. epilepsia. Le- affines sunt cutanei morbi, ut ulcera omnia, ritus, scabies, alopecia, furfures, squamæ, fis- e, cutis fœditates, pustulæ, anthraces, malum rtuum, cancer, carbunculus, furunculus, phle one, clavus, abscessus, vitiligo, morphæa, psora ores, tineæ, gutta rosacea, lichen impetigo &c. agræ accedunt colicæ, nephritides, dentium ium dolores, arthritides, fluxiones dolorificæ alæa. Ad hydropem spectant febres, apo- ata uterina, icteritia, cachexiæ omnigenum s. Et ad epilepsiam referuntur morbi capi- c alii: ut catarrhi, paralysis, palpitationes cor- basmi, vertigines, melancholiæ, apoplexiæ, suf. tiones uteri.

ixti & *transplantati* sunt primùm catarrhi grici, paralyses, dispositiones leprosæ, febres iticæ; & deindè novi morbi, ut morbus Gal- vel lues venerea, sudores Anglici, petechiæ llæ, dysenteriæ & pleuritis.

Vel morbi iis sunt *primi* seu *solitarii*, ut epilepsia, podagra, hydrops & lepra; vel *secundarii* & *dependentes* omnes.

Hujusmodi autem morbi requirunt peculiarem aliquam curationem, quam faciunt vel *universalem*, vel *particularem*. *Universalis* est perfecta ablatio impuritatum seu radicum morbidarum mixtione non necessariâ in humana anatomia insitarum, quæ balsamo naturali remediorum naturæ humanæ consentaneo perficitur, resolvente, consumente & dissipante impuritatum seminalium tincturas, corroborante verò, consolidante, custodiente innatum microcosmi balsamum; & hæc requiritur in morbis hæreditariis, & qui ad perfectionem pervenerunt; vel inconsummatis, ut epilepsia, podagra, hydrope & lepra.

Particularis est, in qua non semper radices ipsæ vel seminales tincturæ morborum tolluntur, sed sæpius fructus, symptomata, paroxysmus, dolores mitigantur, prohibentur, ad exaltationem pervenire non admittuntur, excrementorum evacuationes instituuntur, & debilitatæ naturæ corroborationes adjunguntur. Hæc locum habet in morbis infra nominatis, qui nondum ad extremitates pervenerunt, & eorum affinibus seu congeneribus.

Universalis curatio fit 1. per ablationem, resolutionem & consumptionem: iisdem modis etiam procedendum, ut in particulari: Ablationes verò, resolutiones & consumptiones fiunt per vomitoria, cathartica, diuretica & diaphoretica. Perficitur 2. *Universalis* curatio per corroboratio-

nem

[...]n balsami naturalis, consolidationes, regenera-[...]nes, virium refectiones, humectationes & ma-[...]itatis sedationes. Hæc omnia fiunt particula-[...]r per confortantia, anodyna, item odorifera, [...]orem humectantia, sitim sedantia & sanguinis [...]sionem,

Particularis curatio solùm fit per specifica. [...] specifica illa semper sunt cum proprietatibus [...]versalis; auferunt nimirum, resolvunt & con-[...]unt; denique sunt particularia & singularia [...]ulis individuis partibus.

[...]os de curatione *Universali* & *particulari* in [...] libro tractaturi, melioris doctrinæ ergò, me-[...]menta Chimica, quibus corpus humanum vel [...]factatum restituitur, vel integrâ adhuc pol-[...] sanitate à morbis defenditur, meritò in *tres* [...]s distribuimus. Ad *primam classem* referi-[...] omnia illa universalia, quæ panacéarum nomi-[...] digitantur, & ante omnes alias medicinas vim [...]ent sanandi omnis generis morbos, præsertim [...] deploratos, graviores, difficulter curandos, ut [...] Lapis Philosophorum, Aurum potabile, vel [...] pharmaca generalia.

[...]orrò ad *Classem secundam* pertinent *uni-*[...]*alia evacuantia*, ut sunt *vomitiva, pur-*[...]*ia*, *diuretica*, *diaphoretica* &c. quibus natu-[...]orbi causam per quatuor vias ordinarias ut 1. [...]uperiora 2. per inferiora. 3. per vesicam u-[...]iam, 4. ambitum corporis excernere solet. [...] sæpissimè in morbis gravissimis universalis [...]o funguntur, & in singulis ferè morbis offe-[...]ur, vel præmittuntur. Hujus ordinis quoque

ſunt *Confortantia*, *Odorifera*, & *Anodyna*: Quemadmodum enim evacuantibus in ſingulis fere morbis nobis opus eſt, ita quoque ob virium imbecillitatem, & doloris vehementiam, quæ plerumque morborum comites ſunt, nunc æger confortandus, nunc dolor mitigandus; quæ omnino curas particulares præcedunt.

Tandem adſcribuntur *tertiæ claſſi* remedia ſpecifica & appropriata dicta, hoc eſt, quæ operatione & effectu ſuo non univerſa corporis membra, ſed tantùm illa ip ſa, ad quæ nimirum ſeorſim reſpectum habent, juvant, confortant, ipſiſque amica ſunt, ut *Medicamenta ſpecifica omnium ſeptem membrorum principalium*, *ſpecifica Capitalia*, *Epileptica*, *Apoplectica*, *Gutturalia*, *Ophtalmica*, *Otalgica*, *Odontalgica*, *pectoralia*, *Cordialia*, *ſtomachica*, *Anticolica*, *Hepatica*, *Splenetica*, *Dyſenterica*, *Hydropica*, *Vterina*, *Nephritica*, *Venerea*, *Arthritica*, *Febrilia*, *Peſtilentialia*, *Venenata*, *Antivenerea*, *Vulneraria*, & *varia Medicamenta externa*, *egregia* & *uſu comprobata*.



RODROMI PRAXEOS CHIMIATRICÆ

CLASSIS I.

MEDICAMENTIS UNIVER-ALIBUS, QUÆ PANACEARUM NOMINE INDIGITANTUR.

TITULUS I.

DE LAPIDE PHILOSOPHO-RUM.

REUS PHILOSOPHORUM LA-PIS.

De materiâ hujus Lapidis inter Philoso-phos & Chimicos variæ agitantur opi-niones, quorum quilibet suam sententi-am pro virili, plerumque tamen obscu-perplexâ scribendi ratione, ne cuivis innote-defendere studet. Quæ autem propriè sit a illa Lapidis materia in naturæ thesauris ab-& delitescens, quove indigitetur nomine, rum nunc non est curiosius inquirere; sed s rei cupidissimos remittimus ad Philosopho-& Chimicorum scripta: quamvis certi simus lorum lectione nonnisi paucissimos, quos æ-amavit jupiter, & quibus ex meliori luto t præcordia Titan, ad veram dictæ materiæ tiam perventuros, aut veritatem indè cogni-esse, idque ob, ut jam meminimus, paraboli-nimis ac mysticum, nec non miris verborum lis tectum ac involutum doctrinæ genus, à ntibus illis usurpatum; id quod egregiè ipse

Geber quoque fatetur, dicens: *Ubicunque apertè sunt loquuti Philosophi, ibi nihil dixerunt: ubi autem figuratè ac ænigmaticè aliquid posuerunt, ibi veritatem occultârunt.* Et *Rosinus ad Eutych.* inquit: *Philosophi nil posteris de hac arte palam facere voluerunt, ita ut ea, quæ in libris suis figuratè posuerunt, sciri nequeant, nisi à Deo docente manifestentur.* Cui consentit *Morienes*, inquiens: *Libri Philosophorum figuratè sunt scripti, quorum major pars videtur obscura nec nisi à suis compositoribus possunt intelligi.* Et *Hortulanus in expofit. Tab. Hermet.* docet, solum illum, qui scit Lapidis operationem, verba Philosophorum intelligere posse. Nec non eleganter *Phil. Müllerus lib.* I. *Mirac. Chimic. in Prooêm.* sententiam suam de hoc Lapide Philosophico ita exprimit: *Materia de lapide Philosophico à totiam sëculis celebrata est, & etiam num quotidiè decantatür; rara tamen in opere & paucissimis obvia; non quidem ob difficultatem, cum opus sit muliercularum; sed ob Autorum obscuritatem, perplexamq; scribendi rationem; qui ut quidvis in hac arte obnubilent, nihil intentatum relinquunt. Et hâc quidem parte multò magis peccant neoterici omnes, quàm ullus antiquorum, qui quidem dilucidiori sermonis genere in hoc explicando naturæ mysterio semper usi sunt: ut nisi recentiores semper magis magisq; tenebris obvolvissent, non ita tardè plures ad optatam metam pervenissent. Neque duntaxat obscuritatem studiosè sequuti sunt; verum etiam inversum & præposterum dicendi ordinem: ut quod primum in opere esse debet, aliqui ultimo adjudicaverint loco. Aliqui etiam im-*

...nſcuêre abſtruſiſſima, quæ ad hoc myſterium plus quàm fabulæ Æſopicæ faciunt.

...quibus autem vitiis omnibus ille *Müllerus* ...,quantum fieri potuit & licuit, imunis eſſe ſtu..., non quaſi experientiam in hoc divino & ra... pere haberet, (neque enim eò aſpirare auſus ... ſed quaſi dilucidius producturus & ordine ...mo, quæ alii & antiqui & recentiores in ordi...ſſimè atque obſcuriſſimè protulere. Et re... ſatius eſſe putavit, eos, qui quotannis ferè hac ...e ſcripta promulgant, imperfecta & obſcura ...iſſe penitùs, quã temporis & pecuniæ tùm ſibi ... aliis diſpendiũ peperiſſe. Quamobrem quod ... ſe factitatum neſcit, luci publicæ dedit, non ...lem quod experientiam habere; hâc enim ſe ...re ingenuè antea faſſus eſt, & identidem non ...tetur, ſed quicquid veri ex recentiorum & an...orum libris editis rationis ſcrutinio comple...aluit: quicquid ex libris, vetuſtiſſimis manu...tis in *Germania* & *Italia* viſis haurire potuit, ...quid denique ex virorum doctiſſimorum a...rumq; colloquiis percipere ſtuduit; daturus ...as exactas turris Philoſophicæ; hînc etiam ...riam Lapidis, quantum intelligere licuit; ...em ejus præparationem, abſolutionem & per...onem, quæ ſpectare videntur: ut cui otium, ... hanc rem animus, non difficilis in hæc arca...teat acceſſus.

...erum enim verò quoniam locus, tempus & ...ſio ulterius de hac re diſcurrere non permit... neque propoſitum noſtrum eſt, de omnibus

& singulis, quæ tam ad materiam, quàm ad modum præparandi Lapidem hunc spectant, jam prolixum instituere sermonem, brevitati studentes, hæc tanquam altioris indaginis, subtiliorisque speculationis rem propriè hûc non pertinentem, missa facimus, tantùm auctuarii quasi loco virtutes primò insigniores & generales Lapidis hujus Philosophici in medium adducere nobiscum constituimus, postmodum speciales adnexuri.

Lapis ergo Philosophorum inter medicamenta universalia primas meritò tenet partes, tanquàm medicamentum generale ad omnes morbos (nisi sint nativi, congeniti, aut operâ Chirurgicâ indigentes) corpus humanum infestantes, præsertim ad deploratos, graviores & difficulter curandos; virtutem enim habet efficacem super omnes alias Medicorum medicinas, omnem sanandi infirmitatem, tàm in calidis, quam in frigidis ægritudinibus : Nam humidem radicale ab omni parte illæ sum non modò conservat, verùm etiam omnem corporis ægritudinem expellit, venenum à corde declinat, arterias humectat, sanguinem mundificat, contenta in spiritualibus expurgat & ea munda servat (undè hæc medicina super omnes medicinas & mundi divitias est perquirenda) Quod fit tàm ob occultam sui naturam, quàm etiam summam puritatem in ipso vigentem, quia nihil ter-

errestreitatis, feculentiæ ac immunditiei in corpore humano repertum juxta se stabiliri aut latitare permittit, sed illud totũ instar occulti cujusdam ignis vel insensibiliter consumit, vel per consuetos naturæ ductus celeriter ejicit, & expellit, attestantibus illud summis Hermeticæ disciplinæ Philosophis, ut Gerhardo Dornæo de transmut. metal. c. 14. Tinctura enim; inquit ille, seu lapis Philosophorum universalis quædam Medicina est, quæ cunctos morbos consumit, non aliter quam ignis omne lignum. Et Moriene ita dicente: Lapis noster perfecta Medicina est, habens virtutem præ omnibus Medicinis & potionibus sanandi universas infirmitates hominum. Item Gebro: Elixir rubeum omnes infirmitates chronicas, de quibus Medici desperârunt, curat, & facit hominem iuvenescere ut aquilam. Nec non justo Balbiano in tract. 5. Rosar. abbrev. circa finem ita loquente: Habet lapis hic virtutem efficacem omnem sanandi infirmitatem supra omnes alias medicinas; nam augmentat virtutem, conservat iuventutem, non permittit sanguinem putrefieri, neque phlegma dominari, neque cholem neque melancholiam superexaltari; contenta in spiritualibus purgat & omnia corporis membra integra conservat. Quibus etiam ad-

H 5 stipu-

stipulantur Michael Scotus de Natur. Solis & Lunæ. Richard. Anglicus c. 14. de calid. innat. Villanovanus lib. 2. Rosar. c. 31. Roger. Baccon de mirabil. potent. art. & natur. Robert. Vallensis de veritat. & antiq. art. Chim. c. 3. & alii plures, præprimis vero Nobiliss. Hadr. à Mynsicht in Testamento suo Hadrianeo de aureo Philosophorum Lapide hæc nobis reliquit :

Hinc tandem, Ductore Deo, prodibit in auras
Confectus Lapis, omnigenæ Rex ille medelæ.
Invictus panacéa potens virtutibus, unâ
Quâ non est toto medicina salubrior orbe,
Pneumaticâ partes penetrans vi corporis omnes,
Sumpta vel unius saltem sub pondere grani.
Hæc ceu fumus apes, pravos ita corpore pellit
Humores, morborum abigit genus omne, malique
Radice evulsâ penitùs, meliora reponit :
Immò aquilæ in morem renovat servatque viventem
Flore juventutem, casuque perire maligno,
Non sinit, ætatem nisi pleno clauserit auo
Præfixa illa homini supremo à Numine meta.
(Mors communis enim, nec declinabilis ulli
Denique, mortali quisquis de semine cretus)

Hoc primævus Adam, prisci hoc medicamine patres
Longævam sani duxêre in secula vitam.
Hoc sapientum ætas priscorum floruit, ipso hoc
Æternum meruit penu cum divite nomen.
Nullum huic quantumvis morbi incurabile monstrum
Dirus sive hydrops fuerit, scabiesve leprosa,
Sive podagra pedum, tortrix manuumve chiragra,
Et quæ plura aliis sunt desperata medelis
Tormenta illa hominum, mors viva cadaveris illa
Vivi & spirantis; nullum insuperabile nostro.
Stat Lapidi; Invicto cuncta expugnantur ab uno.
Illa aliorum etiam quos tempore pharmaca longo
Vix curant, paucis Hic ægros roborat horis.
O donum medicina ingens, cui quicquid in orbe est,
Nil usu tantum meret excellente trophæum!

In specie Lapis Philosophorum succurit doloribus capitis tam antiquis quàm recentioribus, vertigini, ...mitidi, maniæ, delirio, lethargo, memoriæ corru...i, apoplexiæ, epilepsiæ, paralysi, catarrhis, omni...que oculorum vitiis, Nec-

Nec minus quoque ejus usus fructuosus deprehenditur in dolore, tumore, tinnituque aurium, difficultate auditûs, obstructione, hæmorrhagia & rubedine narium. Medetur pallori faciei, odontalgiæ, stupori, corruptioni ac commotioni dentium, ulceribus gingivæ, ejusdemque diminutioni & fistulis; anginæ, ptyalismo, paralysi linguæ, fœtorique anhelitûs.

Confert tussientibus, asthmaticis, hæmoptoicis, peripneumoniacis, phthisicis, hecticis &c. Convenit quoque ad omnia gutturis vitia, ut sunt: apostemata, ulcera maligna, corrosio uvulæ & tonsillarum. Datur etiam contra lipothymiam, defectum & exuperantiam lactis, apostemata mammillarum, palpitationem cordis, ructus, ardorem, dolorem, nauseam, tumorem, inflammationem & vomitionem ventriculi. Curat insuper ille diarrhæam, lienteriam, dysenteriam colicam & iliacam passionem, lumbricos, cachexiam icterum flavum & nigrum, anasarcam, ascitem & tympanitem, obstructionem hepatis, ejusdem tumorem & apostemata.

Opitulatur & subvenit porrò morbis spleneticis & calculo renum, stranguriâ, dysuriâ, ischuriâ incontinentiâque urinæ laborantibus. Item præsidium singulare est, ad cruentam urinam, inflammationem ex re venerea, gonorrhæam tàm virorum quàm mulierum, impotentiàm coëundi, vulnera virgæ, luem Gallicam, exitum umbilici, omnisque generis rupturas.

Sanantur eodem Lapide menstrua superflua, suffocatio uteri, sterilitas, difficultasquè pariendi, gonagra podagra, Chiragra & ischias, item contractura, erysipelas,

...elas, variolæ, scabies, lepra, morsus canis rabidi, pe... ...is, morsus vel ictus animalium venenosorum, vulne... ...tàm recentia quàm antiqua, morbus Vngaricus, ...Anglicus sudor, cancer, febres omnes, & ejus generis ...orbi alii.

Titulus II.

De AVRO POTABILI CÆTERISQVE AVRI TINCTVRIS ET ESSENTIIS.

AURUM POTABILE.

SAlis gemmæ opt. contrit. ℥j. Spir. nitri non rectificat. ℥iv. Misce, & in retorta vitrea in arena ad siccitatem destilla, at...e fortiter abstrahe, & prodibit spiritus subtilis...mus, ex sale gemmæ & nitro compositus, qui est ...ra aqua regia, menstruum auro solvendo dica...m: quod inservit auro potabili seu tincturæ au...hoc modo parandæ: si nempe Sol in hac aqua ...vatur digeraturque per aliquot septimanas, ...steaq; iterum fortiter abstrahatur aqua regia, ...calci auri in aqua relictæ affundatur spiritus nitri ...aut quater rectificatus, tingetur spiritus vini ...eo colore, evadetque verum aurum potabile.

...Auri potabilis seu potulenti speciosum nomen ...fama scholas Medicorum pervagata, fidem ...m dudum fecit, interprete Paracelso lib. de ...ovat. & restaurat. quod omnes morbos sa...di & restaurandi potestatem possideat. I...lib. de membr. contractur. inquit: Tanta vis

vis inest auro potabili, ut non satis possit ac prædicari; major enim vis confortandi non reperitur, ita ut per hoc remedium curentur omnes morbi, imprimis ii, qui sunt in summo gradu.

Juvat semper, inquit Quercetanus, sive alterando, sive immutando, sive expellendo. Vt multa compendio verborum comprehendam, ut remedium πανακὲς prodest penetrando, tartareas concretiones resolvendo, obstructa aperiendo, putredines delendo, mercurialem frigiditatem corrigendo, venena dissipando, nimis attonitos configendo, ne citò difflentur, sanguinem purificando.

Bernardus G. Penotus à portu S. Mariæ, Aquitanus lib. de vera præparat. Medicam. Chimic. pag. 92.93. & seq. aurum hoc potabile vocat aurum philosophorum, mirasque virtutes ei adscribit. De auro autem hoc Philosophorum ita disserit. Aurum nostrum non est vulgi aut commune, sed Philosophicum; nam absque periculo omni ac nocumento humanum corpus (Deo Opt. Max. dãte & adjuvante) sanat: Loquor hîc non de Chimistico, sed vero ac naturali auro, quod nimirum abquè omni corrosivo, vel absquè venenosis & corrosivis aquis præparatum est, cui tantæ virtutes attribui debent; Nam elixir est vitæ, omnemque morbum contagiosum pellit; sed aurum potabile dicitur, quoties

s unà cum aliis spiritibus aut liquoribus in bstantiam quandam potabilem, & quæ bibi est, redactum fuerit; ejusque dosis est ℈j. àlibet vice. Oleum auri est, cum ex sola a substantia præter adhibitionem oleum jam ctum est aureum, ejusque dosis est, ut pon- is granorum X. non excedat. Quinta essen- a verò auri dicitur, quoties ab eo tinctura ru- a tracta separataque fuerit à suo corpore; nam irtus activa quævis in tinctura existit; dosis . Quintæ verò essentiæ auri pondus est gra- rum iij. Per vices aqua vitæ bonæ, vel al- ri alicui aqua subtilissima commiscetur, ma- que sub meridiem ac vesperi sumitur pro me- cinæ exigentia. Quando aurum vel sul- ur auri venit in corpus, & à nostro balsamo prehenditur, tunc clarificat balsamum san- nis à fumo malevolarum stellarum. Quodsi rbus esset in aliquo membro principali, sul- ur hoc fermentare oportet formâ specificâ, às in membris operandi vim nullam habe- : specifica autem transmutant hoc aurum una in aliam formam; alia enim est natura samı in sanguine, alia in cerebro, alia in de, alia in splene; hæc omnia scire oportet edicum, & observare, quod cum potabile uratur, accipies de eo magnitudinem pisi

&

& imponas in ovum coctum, dempto vitello, ita ut durum solvatur, hoc ægroto utiliter propinabis, nam per se corroborat: diligenter tamen observandum est cuilibet, aurum Philosophicum, quamprimum vino aut simplici aquæ instillatum fuerit, argentea quæque vasa & instrumenta de aurare; si verò non fuerit juxta veram artem præparatum, non inaurare, sed nigredinem tantùm fuscam obducere: aurum philosophorum durum, id est, coâgulatum duobus aut tribus granis secundum vires humani corporis adhibitum vel applicatum, multa mirabilia efficit, etiam in omnibus ægritudinibus cum scrupulo uno theriacæ melioris exhibitum, aut aliis quibusdam medicamentis, ut sapiens quisque providebit.

Cardanus lib. 5. de subtil. rer. scribit ita: Aurum est res sanè arcana, perfectissima, temperamento æquali, ac mirabili proportione elementarium virium constans, cui nullum corpus mixtum æquiparari potest: Vulnus cum illo factum non inflammatur. Vulgus Medicorum magnâ simplicitate aureas catenas, nummos & his similia in liquore extinguit, vel cocturam quandam facere molitur, & quidem aquâ simplici, in turbida quadam potione, in melle, in jure aliquo aut vino ad confortationem spirituum

ac

membrorum principalium: vocatque liquo-
illum, in quo extinctum est, ficto nomine
bamma; sed quomodo vires cordis corrobo-
et, cum solæ tractantium manuum sordes
ectæ & adhærentes à nummis illis hoc modo
erantur. Plurimi quoque ab unguentariis
vulgaribus Medicis persuasi aurum limâ
minutum deglutiunt, quasi verò struthio
n stomachos ferrum digerentes habeant:
nnulli in confectionibus, electuariis, multis-
aliis medicamentis, ut in Diathamaro se-
dùm descriptionem Nicolai, elect. de gemm.
t. lætitiæ Galeni, confectionibus Cardiacis,
eisque Alexandrinis idipsum tantùm non
re, verùm etiam ex aureis vasis & edere &
ere delectantur. Verùm cùm incorruptibile
dlibet in stomacho hominis mutari nō possit,
q; nullam principalibus membris, ut supra
um est, virtutem præbere posse videtur: sed
um Philosophorum & Philosophicè præpa-
m innumerabiles habet virtutes, calidis
frigidis, multisque aliis ac diversis defe-
us similiter medetur, velut eruditus quili-
Medicus per se, & eruditionem suam fide-
æstimabit: imprimis autem epilepsiæ, &
ractuaris cùm præservando, tùm curando
lit; contra caducum ℞. Liquoris auri ℈j.

 detur-

deturque ante paroxysmum, unâ verò horâ p
adhibeantur ℈ij. *tribus horis, idq; sexies rie*
tendum est antè paroxysmum semper & ac
sionem: pro contracturis, dosis auri potab
est. ℈j. *quâlibet vice; super omnia substanti*
cordis & principium vitæ confortat, habet
vim ut confortandi, sic & exhilarandi c
granis IV. vel VIII. nam per venas mesarai
ad hepar, tandem ad cor, indeque per univ
sum corpus facillimè transferri potest; q
& desiccat superfluitatem omnium aliarum s
cum à substantia cordis, & spiritus suâ clari
te illuminat, confortat suâ soliditate, tempe
mento suo temperat sanguinem, præservat; p
tredini resistens, eundemque purgans, & sup
fluitates suâ gravitate ad partes expulsion
inclinare facit, domat melancholiam & m
niam: Vires ac spiritus exolutos resarcit:
ventutem & conservare potest, & virtu
partium in suis actionibus; insensatos quo
sanat: Leprosis, & qui cum jactura pecun
rum suarum insulsis unctionibus mercuria
bus ab imperita curantium plebe funditùs s
deperditi, confert; sanguinem enim corr
ptum purificat, & ab excrementis omnibus h
manum corpus solis sudoribus expurgat, ipsu

qu

uvenile quodammodo reddit, pravos quos-
humores per poros expellit.
riæ autem sunt Autorum de auro pota-
pimiones: nonnulli id magnifaciunt, alii
nnuunt: quarè consultum indicare id quod
. Hoc tamen commodius fiet, si primò
eremus vires & proprietates, quas do-
expertes viri in suis libris auro tribuunt:
dò, si perpendamus, num illæ proprietates
toribus ipsi auro attributæ, rationibus
possint demonstrari, ipsi auro inesse.
od igitur ad primum attinet, nimirum
tates. Avicenna in suo tract. de auro
quòd sit temperatum naturâ, etsi limâ
nuatur, utiliter misceri medicamentis
lepram, capillorum profluvium, melan-
n, confortare cor & impedire tremorem
rroborare oculum, si in tenuissimum pul-
redigatur; & in hoc ferè omnes Medi-
vires medicamentorum simplicium de-
t, consentiunt: longum & tædiosum
ecitare omnium autoritates & opinio-
i igitur tantas vires attribuerunt lima-
uri, quid fiet, si redigatur in formam li-
& potabilem.
cognoverunt debitam præparationem,
gatur in formam liquidam, & eo usi

ſunt in tollendis morbis, affirmant, quod habe- vim purificandi, expurgandi humores ſuper- fluos, tollendi fluxus capitis, & cor à malign- & tetris vaporibus liberandi, melancholiam pellendi, præſervandi à lepra, ſpiritus acuen- & epilepſiam ſanandi.

Arnold. Villanovanus in tract. de vino ſe- Elixire dicit, quod aurum medeatur urinæ ſu- preſſioni. Archelaus Philoſophus ait, aurum eſſe vitæ humanæ theſaurum, ſanantem infi- mitates & morbos hominum, ſi de ſuo liquo- aliquid ſumatur: præterea addit, ſi vires eju- eſſent cognitæ, fore ut non adhibeatur amplius fides Medicis, qui illud negant, tùm quòd ve- reantur, ne ipſis lucrum pereat, tùm quòd igno- rent modum præparandi.

Raymundus circa finem teſtamenti ſui pra- xeos inquit, aquam auri in potu exhibitam debito modo ſanare corpus humanum ab omni infirmitate, quantumvis veteri: & Medi- cum etiam non opus habere, ut urinam inſpi- ciat, ac alia excrementa, & pulſum explo- ret, ſed ut ſuo ſaltem utatur medicamento, lev- adhibitâ diætâ, ſeu victûs regimine.

Quod ad tantas & tàm magnas vires atti- net, quæ in auro reperiuntur, Avicenna tra- ctat. de virib. cordis cap. de auro ait, illas eſſ-

à pro-

prietate: & in eodem tract. c. d. hyacinth.
it, illam proprietatem non debere attribui
riæ è qua compositum est, sed singulari vir-
ndè resultanti, prout in magnete apparet.
Philosophus quidam dicit, illam virtutem
edere à tota specie, quam vocamus vulga-
specificam: alii putant illam virtutem
donum cœleste, influens quoddam mixtum
dum elementorum majorem aut mino-
proportionem debitam.
vicenna arbitratur, hanc vim specificam
rebus post primam elementorum comple-
em, sed quia ignoramus ejusmodi propor-
es, & quod nobis non est datum nosse ulte-
Ideò ad experientiam confugimus, quia
riri in ejusmodi rebus Medicis magis pro-
quàm argumentari: etiamsi non negemus,
isitionem causarum ejusmodi virium posse
mopere juvari lumine naturæ. Et si conside-
us præstantem auri compositionem & com-
ionem, satis notum est multis viribus esse
tum. Nam, ut Rhases inquit, in auro sunt
partes calidæ, decem frigidæ, decē humidæ,
siccæ, aut si mavis, decem cujusq; proportio-
: & ob hanc causam est quasi incorruptibile.
quantū calor calefacit, tantū frigꝰ refrige-
Idem de siccitate & humiditate esto iudiciū.

Cum igitur sit temperatum in sua complexione, hoc etiam vim temperandi, quia est materia purificata duabus humiditatibus superfluis, scilicet sulphurea inflammabili, & phlegmatica seu aquosa evaporata, ut ait Albertus Magnus in lib. mineral. Hanc ob causam habet magnam vim purgandi humores superfluos & confortandi suum simile, scilicet humidum radicale: praeterea quia ingreditur omnia metalla, est amicum, & adversatur illi, quod non est fixum, & in fumum abit. praeterea habet proprietatem retundendi vapores ascendentes a partibus inferioribus: & quia est subtilis substantiae, habet vim expurgandi humores superfluos, cumq; sit in corruptibile, potest expellere humores corruptos, lepram, cancrum & ejusmodi morbos similes: Taceo jam podogram, febrim quartanã, hydropem; tandem quia est lucidum, habet vim repellendi humores & vapores melancholicos, obscuros & tenebricosos, quibus nonnulli aegroti manifestè affliguntur, & dum id facit, dat bonum intellectum. Uno verbo dicam: bonitas substantiae in auro reperta demonstrat valorem virtutis, & magnitudo virtutis excellentiam operationis, quod nobis apertè demonstratur per partes ejus essentiales, materiam scilicet & formam; materia enim nobilis pura, meretur nobilem excellentem & divinam formam: & nobis sit licitum cum Platone aestimare, quod secundum meritum materiae dantur formae. Albertus Magnus lib. 3. mineral. idem probat: Et ut quidam ait, quò plus est materia sublimata & subtiliata à natura eò capacior & dignior est ad nobilem & excellentem formam recipiendam: sed praestantia materiae auri in illo se patefacit

...cit, quod ignis qui consumit & devorat omnes alias, nullum detrimentum ipsi adfert, nec dimi...t: si consideremus formam divinam, reperiemus ...ctus incredibiles & fermè divinos. Hæc si dili...ter examinentur, bono jure aurum comparabi...s soli cœlesti, qui ut ferè totum universum & ma...em mundum animat suo calore & lumine, sic sol ...restris, quem dicimus esse aurum, habet vim vivi...ndi microcosmum, qui est homo.

...ostquam hîc de auri potabilis viribus disseruimus, ...immeritò hanc quæstionem etiã proponimus: An ...urum potabile sit acetosum? Hæc quæstio movetur ...quorundam fastum cum crassa ignorantia coniun...m, qui liquorem aurei coloris acidum auri potabi...loco habent, & multos decipientes circumferunt. ...autem tenelli animi ejusmodi errore detineantur. ...toritate & ratione illum radicitùs evellemus. I ...utoritate Paracelsi, qui tom. 2. lib. de morb. tar...r. c. 6. in auro acetositatem nec esse nec inveniri ...ibit. II. Ratione: Si enim aurum est omni ex ...rte temperatum, & omnium rerum tem...ratissimum, Avicenn. tract. de auro. Arnold. de ...lla nova lib. de conservand. juvent. & retard. se...ct. c. 2. fol. 99. & 102. & lib. de vino fol. 307. Al...rt. Magn. lib. 4. Mineral. c. 8. Vincent. Be...ucens. lib. 7. specul. natural. c. 15. Marsil. Ficin. ...2. de vit. producend. c. 10. fol. 83. Gerard. Dorn. ...1. art. Chimistic. c. 9. fol. 20.. Quercetan. in ...agiric. c. 1. Penot. lib. medicam. Chimic. tractat. ...auro potab. Osvvald. Croll. in Basilic. Chimic. fol. ...5. & seq. Rodargir. in piscib. Zodiac. inferior. c. 5. ...etr. Bon. Ferrariens. in margarit. pretios. c. 15. fol.

 267. Raph...

267. *Raph. Eglin. icon. in disquisit. de Elia art. magir. in physiolog. peripatetic. l. 5. cap. 1. aurum potabile non erit acetosum. Sed verum prius. Igitur & posterius. Connexionem probo: Acetositas enim oritur è minera salis vitriolata cum aluminibus permixta, Paracels. tom. 5. in schol. in lib. de tartar. Si si ergò in auro acetositas esset perceptibilis, salem in eo dominium obtinentem denotaret. Quicquid enim superat proportione virtuali, superat etiam qualitate eminentiori. Cum autem trium primorum in auro nullum obtineat dominium, id quod per supra allegata probatur: etiam nullius trium illorum qualitates erunt manifestæ, & per consequens nec salina acetositas; & hæc in auro potabili non erit, nec inveniri poterit perceptibilis.*

LIQVOR SOLIS AROMATICVS.

℞. Aurum *Vngaricum* apprimè per stibium & fulmen præparatum, sine illud in tenuissimam laminam per auri fabrum duci, postmodũ resolve per bonum & optimè rectificatum salis oleum, veris solummodò Chimicis notum, & post solutionem illud per alembicum abstrahe, tunc in fundo flavissimam solis calcem reperis. Hanc recipe, & vasi vitreo inde, & tantum olei cinamomi suffunde, ut fiat mixtura pulti simillima, & in puncto materiam ingrescere & effervescere videbis; tunc habe ad manus bonum vini spiritum singulariter rectificatum, & à tartaro Sophorum imprægnatum; de illo aliquantum suffunde super eandem materiam, usque ad latam minoris digiti eminentiam, & continuò spiritus

ahet solis animam pulcherrimam, & auro
illimam, & quando pro quantitate mensuræ
il magis accrescit tincturæ; tunc spiritum tin-
m effunde, & alium recentem affunde; & hunc
orem toties repete, donec spiritus tingendi
ute destituatur. Remanentem solis calcem
lve denuò à novo, recenti salis oleo, & proce-
ut primâ vice, repetendo & continuando, us-
dum resolvatur totum corpus, & fiat liquor
abilis: post id circuletur hic liquor solis aro-
ic°, ut acrimonia olei salis evanescat, quæ ipsa
en vel relicta cum spiritu vini profectò nihil
et. Et hæc est prima solutio, facta absque cor-
vis, quæ in æternum à nemine potest in aurum
rale reduci.

*Hæc est inter supremas Medicina præcipua,
servandæ hominum sanitati maximè pro-
a, quæ multos corporis defectus & ægritudi-
intrinsecus originem trahentes, constantis-
è & summâ cum admiratione curat. To-
renovat & conservat. Omnes in homi-
Spiritus vitales reficit: malas humiditates
mit: Hilares facit & bonum sanguinem
ertit. Est specificum cordiale talisque
ilissimus Chimiæ thesaurus, pro quo Deo O-
no Maximo ingentes gratiæ meritò sunt a-
dæ. Dosis est à gutt. iij. ad V. & VII. in
oribus seu vehiculis convenientibus, manè
nacho jejuno.*

I 5 AV-

AVRVM POTABILE SENNERTI.

℞. CAlcem auri per reverberationem in summam tenuitatem redactam. Affunde menstruum, ex salis urinæ volatilis & spir. vini opt. partibus æqualibus, simul in balneo diebus duodecim digestis, paratum, & in lento calore digere per mensem, vase Hermeticè clauso, donec sanguinis instar rubicunda tinctura evadat, idque, quoties opus est, repete. Tinctura sæpius collecta per octo vel duodecim dies digeratur. Hinc spiritus lenissimo calore per destillationem separetur, & aurum in fundo formâ olei rubicundissimi, in quolibet liquore resolubile, remanet; quæ tinctura vicem auri potabilis supplere potest.

Eandem solutionem, si in arena per cucurbitam humilem, vel retortam destilles, tandem auri tinctura simul per alembicum transit rubicunda, instar sanguinis, relictâ in fundo terrâ aridâ, nigrâ, spongiosâ. A tinctura hac menstruum per balneum tepidum separandum, & tinctura, seu Oleum auri in fundo relinquitur. *Dosis hujus tincturæ est à gut. III, ad VI.* Vid. *Institut. Med. lib. 5. part. 3. sect. 3. c. 9.*

AV-

AVRVM POTABILE,
Quod in *Anglia* apud *Francisc. Antonium*, Medicum *Londinensem* habebatur, undè sæpius in *Germaniam* & alia loca allatum.

CAlcem solis, & ei affunde tantum menstrui è spir. urinæ & vini facti, ut 3. digiti emineat; in lento calore digere, donec sanguinis instar rubicundum evadat. Tinctura decantata & sæpius collecta in balneo per aliquot dies digeritur; hinc lentissimo calore spiritus solvens abstrahitur adhuc semel cohobandus. Hinc remanet sal in fundo cucurbitæ in forma rubicundissimi olei, suavem odorem de se spargens, in quolibet liquore solubilis. Propterea hoc aurum solis veri succedaneum esse potest. Eandem solutionem si non in balneo, sed in arena destilles, è retorta post partem menstrui primam cum reliqua ejus parte solis tinctura per alembicum transit, rubicunda instar sanguinis, relictâ in fundo vasis terrâ nigrâ, aridâ, spongiosâ, levi: Illum autem menstruum, quod in tinctura solis abdiit, per balneum tepidum separandum est, & oleum solis in fundo restitans solùm asservari potest. *Hujus guttæ iij. VI. vel VII. modo quocunque exhibitæ, vires mirificè reficiunt, & contra quemvis morbum agunt, plerumque per sudorem evacuando, licèt nonnunquam per singula emunctoria noxium expellant.*

Calx

Calx Solis ita paratur.

PRimùm dissolvatur aurum purissimum in aqua regis s. a. (Aqua regis fit exaq. fortis ℔j. & salis armoniaci ℥iiij. simul per retortam in arena destillatis.) Solutionem claram in capax vitrum effunde, quod sit colli amplioris, & guttatim infunde oleum tartari per deliquium factum, donec aqua regis clara & alba evadat. Hoc signum cum apparet, calcem totam ad fundum descendisse certum est. Sine quiescere per diem, & manè, liquore ablato, calcem quater vel quinquies aquâ communi ablue, eamque lenissimo igne exsicca. Cave autem, ne calor sit excedens. Quam primùm enim ignis calorem sentit calx, statim concipit flammam, & in auras abit. Quare tutius est, in hypocausto vel aëre tantùm exsiccare diligenter spatulâ ligneâ agitando. Calci adde dimidiam partem sulphuris pulverati, & simul misce, & in crucibulo per ignem patentem sulphur deflagrare permitte, adhibendo in principio ignem lentum, & in fine per horam fortissimum, ut calx quodammodò reverberetur, & tenuissima evadat, quam in phiala, optime clausâ, ad usum serva.

Hoc modo etiam fiat Spiritus Urinæ

℞. HOminis sani vinum bibentis urinam, q. v. modicè in cucurbita benè clausa infimo equino vel alio loco calido per quadraginta dies digere

digere. Putrefactione factâ, destilletur urina ex arena per alembicum, adhibito recipiente satis amplo, donec omnis humiditas destillata fuerit. Destillatum tertiò rectificetur per cohobia à capite mortuo, ut exindè postea spiritus justè eleventur. Ex phiala igitur longioris colli cum suo alembico & recipiente, juncturis benè undiquaque clausis, in arena fiat destillatio, & elevabitur spiritus instar crystalli in alembicum, nullâ concomitante aqueâ humiditate. Hæc destillatio continuanda, donec omnes spiritus ascenderint. quod sublimatione prodiit, aquâ pluviali destillatâ solvitur, & ex phiala, ut prius, destillatur, idque septies repetitur, semper novam aquam pluvialem accipiendo. Hînc in phiala Hermeticè clausa per quindecim dies reconduntur Crystalli, & digeruntur lento calore balnei, donec in liquorem limpidissimum abeant. Huic liquori additur æquum pondus spiritûs vini, ex bono vino facti, & quàm optimè rectificati, & simul in balneo per 12. dies digerantur & uniantur.

AVRVM POTABILE EXIMIVM.

AUrum laminatum in spiritu salis solve, & abstrahe menstruum, remanebit calx in fundo. Cui affunde aliud menstruum ex spiritu vini optimè rectificato, & sale urinæ paratum, per digestionem quindecim dierum. A quo aurum ita solvitur, ut per alembicum cum menstruo simul destillari possit in arena. Factâ distillatione menstruum leni balnei calore separetur, tincturâ solis in fundo remanente.

AV-

AVRVM POTABILE NOBILE ALIVD.

Solve aurum in Spiritu salis; extrahe illum spiritum, & aurum remanebit in fundo vasis, instar mellis, si aliquoties supra idipsum reposueris; deindè affunde oleum juniperi, tingetur statim, & attrahet ad se auri tincturam rubicundissimam.

AVRVM POTABILE

Verum, genuinum & Philosophicum.

℞. Calc. auri subtiliss. Menstrui universal. seu Mercurii Philosophici ana ℥ij. Conjunge in cucurbita, & ex balneo, juncturis probè clausis & lutatis, lentissimè destilla, ac reaffuso menstruo, semel atque iterum eandem destillationem repete. Tandem adhito novo menstruo, ex balneó sicco per retortam urge fortius, & simul cum eodem calx solis transit, relictis paucissimis fecibus. Quod transit in pelicano, vel alio vitro Hermeticè clausó, ad lentum calorem vel solis vel hypocausti digere, donec aurum philosophicè resolutum, & ex ipso menstruo residet in fundum vasis, & sese omninò sponte separat á menstruo, & aquositate; quâ ab ab auro cautè remotâ, calcem leniter exsicca; est nimirum admodum volatilis. Exsiccatam recondein phialam proportionatam, hoc est, talem, cujus quarta pars duntaxat ab ipsa calce completur, sigilla Hermeticè, & in calore cine-

rum

in blando admodumque leni pone, per dies 14. ...denter cavendo, ne calx auri caloris vehemen... ascendat & sublimetur. Posteà colloca in a... ...am, & per gradus ignis æquales de octiduo in ...iduum serva, donec aurum, instar granati ob...tè rubentis denuò fixissimum factum fuerit. ...jus ℞. ℥j. vel q. v. tere minutissimè, affunde ...r. vini puriss. ℥ij. solve in calore leni & serva. Si ...d primâ vice solutum non fuerit, alio superfu... spiritu vini proportionato, denuò solve, & o...ia diligenter in vasis vitreis recondita serva. ...c est verum aurum potabile, ex auro corporali ...um. *Ejus in usu medico tantum X. vel XI. ...æ cum ℔ij. vini optimi miscentur, & de hac mi...ne ℥j. ℥iß. vel ℥ij. singulis mensibus semel vel bis ...sanitatem conservandam hauriuntur. Atque ...modo vis ejus est diaphoretica: In morbis verò ...ulosissimis depellendis usus ejus ex prudentia pe... Medici contemperandus est; soletque diversimo...perari, per singula emunctoria, quod noxium ...xpellendo.*

AVRVM POTABILE D. ROLFINCII.

AUr. puriss. q. pl. Salis usual. cujusdam q. s. Duo hæc in reverberium collocantur, adhibito talis ignis gradu, ne aurum ...datur, sed ut spiritus salis acres auri corpus fi... ...o per minima penetrent, instar spongiæ rarefa...t, emolliant, ut fiat pulvis impalpabilis. Calx ... à reliquiis salis abluta in vase vitreo aquâ Cœ... *Raymundinâ Lullianâ* in vitro irrigatur, ces... ...e ebullitione, juncturis clausis, ponitur in di-

gesti-

gestione per aliquot dies; sic aqua flavo colore tingitur, ac si croco perfunderetur, decantatur, nova affunditur. Coloratæ aquæ omnes colliguntur, per lentissimum balnei calorem destillantur, exit aqua clara. Materia auri soluta in fundo vitri subsidet, mellis instar, solubilis in quocunque liquore, in metallum autem reducibilis. Coloratæ aquæ reliquæ per cineres elevantur; sic anima auri, quæ in spiritu dicti menstrui hospitatur, velut in ventre equi portata, adscendit in vas recipiens sub colore rubicundo. Destillatum hoc menstruum & unà cum essentia auri permistum incucurbita vitrea munda cum alembico & recipiente, juncturis optimè clausis, in balneo tepido collocatur: blando calore destillabitur aqua clarissima: in Vitri fundo remanebit optata tinctura, quæ in spiritu vini solvitur; Spiritus separatur alternis vicibus, & sic color ejus clarificatur. Tribus distinctis operationibus constat hic processus: auri calcinatione, solutione, & extractione tincturæ; non est radicalis auri solutio, aut vera tinctura, seu anima, sed tenuissimus impalpabilis auri pulvis aquâ seu menstruo solvente dilutus, qui formam potabilem repræsentat. Menstruum solvens salinum est, corrosivum; ab ἀποίῳ autem & insipido liquore metalli fixissimi solutio fieri nequit. *Dosis est à guttis iij. ad VI. in vehiculo convenienti.*

LI-

LIQVOR AVRI POTABILIS EIVSDEM.

Auri per regale Cæmentum seu antimonium purgati & laminati q. s.

In viridi salis liquore dissolvetur in pulverem, qui pòst elicitur, donec nulla salsedo percipiatur. Super infunde spiritum vini, ut digitos transversos supereemineat, & juncturis lutatis, digere in balneo Mariæ per dies 20. tunc effunde liquorem citrinum, relicto in fundo pulvere candidissimo, spiritum vini posteà lenissimè in balneo à flavo auri liquore separa. Deinceà extractum auri colorem rursus quinquies per retortam age; & tunc quinta essentia solis, aurum potabile optimum est præparatum, *ad internos morbos externosque, quibus ob extremam malitiam aliâ ratione subveniri non potest, radices evellit, nisi fatalis necessitas, Deo adnuente, obstinet.*

AVRVM ESSENTIFICATVM Cum Antimonii Tinctura.

R. Croci auri ritè parati ℥ß. cui superaffunde de tinctur. antimonii rubicundiss. ℥j. in phiala, suo tamen parvo capitello agglutinata, unitâ, digere per octiduum leni calore; ac tandem paulisper igne, donec totaliter exsiccetur, humiditate pauculâ per alembicum transeunte. Pulveri residuo auri denuò tantundem tincturæ antimonii super affundatur, digeranturquè, ac denuo exsiccentur: fiatque Aurum Essentifi-

catum. *ad multiplices infirmitates chronicas, malignas ac diuturnas sanandas validissimum.*

TINCTURA AURI.

℞. Auri puriss. ℥j, vel ℥ij. Solve hoc cum spiritu salis q. s. A phlegmate tantùm liberato, non totaliter rectificato, ne separetur sal essentialis: ab auro soluto evoca menstruum per B. M. auri residuo affunde recens menstruum, seu spiritum salis, iterumque abstrahe; idque ter quaterve, dum videris aurum ad latera cucurbitæ elevari: tunc redde; residuo in cucurbita auro tantum de destillato liquore, ut dissolvatur, atque commodè transfundi posset in cornutam, seu parvam retortam; eumque, adaptato recipiente, & juncturis luto probè munitis, primò igne arenæ leni, fortiori postmodum urge; dum cum liquore transeat, quantum auri dissolutum, aut volatilisatum fuerit. Aurum residuum à destillatione in retorta, rursus eâdem operâ solvatur, & ab eo spiritus salis recens abstrahatur, donec totaliter, vel maximâ parte discontinuatum transierit.

Ab hoc liquore aureo per B. M. separa de menstruo id, quod rarius est, ut remaneat liquor crassus; cui instillabis spiritum vini, spiritu sicco urinæ animatum; & præcipitabitur corpus auri, instar calcis albæ. Quando nihil amplius cadit, fundumque petit, sine calcem residere, ut per inclinationem liquorem decantare possis; ab hocque Spiritum vini destillatione leni separa, & novum spiritum animatum liquori instilla, ut & resi-

...uum corpus auri præcipitetur. Tunc separatâ ... præcipitata, in de liquore cucurbitæ vitreæ, & ... cinerum seu arenæ lenissimo destilla, donec ... spiritus vini ad latera cucurbitæ appareant ... undæ: nam signum est, unum altero, seu ... um sulphure secundum appetitum naturæ, ... atiatum. Sic que tinctura sive essentia auri in ... cucurbitæ rubicundissima apparebit, ma... um virium; quæ addito pauxillo spiritûs vi... è vitro seu cucurbita saltem seluenda, ne ... quam de illa pereat, aut lateribus cucurbitæ, ... fusione inutiliter agglutinatum in residuo ... ns maneat. *Servetur tanquam pretiosissi... medicamentum in morbis omnibus deploratis ... speratis, sub dosi trium vel quatuor guttarum, ... vel altero cochleari vini, vel alio vehiculo ap... ato, exhibendum.*

TINCTVRA AVRI,
Regulo antimonii augmentata.

Auri puriss. ℥ß. Regul. antimonii stellati ℥iiij.

... quefiant in crucibulo igne forti; liquefa... fundantur, inque pulverem subtilem reda... o usque in arena calcinentur, donec rubedi... fundantur, vel in pulverem rubrum convert... r. Hoc ex pulvere, menstruo, spiritu nimi... salis vel veneris, tinctura elegans elicitur; ... andem cum spiritu vini animato ita elabo... est, ut cedat in essentiam sive arcanum ... ntissimum. Augmentationes enim tinctu-

ræ ſolis per ſulphura ſolaria, ex marcaſitis, antimonio, Marte, Venere ſunt veluti transſplantationes, ſeu inſitiones; non aliter ac ſi ramus nobilioris arboris, ejusque fructiferæ, ignobiliori trunco, ſeu arbori infœcundo, inſeratur. Sic aurificatur ſpiritus vitrioli, Martis, vel Veneris, per ſulphur, ex marcaſitis ſolaribus, communi modo, per aquam regiam ſaltem extractum. Si ſpiritus quatuor partes ſulphuris uni parti affuſæ, horis XXIV. vel duabus diebus digerantur, efficiuntur cryſtalli rubinis ſimiles; qui ſpiritu vini rectificato porrò extracti, in panacéam abeunt non aſpernandam.

ESSENTIA AVRI.

℞. Auri puriſſ. per antimonium purgat. ℥ij. Solvatur in ſpiritus microcoſmi, ſeu ſalis microcoſmi veri, id eſt, urinæ, debitè parati q. ſ. & quouſque ſtrepitus audiatur, iſque totaliter ceſſet.

Solutio hæc, unà cum præcipitato auro immittatur alembico vitreo, & per B.M. deſtillando abſtrahatur tota humiditas; quæ inſipida erit: quo facto, collocetur cucurbita cum reſiduo ſale & auro in arenam, deturque ignis per gradus, donec ſublimetur tota illa ſalina ſubſtantia, aurum ſecum elevans ad capitellum. Peractâ ſublimatione, aſſervetur ſal iſte ſublimatus; cui potior pars auri ſoluti eſſentialiter inhæret, in vitro probè clauſo. Aurum verò à ſublimatione prima relictum, ac remanens, novo denuò ſolvatur ſpiritu ſalis ac pari modo cum ſale, vel ſpiritu ſicco urinæ præ-

cipitetur, & evocatâ, destilliationis medio, humiditate aqueâ, in B. M. residuum ignè are- sublimetur, & quidem ultimo forti, ut cucur- inferius candeat. Atque hæc solutio auri, à sublimationibus residui, eademque præcipitatio, humiditatisque abstractio, & salis sublimatio (e- ntis secum aurum) totiteranda est vicibus, donec dum integrum ferè aurum volatilisatum & tuale factum fuerit. Hinc sublimatus sal o- s, affusâ sufficienti quantitate aquæ simpl. atur, ut aurum denuò ab adjuncto sale libe- r; pulvisculus verò solaris, fundum petens, bè edulcoretur. Ex hoc tandem edulcorato isculo auri, beneficio spiritûs vini ad sum- m rectificati, sale tamen vel spiritu microco- animati, extrahatur tinctura iteratò, quo us- nil amplius de tinctura conspiciatur. Tincti- itus omnes & junctim in B. M. ad oleitatem rahantur, ut liquor rubicundus remaneat iosus, qui asservandus, ac morbis deplora- opponendus. *Dosis ejus est à gutt. iij. ad VI. VII.*

RUM TRANSPARENS VITRI-FICATUM.

Seu Rubinus Solis.

Auri puriss. ℥ß. Antimon. *Ungaric.* ℥viij a Tigillo indita simul eliquentur, effundan- , ita tamen ne regulum ponant. Posteà o- ia in subtilissimum pulverem redigantur, calci- tur, ut in antimonio vitrificando fieri solet, diu, donec amplius non fumigent, tandem

simul tigillo indita tàm diu liquentur per horæ quadrantem, donec magna solis pars in vitrum rubellum in pelvi ænea fundendum abeat, & habebis Rubinum Solis.

Hic Rubinus summarum est virium; ad gr. i. vel ij. sumptus stomachum supernè vacuat, ad hydropem & omnes frigidos morbos valet, luem veneream radicitùs expellit; ut & dolores membrorum ab eadem lue excitatos. In Peste & morbis epidemiis magnum est solamen, sanguinem mundificat, & podagræ prodest, ulcera mundificat.

TINCTURA RUBINI SOLIS ad deploratos morbos præstantissima.

℞. HUjus Rubini transparentis in pollinem acti, sume quantum satis; affunde spir. vini rectificat. ad eminent. 4. digitorum, clauso vase, digere loco calido, habebis tincturam rubentissimam. *Usus. Dosis cochlearia duo, quæ non vomitum, non nauseam, non alvum, sed sudorem potenter movebunt; Præstantissima ad deploratissimos morbos medicina; corruptum enim sanguinem mundificat; humores ad corruptionem tendentes corrigit, & universum corpus ab omnibus excrementis solis sudoribus liberat.*

EXTRACTIO TINCTURÆ SOLARIS, vitalem balsamum conservans.

℞. Sum-

Succ. limon. acerrim. filtrati & depuratiss. ℥vj. Fol, auri purgatiss. No. 60. vitro indi-
ligerantur lento calore 4. diebus, tùm per fil-
m succum denuò clarifica. Mox mixturam per
nicam subtilem Hipp. transige. Sole hoc mo-
soluto, & à prædicto succo separato, & vitro in-
o, affunde spir. vini alcoolisati sextuplum, vase
uso, & cineribus ad tres digitos imposito, len-
imo ignis calore pluribus diebus digere, *sic præ-
sum liquorem singulis mensibus semel usurpan-
m habebis.*

ALIA.

Cœli rorem Martio collectum & debitis co-
hobiis rectificatum, & spirituosum affunde
ri foliis 50. & vasi vitreo imposita, triduum ra-
is solaribus expone, postmodum rore per incli-
tionem separato, affunde rectificatum vini spi-
um, septem unciis sachari soluti impraegnatum;
de & succi limon, depurat. ℥iiij. lento igne per
duum digere, mox è balneo gradatim destilla a-
am & spiritum; tandem per cineres oleum seu
quorem pretiosum habebis,

TINCTURA AURI.


Secretissima, dulcissima & gratissima.

Oleum illud rubrum, de quo mox dicemus, rectifica per retortam, & consequeris oleum
bum, acidi, sed grati saporis; affunde ei spiritus
is partem mediam: pone in phiala ut bini hi
iritus se conjungant; postquam mense integro
digesseris, distilla eos simul tertiò per retortam
majorem eorum conjunctionem: tum super

funde eos calciauri ritè præparati; deindè pone hæc simul in digestione, mense elapso tingentur colore fulvo ad rubedinem vergente, admodum saturato, effunde tincturam molliter, eique in retorta repositæ blandè humorem abstrahe, ut pulvis rubicundus resideat in fundo: edulcora eum aquâ destillatâ, atq; iterum spiritu vini tincturam extrahe, tùm redde volatilem draconem istum, da caudam ei suam devorandam, sex integris mensibus & consequeris tincturam dulcissimam & gratissimam, *cujus grana decem vel duodecim exhibita ægrotis sudorem provocant, vires confortant, & ne intelligentem verbis obtundam, in morbis omnibus corporis est medicina universalis.*

Oleum Antimonii rubrum ita paratur.

VItrum antimonii teritur, quàm fieri potest, tenuissimè, deindè ei affunditur omphacium, atque ita in cucurbita, quæ plani sit fundi, benè lutata aliquot diebus digeritur, mox succus omnis abstrahitur: postea cum sacchari clarificati pondere duplo spiritu aceti benè madefactum tere, atque retortæ impositum distilla, in fine igne vehementi, & acquires oleum rubicundum, quod ad perspicuitatem usque cum spiritu vini est clarificandum.



Ti-

Titulus III.

De [P]ANACEIS QVIBVSDAM EXIMIIS ET PRÆSTANTISSIMIS.

[L]APIS IGNIS BASILII VALENTINI.

Recipe mineræ antimonii, quæ post ortum solem creverit, & salis nitri ana partes æquales, tere subtiliter, & misce, tùm igni ...erato impone, ure simul encheirisi commo... qua præcipuum consistit operis, remanebit ...aria ad nigrũ vergens, ex ea confice vitrum, id ...subtiliter, & extrahe ex eo altam istam tinctu... ...ubram acri aceto destillato, quod ex propria ...ra factum est, extrahe acetum distillatione ...lneo, remanebit pulvis, quem iterum extrahe ...u vini summè rectificato, tùm remanent fe... ...habes extractionem pulchram, rubram, dul... quæ magno in medicina est usui, hoc est. pul... ...m sulphur antimonii, quàm fieri potest, opti... ...eparatum. Si hujus extractionis habeas li... ...duas, sume salis antimonii ℥iiij. hisque super ...e extractionem, & circula, ut minimum men... ...egro in vase bene clauso, & sal se uniet cum ...cto sulphure; si feces deposuerit, eas separa ...trahe rursum spiritũ vini per B. M. pulverem, ...emanet artifici, pelle igne vehementi, trans... ...non sine admiratione multicolor dulce oleum ...m, pellucidum & rubicundum. Rectifica hoc ...n iterum in B. M. ita ut quarta pars indè pro... ...t, & tùm est præparatum. Hâc absolutâ ope-

ratione, sumè vivum mercurium antimonii & affunde oleum vitrioli rubicundum, factum super ferro, & summè rectificatum; aufer destillatione in arena phlegma à mercurio, tunc assequeris præcipitatum pretiosum eo colore, quo nunquam visum est gratius, & in chronicis morbis apertisque vulneribus ad sanitatem recuperandam utiliter usurpatur: exsiccat enim vehementer symptomaticos humores unde morbi martiales proveniunt, in quibus spiritus olei, qui apud mercurium manet, eique se conjungit, & unit, vehementer juvat.

Sume hujus præcipitati & olei dulcis superioris antimonii partes æquales; infunde simul in phiala benè clausa, præcipitatum se in oleo cum tempore resolvet in calore i doneo & se fixabit: phlegma etiam per ignem absumitur, & fit ex eo ruber, siccus & fluidus pulvis, qui ne minimum quidem ex se dabit fumi.

Hujus lapidis ignis seu arcani universalis tria aut quatuor grana unicâ dosi exhibita sufficiunt ad omne malum depellendum, usurpata in spiritu vini; perrepit enim lapis hic, aut tinctura omnia corporis membra, & in se continet multorum arcanorum virtutes; aufert vertiginem capitis, & omnes morbos, qui ex pulmonibus originem sumunt; pellit difficultatem anhelitûs, & tussim; lepra mirum in modum eâ emendatur, uti & morbus Gallicus; sæpè eâ curatur pestis, icterus, hydrops, & febrium omnia

genera

pera; etiam pellit venenum assumptum; etiam prodest, qui philtrum aliquod assumpserunt; firmat omnia membra, cerebrum, caput & omnia ab iis dependentia; prodest stomacho & hepati; sanat morbos omnes, qui ex renibus originem ducunt; purgat immundum sanguinem; tum hæc tinctura antimonii comminuit lapidem vesicæ in pulverem, eumque expellit: etiam urinam promovet, dum à flatibus sistitur: restituit spiritus vitales, curat suffocationem matricis, menstrua facit ut fluant, eademque sistit, si nimium abundent, dat fœcunditatem, & semen reddit sanum volensque, tam fœminis quàm viris; hic Lapis ignis denique intrinsecus assumptus, si apponantur extrinsecus emplastra convenientia, sanat cancrum, fistulas, cariem in ossibus, & omnia ulcera corrodentia, & quicquid à sanguinis immunditie originem capit, etiam ipsum morbum, noli me tangere dictum, & ut breviter complectar, hic Lapis instar tincturæ particularis remedium est ad omnia symptomata, quæ humano corpori possint accidere; id quod experientia unicuique clarius monstrabit, viamque ulteriorem aperiet.

PAN-

PANACEA EX ANTIMONIO ET EJUS BUTYRO.

℞. Butyr. antimonii, à sua propria cinnabari rectificat. ℥vj.

Cui, immisso alembico vitreo, superaffundantur spiritûs vini summè rectificati, & ab omni phlegmate penitùs liberati ℔iij. vel jv. Misceantur exactè contundendo, donec in coagulum album, cremoris lactis instar, convertantur; digerantur calore leni, in vitro benè clauso, diebus octo, singulis tamen diebus concutiendo; hinc in B. M. tota humiditas, seu spiritus omnes lenissimè abstrahantur, quamdiu aliquid humidi transit, & in residuo pulvis albicans, seu terra candida, à philosophis sancta nuncupata, remaneat. Huic porrò terræ, cucurbitæ vitreæ humili immissæ, affundatur,

Spir. Vitrioli rectificati, & ab omni phlegmate liberati q. s. ad trium digitorum transversorum supereminentiam.

Digerantur in arena leni calore, unâ circiter septimanâ: agglutinato deindè capitello, præmissoque vitro recipiente, evocetur tota humiditas, seu oleum vitrioli, quoad terra ignea essentificata, massæ instar, in residuo remaneat. Hæc massa à fracto vitro studiosè separata, & in pulverem subtilem redacta, pro dimidia sui parte phialæ luto obductæ, relicto à latere phialæ speculo (uti Chimici loquuntur) ad explorandam mutationem colorum apparentium immittatur, & in arena, igne moderato continuo, paulatim

ien aucto, i. a. tamdiu aſſetur, quousque ab u-
in alium colorem, tandem in rubicundum mu-
a fuerit: *& erit medicamentum ad diverſorum*
rborum agmina profliganda efficaciſſimum.

PANACEA ALIA EX BVTYRO ANTIMONII.

Butyri, ſeu Olei antimonii corroſivi à ſua cinnabari ſemel rectificati ℔ß. Cui ſu- raffundantur in cucurbita vitrea Spir. vini nmè rectificati ℔iij. vel iv. Fiatque coagu- n, ſæpius agitando: digeratur poſt leni calo- duarum circiter ſeptimanarum ſpatio, in vi- ſeu cucurbita ſatis alta, & probè clauſa, quoad rum in liquorem reſolvatur. Hinc abſtraha- r ſpiritus deſtillando ex cineribus, donec in re- uo maneat pulvis albiſſimus. Huic in fundo perſtiti porrò affundatur

Olei proprii, ſeu butyri antimonii reſoluti ℔ß. ſeu ℥vj.

Quod iterum, peractâ digeſtione hebdoma- in arena fortiter abſtrahatur, idque bis terve petendo, quousque materia veluti fixa in reſi- o maneat: quæ porrò phialæ incluſa, tamdiu arena igne ſatis intenſo ac continuo, gradatim ernis vicibus aucto, aſſetur & calcinetur, do- c tota materia rubra fiat. Jam verò ex hoc lvere fixo & rubeo eliciatur tinctura rubicun- ſſima, cum ſpiritu proprio, in præcipitatione rcurii vitæ acquiſito, repetitis vicibus affuſo. ousque ſpiritus affuſi rubedine non amplius ficiantur. Spiritus tincti omnes ad mellagi- nem

nem seu liquorem crassum, in cineribus abstrahantur: residua autem tinctura ut magis subtilisetur, porrò cum spir. vini summè rectificato & tartarisato extrahatur, repetitis vicibus Spiritum affundendo, quoad coloretur. Spiritus tandem tincti omnes ad liquorem crassum rubicundissimum abstrahantur, qui studiosè asservetur & custodiatur: vel (si lubet) retortæ vitreæ parvæ immissus igne arenæ in oleum dulce & rubicundissimum destilletur.

ELIXIR PROPRIETATIS.

℞. ALoës, Myrrh. Croci *Britannici*, Spir. Vitrioli ana. ℥ß. Ex croco integro extrahatur tinctura cum spiritu vini rectificato. Cujus tincturæ sufficientem quantitatem admisce spiritui vitrioli, myrrhæ & aloë pulverisat. ita ut tribus aut quatuor digitis transversis superemineat; Ponantur simul in digestionem ad minimum per dies quatuordecim; sic acquiretur liquor nigricans crassusque, qui à fecibus infundo hærentibus decantari & servari usui debet. *Vires. Medicina est & habetur apud Medicos universalis; nam & evacuat, & alterat, & corroborat, idque propter ingredientia nobilissima, quibus componitur: nam ratione myrrhæ corroborat, ratione aloës evacuat, ratione croci & alterat, & diaphoresin procurat: Medetur omnibus ventriculi affectibus, præcipuè calidis; unde à Medicis in omnibus fermè morbis & omni tempore innoxiè exhibetur.*

Do-

...asis gutt. VI. aut VIII. aut etiam plus pro ...itu.

VNICORNV MINERALE.

VItriol *Hungaric.* cærul. vel etiam vitriol. veneris ex cupro parat. q. s. Quod de...tè calcinatum, destilletur per retortam vitream ...timè lutatam, vel *Waldenburgensem*, in Spiri...m vel oleum subrubrum, spatio trium vel qua...or dierum, ultimò per diem & noctem vel diu...is extremâ ignis violentiâ ad omnimodam ra...calis humiditatis expulsionem; Spiritu hoc vel ...eo egresso, interimque asservato, excipiatur è ...torta caput mortuum planè insipidum, & aëri, ...trisque illud sesquimestri spatio exponatur, in...rdiu autem à sole præservetur: hoc facto super...ndatur illud aquâ pluviali vel rore majali, & sal ...eietur de vitrioli natura planè alienum, ad in...ir nitri, gustu amabili, quod interim asserva. Po...eà accipe antè dictum destillatum spiritum, qui ...m aqua simplici vel pluviali permisceatur, ac in ... martis vel chalybis tinctura vera, nullà re he...rogeneâ permixta solvatur, martisq; vitriolum ...ride, uti moris, efficiatur, quod semel atque ite...m in aqua pluviali solutum & denuò crystallisa...m purum & splendidum reddatur. Ex his cry...allis vel vitriolo martis, denuò modo priore, ...ne fortissimo per aliquot dies noctesque ad o...nimodam & totalem radicalis suæ humiditatis ...pulsionem, oleum vel spiritum destilla rubi...ndum, qui optimè dephlegmatus interim asser...tur & custodiatur. Porrò ex capite mortuo,

omni

omni vitrioli sapore (quod benè observetur) libero, ab astris, uti suprà imprægnato, eodem modo quo superius, extrahe sal gustu amabile nitrosum. His duobus, salibus & spiritu rubicundo legitimè paratis, porrò ejus conjunctionem aggredere modo sequenti. Accipe igitur de duobus salibus supra asservatis ana. ℥j. quibus optimè mixtis, & vitro apto immissis, superaffunde seminis virilis, aut sulphuris rubicundi, aut sanguinis leonis ℥ß. Item add. vel adjiciantur Croci Solis simpliciter parati ℥ij. tùm vitro Hermeticè sigillato igni Philosophico admoveantur; qui secundum gradus regatur continuò, quoad materia coaguletur in unam massam, vel lapidis formam. Quem lapidem in fontina priore dilue, vasi novo include, & brevi tempore illustriorem nobilioremque redde.

Est medicina universalis, & thesaurus talis, qui poterit omnes ferè morbos curare, quocunque veniunt nomine in creaturis omnibus & singulis. Vnum, duo, vel plura hujus arcani grana, pro qualitate sive constitutione ægrotantis usurpata, totum corpus instar fumi penetrant, malignam vitiositatem relegant, & meliorem naturæ conformitatem subordinant, creaturam totam renovant, & quasi de novo regenerant, & ita servant sartam, tectam, citra accidentium morborum gravedinem ullam, usque ad senectam, & vitæ metam, ab altissimo Deo constitutam; nam:

Con-

Contra vim mortis non est medicamen in hortis.

Hæc etiam Illustrissima Medicina cum purissimo Philosophorum auro debitè fermentata immunda metalla innatâ leprâ depurgat; bonâque puri & fixi auri virtute fingit. Pro quo immenso & ineffabili beneficio omnisque doni & sapientiæ communicato acervo; sit laus & gloria Creatori summo, qui est in excelsis, Deo.

VNICORNV SOLARE.

PRocessus hujus licèt gnaris & peritis sit facillimus; Ignaris tamen & imperitis erit difficillimus, & peplo caliginis, propter ignorantiam, involutus.

℞. Mineram auri, frustatim, instar nucis avellanæ, contunde; ab eo ad libræ pondus vel aliquantò minùs mitte in corontam, vel in aliud vas spagiricum, & sub lenta ignis flamma destilla, ubique tamen clausis, pro more, vitrorum juncturis, ne materia in fundo liquefiat, sed sudore absque adustione aquam suavem & cœlestem emittat, quam magni pende. Quia verò, & quidem Spagirici artificii beneficio, libra mineræ ex tantum aquæ sudore emittit, quantum cochleare capit, toties laborem hunc cum nova minera iterabis, quoad sufficere putabis. Hanc aquam rectifica vice octavâ vel nonâ, ut purum ab impuro separetur, & nunc ad usum conferatur instar veri arcani & Hermetici thesauri.

Qui enim Chimico artificio hunc aquæ humorem inviscosum & vividum liquorem transmutare noverit, ille reverâ habet secretissimam, rarissimam, paucissimisque cognitam illam clavem, per quam facillimè castrum illud aureum triplici muro circumdatum recluditur, filiisque sapientiæ legitimè aditus conceditur ad reconditos in auro thesauros: sed hoc opus, hic labor est &c.

℞. Postmodum aurum *Arabicum* optimum per antimonium l. a. in sublimi gradu purificatum, sine illud per auri fabrum in tenuissimam laminam extendi, quæ absque additamento omni in subtilissimum pulverem possit redigi; vel si noveris absque corrosivo subtilissimam solis calcem spagiricè præparare, feceris meliori cum utilitate. Inde pulveris hujus secretissimi in vitrum philosophicum, quantum volueris, & affunde aliquantum solaris menstrui ad eminentiam dimidii minoris digiti, sigillaque illud Hermeticè: digerantur calore tanto, quanto fovetur embryo in matris utero, quoad aqua absumatur, vel ab auri pulvere absorbeatur; & tunc vitrum recludе, tantumque solaris menstrui suffunde, quantum primâ vice: Exsiccetur iterum eâdem lege, totiesque repete, donec transmutetur aurum in pulverem subrubeum. Et sic Unicornu Solare præparatum est, quod multis, vel saltem morbis desperatissimis est comprobatum, ut accommodatissimum & suavissimum remedium. Et est verè illud vellus aureum, quod post multiplicem & toties repetitam philosophicam coctionem

ignis

nis vincit calorem, nec ab alio vinci poteſt. Re-
cabis igitur ad limam maturioris conſilii qua-
atem hujusmodi myſterii.

*Hoc ergò arcano ſapientiores Medici hacte-
s non ſolùm corporis ſanitatem & valen-
am, ſecundùm Dei volentiam, quàm diutiſſi-
è conſervârunt, vitæque metam in multos
nos prolongârunt; ſed & epilepſiam, apople-
am, elephantiaſin, morphæam, melancho-
m, inſaniam, quartanam, Iſchiaſin, poda-
am, arthritidem, hydropem, icterum, luem
nereeam, aſthma, phthiſin, pleuritidem, lu-
m, cancrum, noli me tangere, & hujus gene-
ſimiles morbos hominum periculoſos, & a-
s inſanabiles curârunt; nam usque adeò for-
latet in illo ignis, qui non duntaxat humo-
lethales abſumit, verùm etiam ipſiſſimam
um medullam, quaſi renovatam reficit, to-
mque corpus humanum ſemimortuum erigit.
etiam notatu dignum, quod hoc arcanum
ſe contineat vim fortiſſimam & diaphore-
am. Quicunque igitur hoc uti volet, ſi præ-
tim antedictis morbis laboret, lecto ſe ad
am vel duas horas deſtinet, & ſudorem ex-
ctet, quem ſuavisſimè & copioſisſimè absque
languore emittit, nihilque impuri vel ſu-
flui in corpore humano relinquet. Iuve-
us vitam longævam expetentibus ſingulis*

mensibus semel offertur, sed usque ad vesperam istius diei cibo & potu abstineant, sic illa materia in humoris radicalem parilitatem congerminescet; Vndè corporis robur majorem in modum invalescet; pulchritudo accrescet: quæ instar picturæ in accessâ venustate conspicuæ, intuenti adlubescet; nec cum ætate illorum decrescit. His autem, qui antè numeratis morbis laborant, per decem continuè dies propinatur in vehiculis appropriatis, morbum propriè respicientibus, & ita, pristinæ, Deo volente, sanitati restituuntur. Senibus sobriis in mense bis exhibetur, sic manebunt, post Dei providentiam, sanæ mentis, illorumque senecta erit viribus viridis usque ad feretrum mortis. Virginibus & fœminis junioribus datur hoc arcanum singulis quatuor septimanis, mensibus expletis, & erunt semper ætate floridæ, & ex omni parte corporis speciosæ: Si item puerperis æquo diutius in partu laborantibus propinaveris, licèt fœtus glutine carnis esset accretus, optatus tamen sine ullo ferè dolore subsequetur partus. Fœminis, quæ non amplius mensibus sunt obnoxiæ exhibitum, vegetas & formosas conservat, adeò ut menstrua interdum redeant, & sic iterum puerperæ fieri possint. Medetur etiam pesti, & si extuberant carbunculi, illorum

um materiam dispellit, & per sudorem vir-
tuosissimè expellit. Pro quo magno & glorio-
so arcano, Iehovæ Zebaoth, individuæ Trinita-
ti, sit honor in sæcula sæculorum &c.

GEMMA VITÆ.

℞. Salis gemm. prius ingeniosè fusi, posteà ali-
quot vicibus, secundum artem Chimi-
cam, in vino *Rhenano* dissoluti, filtrati & coagu-
lati ℔iij. Indantur cucurbitæ argillâ benè mu-
nitæ, & imponatur alembicus duplex, ut sciunt
artifices, cum recipiente satis capaci, & servatis
gradibus, igne fortissimo sublimetur, donec o-
mnes albi & corrosivi spiritus exierint, & reci-
piens nubibus repletus, iterum factus sit clarus.
Deinde sal in alembicum elevatum exime, & cum
spiritu vini extrahe: impraegnatum verò spiri-
tum aufer per inclinationem, & seorsim custodi.
Sal in fundo relictum, iterum in priori vino *Rhe-*
nano abstracto dissolve, filtra & per alembicum
aquositatem evoca: Exsiccatum secundâ vice
sublima, & sublimatum denuò cum spiritu vini,
ut prius extrahe, laboremque hunc quater vel to-
ties reiterando, usque dum nihil amplius extrahi
possit. Ultimò omnem spiritum vini seorsim ser-
vatum, à sale impraegnatum, simulque mixtum, in
lento balnei calore ad siccitatem salis evacuato.
Sic habebis sal spirituale, amabile, pulchrum &
crystallinum, magnæ profectò virtutis & opera-
tionis. Salem hunc vasi argenteo aurato tandem
inde, funde, & in fluxu, sub tegula probatoria

 pede-

pedetentim tot folia auri puri, fermentando imm pone, donec tingatur colore rubicundissimo, & tunc post quadrantem horæ exime, refrigescere sine in subtilissimum pulverem redige, & velut incomparabilem thesaurum ad usum repone.

Est Medicina, maximis & ingentibus laudibus meritò extollenda; & ut paucis omnia dicam: est singularis vitæ humanæ thesaurus adversus quosvis morbos, etiam deploratissimos. Major enim vis alterandi, penetrandi, immutandi, confortandi, expellendi & putredini resistendi, vix reperitur in aliis. Præterea omnia obstructa aperit, venena dissipat, nec non sanguinis, omniumque spirituum substantiam, prolongando vitam, nisi fatalis necessitas, Deo ita adnuente, repugnat, puriorem atque illustriorem reddit. Dosis est à gr. IV. ad X. cum appropriatis, in quibus tamen respectus habendus est ad qualitatem affectûs.

PANACEA THEOPHRASTI PARACELSI.

Vel universale medicamentum, quod à quibusdam Secretum Secretorum dicitur.

℞. Quint. essent. meliss. artemis. valerian. pimpinell. ana. ℥j. Elect. junip. Sacch. cand. alb. Olei salis, Quint. essent. sulph. ana, ℥vj. Fiat mixtura, quam reserves usui in vasculo argenteo & vitreo.

Experientiâ veritatis testatrice compertum est, hominem ab hujus nobilis medicamenti crebro usu per-

r totam vitam integrum, & ab omnibus morbis æſum conſervari. Propterea capitis gravitatem llit, apoplexiam, paralyſin, epilepſiam & alios peculoſos, capitis morbos curat, visûs aciem ſubtiliom reddit, ſtomachi nauſeam & debilitates ſubmoet; aſthmati, cæteriſque pulmonum vitiis ſubvet, lieni prodeſt, hepatis vitia corrigit, omneſque ires corporis recreat; lepræ auxiliatur, Icterum orbum, colicam, calculum, nec non hyſtericas afctiones, multoſque alios morbos aufert. Doſis. Sinlis diebus jejuno ſtomacho dantur grana V. VI. III, vel X. in debito vehiculo.

MEDICAMENTUM UNIVERSALE

Nobile, in forma Extracti.

Extract. croci orient ʒß. Spec. diamarg. frig. dianth. diarrhod. abb. aromatic. roſat. habarb. opt. ana ʒj. Sal. cranii microcoſmi, Antion. diaphor. ana. ℈j. Magiſter. perlar. corall. naragd. præp. Rubin. præp. ana ʒß. Ambr. yſ. Moſch. Orient. Lapid. Bezoar Orient. ana j. Confect. alcherm. Extract. mithridat. theriac. a ʒiiß. Laudan. opiat. ver. ac ritè præp. ʒiß. inctur. ſulphur. Croci, Martis, vitrioli ana ʒß. l. ſtill. ſuccin. alb. macer. caryophyll. cinamom. rtic. citri ana gt. XX. Fol. auri ſin. No. XII. arnti puri No. XV.

In compoſitione hujus laudabilis medicamen- proceſſus obſervetur talis. Primò ſpecierum mmiſceas extracta & ſalia cum magiſteriis, conctione alchermes, laudano opiato, lapide Be

zoartico, antimonio diaphoretico. His adde postea tincturas & spiritus guttatim, omnia probè rudiculâ ligneâ in mortario marmoreo ad quadrantem horæ agitando. Hoc peracto, admisceas extractum mithridatii & theriacæ, nec non ambram & moschum leviter trita; ultimò immittas folia auri & argenti cum oleis sensim instillandis, iterum materiam ad quadrantem horæ agitando. Hanc mixturam diligenter reponito & usui reservato in vase argenteo, foliis auri fini cooperto.

Notamus autem obiter in hujus medicamenti compositione, quod, quando extracta nimis liquida, aliquid de pulvere cordiali *Dorncreilii*; quando verò ipsa nimis spissa, aliquid de syrupo Citrii succi addi, rei perfectio requirat: quando verò extracta justæ consistentiæ, nullius rei tunc additione opus erit.

Effectus hujus medicamenti est laudabilis & planè stupendus; confert enim ad omnes (exceptis tamem iis, qui sunt nativi vel congeniti, vel chirurgiâ indigentes) imò ad deploratos morbos, ubi nec ægroto, nec ipsi Medico de genere sive specie morbi constat; quo medicamento, post aurum potabile ad naturam humani corporis confortandam, quamvis in pervestigandis salutaribus istis medicamentis, nulli labori, nullisque sumptibus pepercerim, nullum reperi nobilius, elegantius aut præstantius. Nam non mo-

do,

vitales spiritus recreat, cor confortat, & in esse conservat; verùm etiam cerebrum, he- ,pulmonem, lienem, fel & renes &c. agrisq; si in momento succurrit & opitulatur, ut ex- plò & quasi miraculosè melius sese habeant. rdis spiritibus ita recreatis, illicò, quasi luce pulsis tenebris, morbi vim, medicaminis effi- iâ manifestè abigi percipiant. Et quia mem- s principalioribus confert omnibus, potest e- m in omnibus internis morbis tutissimè ex- eri. Dosis Datur divinum hoc medica- ntum à ℈ß. ad ℈j. vel in forma pilulari; vel solvitur in aqua cordiali, vel syrupo cinamo- , vel alio appropriato vehiculo, secundum ncipalia septem membra.

PRÆCIPITATUS DIAPHO- RETICUS

xcellens ex cinnabari nativa, qui universalis Medicina egregia est.

SPir nitri, Salis gemm. subtiliss. pulverisatiana ℔j. Misce & ex retorta convenienti è vesti- ,cũ suo recipiente anteà conjunctâ, destilletur reverberio clauso aqua rubicundissima, quam va. Deinde ℞. Cinnabarim nativam *Ungari-* rubicundissimam, quæ minera est Mercuri seu enti vivi, probè à scoriis montanis liberatam, antum vis, eamque paulatim in aqua præceden-

ti solve, ac imprimis vide,ut cautè procedas; v
hementer enim incalescunt invicem; Particul
tim itaque minera injicienda est,ac insuper ad
jus totalem solutionem,quæ egregiè virescit, sa
magna quantitas menstrui requiritur. Soluti
nem claram,& à sulphure combustibili, quod v
supernatat solutioni,vel in fundo residet, per i
clinationem decanta,& ex cucurbita in igne ar
næ distilla. Prodit primò menstruum,ac quæ pri
cipia sunt ipsius mineræ,in fundo manent,jam qu
dem propter hanc solutionem & menstrui abl
tionem discontinuata, sed deinceps separand
Itaque postquam jam menstruum omne separatu
fuerit,urge ignem aliquantò fortius: & ad late
seu spondiola cucurbitæ elevabitur Mercurius su
limatus albissimus; in fundo verò retortæ sulph
& sal dati subjecti simul residebunt. De trun
itaque cucurbitam,& collige Mercurium seorsim
nec cum cæteris principiis confusum, ut hæc e
dem ab illo separata habere possis. Sublimatu
communem diligenter collige, & cum aceto de
stillato,in cucurbita,igne arenæ ebulliendo solve
fœces remove; acetum clarum,mercurium tame
se continens,abstrahe ad siccitatẽ: quod restiter
cum aqua pluviali, vel rore majali,iterum ebul
endo,abjectis fœcibus,destilla, idque etiam terti
& quartà vice, donec nimirum Mercurius po
quartam destillationem planè albissimus restet.

Huic tandem affunde alcohol vini præstans, &
cum alembico cœco in balneo digere per aliquo
septimanas,vel etiam per integrum mensem. In

tere

eà reliqua quoque principia, quæ in fundo cucurbitæ, post ablatum Mercurium, restitêre, sepa & clarifica quod hâc ratione obtinebis. Super eadem infunde aquam pluvialem destillatam dam, statim sal solvendo sese in eandem aquam it, sulphur verò flavescens solum manet. Quòd iquid salis adhuc dum eidem adhærebit, illud aliquot repetitas eluitiones aquæ pluvialis stillatæ auferendum est, & priori salis extractio-miscendum, Utrumque autem deinceps est ificandum, quod unicè quoque per spiritum i absolvendum est. A sale igitur aufer aquam tillatam, cum qua nimirum salem extraxisti, & dem cum optimo spiritu vini solve; fœcibus otis, solutio futura est ex viridi flavescens: au-spiritum vini ad cuticulam supereminentem, & psum, instar vitrioli transparentis, in fundo co-labitur, quod diligenter collige & serva. Sul-r verò aliquoties cum aqua calida destillata s lotum & exsiccatum, simili modo cum spiri-vini aliquandiu digere, & eundem posteà aufer. promptu itaque hoc modo sunt duo principia & sulphuris purificata; ad eandem purita-quoq; redigendus est Mercurius. Postquã ille rit per destinatum temp⁹ cum spiritu vini dige-& solut⁹, (rubescit enim totũ illud compositũ ganter) ex retorta, in excipulum capacissimum e arenæ lento primo destilla spiritum vini, po-urge ignem, & prodibit spiritu. Mercurii, è hînc indè per totum recipientem extenden-do,

do, & sublimando instar crystalli; relinque omn
post exactam destillationem, & post horas 24. s
ritus Mercurii crystallisatus in spiritum vini pri
destillatum solvetur, qui denuò à spiritu vini se
randus est, id quod fac per balneum lene; Spiri
enim vini ascendit, & spiritum Mercurii in fun
relinquit cineritii coloris, quem etiam serva.

Habitis hisce principiis omnibus, tandem
illorum conjunctionem anaticam est descende
dum; quam hoc modo solve. Primò fiat omniu
aqua conjunctiva ex eadem minera hâc viâ.

Solve mineræ argenti vivi *Vngarici* ℥vj. in aq
solvente, ex nitro & sale gemmæ primo loco fac
ac sequestratis fecibus, resolutionem ex balne
leni destilla, ad crassitiem usque oleosam; affun
recentem aquam solventem, ac vicissim ad oleo
tatem destilla, idque fac. 5. vel. 6. Posteà repo
in balneo Mariæ vase clauso, ad putrefaciendu
per 14. dies, tandem destilla lento igne arenæ, do
nec, quicquid aquæ superfluum fuerit, separetu
Ubi spiritus albicantes prodierint, muta recipi
ens, aliudque apponendo, & diligenter lutand
eos cape, cum aqua simul posteà prodeunte, urg
destillationem usque ad ignitionem vasis; aqua
hanc serva in hujus ℥vj. solve salis suprà fac
℥ij. ac circula aliquandiu in balneo, poste
super ℥ß. sulphuris funde istius aquæ, in qu
nempe sal est resolutum & digestum, ℥iß. a
vicissim per balneum lene tandem separa a
crassitiem: denuò affunde ejusdem aquæ prio
rem quantitatem, nempè ℥iß. & destillando pe
bal

eum evoca, atq; ita perge, donec cum sulphu-
ß. salis ℥j integrè fuerit copulata; id quod ex
dere cognosces, an ex ambobus factus sit unus
sus quidam liquor. Hujus ℥ß. adde ℥ij. spi-
s Mercurii supra præparati, inque phiola sigil-
ermeticè clausa, coque in athannore, pruden-
dhibitis ignis gradibus, donec omnia in pul-
m rubicundum versa fuerint; id quod spatio
sium trium vel quatuor fiet. Pulverem hoc mo
ræparatum, & tandem cum alcohole vini cor-
um serva.

*Est Medicina universalis, cujus granum u-
, vel ad summum duo in vehiculis conve-
tibus, in quolibet morbo exhibita, balsa-
n internum, ad expellendum intrò hospitan-
hostem, vel per vomitum, vel per alvum
per sudores, mirificè adjuvant.*

OLEVM VITRI ANTIMONII.

Ime vitrum, prout ex minera antimonii est
onfectum, subtiliter tritum, extrahe per ace-
destillatum tincturam, postquam acetum ab-
eris ac edulcoraveris, addas spiritum vini, quo
ahas tincturam, eamque benè clausam in pe-
ho circules mense integro: postea destilles id
ulari quâdam dexteritate per se sine additione;
cipias tandem mirabilem, gratam & dulcem
icinam in forma olei rubri, ex quo deindè
is ignis formatur.

*um hoc destillatum est medicina universalis ad
ndos omnes morbos sanabiles, si tempore suo ritè
usur-*

usurpetur, id est, purgato prius corpore ab humoribus crassioribus & crudis, adhibitisque medicamentis generalibus. Conducit maximè ad obstructiones omnes inveteratas, hepatis, lienis, pulmonum &c. Item adversus mensium retentionem, leucophlegmatiam virginum, icteritiam utramque, hydropem, phthisin, asthma, pleurisin, cachexiam, melancholiam hypochondriacam, itemque ad ulcera tàm interna quàm externa, scabies quascunque & prurigines, luem veneream, febres pestilentiales, continuas, putridas &c. morbillos, variolas remedium felicissimum est; Noxia a. expurgat per sudorem, urinam & salivationem. Dosis hujus olei est à gutt. iij. ad x. in vino malvatico, vel alio liquore.

QUINTA ESSENTIA ANTIMONII.

CApe de optima antimonii minera, quæ friabilis sit (nam si antimonium crudum sumpseris, nihil effeceris, quia subtilissimum suum sulphur primâ destillatione suâ jam amisit) tere id subtiliter, ut per byssinum transeat cribrum, impone cucurbitæ, & affunde acetum, quod secundum artem ex propria ejus minera est destillatum, pone indigestione 40. diebus, & si omnia, quæ hûc requiruntur, accuratè servaveris, tingetur acetum colore rubro instar sanguinis: hanc tincturam rubram, per inclinationem effusam, impone retortæ, blandeque acetum extrahe; pulverem qui remansit, extrahe spiritu vini, ut iterum contrahat colorem sanguineum; eam extractionem impone vasi circulatorio, ut spiritus reddantur volatiles; tùm impone B. M.

tam,

diu digerendum, donec videas tincturam se
m attollere, & volatilem per alembicum
ire; refrigescat tùm, & impone omnē materi-
ucurbitævitreæ, & destilla spiritum secundum
n; & transibit rubicundissimus per alembi-
ut sanguis. Deindè abstrahe iterum spiri-
vini, & habebis crassum & ponderosum O-

*edicina est præstantissima in gravibus morbis,
essim habentur pro insanabilibus. Perficit to-
suam operationem per sudores. Et cum nullus
rbus, cui non succurrat, quid opus est enume-
reliquos? Dosis ejus à gr.* IV.*ad V. & VI.*

BALSAMVM VITÆ.

ANtimonium *Vngaricum* crudum, id sub-
tiliter tritum impone cucurbitæ vitreæ,
lanum habeat fundum, & affunde acetum
n Philosophorum, sale suo acidius redditum.
rbitam deindè clausam impone fimo equi-
l B. M, ut putrefiat quadraginta diebus, tùm
olvet corpus, & acetum contrahet colorem
m instar sanguinis, effunde acetum, & af-
novum, idque toties, donec acetum non
ur amplius, tùm acetum omne filtra per
m: rursus impone vitro mundo, ut anteà
, & clausum impone fimo equino, vel B. M.
refiat quadraginta diebus, tùm corpus se de-
solvit, & materia fit in vitro tàm nigra,
calchantum vel sutorum atramentum: Ubi
num habueris, tunc vera solutio facta est,
am sequetur ulterior separatio elemento-
Im-

Impone nigram hanc materiam alteri cucurbitæ, & alembico imposito, destilla acetum igne modico, tùm acetum transit clarum, & remanet in fundo materia sordida. eam tere subtiliter, & edulcora aquâ pluviali destillatâ, tùm eam exsicca, & impone circulatorio longi colli (Circulatorium sit præditum tribus cavitatibus, tanquam si tres globi sibi invicem essent impositi; sed à se invicem tamen distincti, sicut sublimatoria cum Aludel solent fieri, & tandem habeat instar phialæ collum longè protensum) affunde spiritum vini summè rectificatum, qui tribus digitis supersteti materiæ, & vitrum benè clausum impone molli calori duobus mensibus, tùm sequetur alia extractio nova, & spiritus vini fiet pellucidus & rubeus instar pyropi, ut erat prima extractio aceti; imò pulchrior, Effunde spiritum vini ita tinctum, filtra eum per chartam, & impone cucurbitæ, materiam nigram, quæ remansit, sepone, & separa ab hoc opere, nec enim ei est utilis.

Impone alembicum cucurbitæ, & incipias destillare in recipiente, omnibus benè clausis per cineres igne mediocri, tùm spiritus vini tincturam antimonii secum defert, & elementa sese separant ab invicem, & alembicus, recipiensque tibi præbebunt aspectum auri prorsus pellucidi: In fine remanent aliquæ feces, sed paucæ, & aureus color in vitro omninò perit: Materiam rubram, quæ destillando transivit in recipientem, impone circulatorio decem diebus, & totidem noctibus; tunc fit separatio per illam circulationem; nam

alcuni

m per hanc acquisivit gravitatem, separetque piritu vini, & decidit in fundum, spiritusque iterum clarus est, ut erat in principio, & super t oleo; quæ separatio admirabilis, miraculi r est in natura; secerne oleum deindè à Spi- ini per separatorium.

lsamum hoc seu oleum est singularis & incredi- dulcedinis, quæ nulli alteri rei comparari po- est gratum in usu, & omnis corrosivitas ab eo se- a est.

emo cogitatione potest assequi, aut intelligentiâ rehendere, quàm incredibiles effectus, potentes , & utiles virtutes in hoc Regio balsamo existant: anacéa & medicina quadam universalis. Re- ominem, tanquam si denuò esset renatus: pu- t sanguinem, mixtum & exhibitum cum tin- corallorum; mundat lepram, & pellit omnem m, quæ per sanguinem impurum radices egit in e: abigit melancholiam & tristitiam cordis; mat artus, & ante omnia cor; quando cum ma- io perlarum exhibetur. Memoriam etiam e- at; in animi deliquio non est inventa medici- bilior, si cum olei cinamomi aquis partibus mi- tta 6. per os linguæ imponantur, & tantillum ntia crocinaribus & arteriis affricetur.

TINCTVRA VITRIOLI.

Al. victrioli ex capite mortuo reverberato extract. ac optimè depurat. q. v. affunde vitrioli (in præparatione tincturæ reserva- ad eminentiam 2. digitorum. Digere ac

deſtilla, idque repete, hînc novum ſpiritum affun-
de, digere, deſtilla, idque repete, donec pars vo-
latilis ſuperet fixam, poſſitque prædictum ſal ſub-
limari. Hoc ſal vitrioli ſublima, imbibe, ac ince-
ra cum oleo ſeu tinctura illa, digereque in athan-
nore per gradus, ut uniantur, & per colores ad
purpureum tandem deveniant. Eſt opus aliquod
menſium. *Eſt Elixir ſeu Medicina univerſalis
ſummè penetrans ac fixa, ad curationem de-
ploratiſſimorum morborum ſufficiens. Doſis
gr. j. aut alterum.*



PRO

RODROMI PRAXEOS CHIMIATRICÆ

Classis II.

E VNIVERSALIBVS EVACVANTIBVS, CONFORTANTIBVS ET ANODYNIS.

Titulus. I.

DE UNIVERSALIBUS DIGESTIVIS CHIMICIS.

PErductâ ad finem feliciter Classe primâ, in qua de Medicamentis Universalibus, quæ Panacéarum nomine indigitantur, diximus, dinis ratio nunc postulare videtur, ut ulterius ogrediendo Universalia Evacuantia, Confortntia & Anodyna aggrediamur. Inter Univeria Evacuantia autem primum locum obtinent igestiva, & Maturantia.

In morbis, qui constant ex impuritatibus molibus, seu ejectu facilibus, superficiariis, qui n egerunt fixas radices, vel nondum ad genus nosum & arteriosum pervenerunt, neque ad ficiles coagulationes vel obstructiones destiti, quod ex dolorum signaturis, impressionis scilicet & tincturis, & symptomatum inconntibus & turgidis effervescentiis deprehendi-, quales sunt febres plurimæ, ut stomachi, rem, ephemeræ, catarrhi, tusses, raucedines, & iles affectus, in illis non opus est digestivo, tu-& subitò tolluntur purgantium & mundifi antium

tium ope. Impuritates verò febriculosæ (ut ii quotidianis & quartanis) & inflammatoriæ, qua tincturas habent difficiliores, quoniam resolutio nes & vaporum coagulationes admittunt fixas & difficulter resolubiles (tales in suspectis partibus & consentaneis mineris perpetuò recipiuntur eædem enim partes iisdem morbis anteà obnoxiæ fuerunt, & in his jam aliqua morbi causa hæsit, quæ antecedente aliâ externâ consentaneâ facilè recrudescat) per concoctionem *Hippocratis*, vel mitigationem *Paracelsi*, seu epicrasin *Galeni*, (æquipollentes videlicet indicationes curativas) tutissimè & convenienter curantur: non obtemperant enim facultatibus crudis purgantium medicamentorum communium, quæ corporeis & crudis spiritibus agunt, quæ spirituum morbosorum effervescentias exasperant: Postquam verò spirituum fervores cessaverint, resolutaque materia, coagulationem consentaneam acceperit, vinculis spirituum destituitur; faciles admittit purgationes.

In morbis chronicis, scilicet incipientibus, ut epilepsiis, quartanis, colicis, nephritide, podagricis & omnibus affectibus tartareis, hydrope & leprosis affectibus impuritates radicales resolutione, non concoctione propriè & primò curantur. Frustrà enim concoctionum signa in iis ab initio exspectantur? Resolutione confestim instituenda est cura, consumptione destructione, ablatione: Si coctio accesserit, felicius propositum assequemur. Symptomata enim & accidentia in nonnullis speciebus prædictorum morborum

co-

ncoctionum, contemperationum indicationes
uirunt: Et ibi locum habet *Hippocratis* decre-
p, asserentis, concocta solùm medicanda, nisi
geant. Et ita morbi chronici dicti per se non
nt his concoctionibus, sed respectu suorum
nptomatum. In febribus etiam malignis &
garicis non est exspectanda concoctio. Qui-
n ergò morbi non egent concoctione: qui-
n maximè eâ egent. Non egent, qui con-
nt 1. impuritatibus mobilibus, 2. superficie-
is, 3, fixis radicibus constantes, quales sunt fe-
es ventriculi, catarrhi, tusses, raucedines. II.
uti morbi, seu periculosiores, in quibus impu-
atum resolutiones mobiles sunt. III. Facilè
temperantes, non ad difficiles coagulationes
finitæ, ut febres acutæ, apostemata. Egent,
i non obtemperant facultatibus crudis purgan-
m. Qui I. habent tincturas difficillimas,
arum resolutiones & vapores coagulationes
nittunt fixas, difficulter resolubiles. II. Mor-
chronici per se non egent concoctione, nisi ha-
â ratione paroxysmorum. Itaque egent & non
ent concoctione.

De Concoctione apud *Hippocratem* in *lib. de*
eri Medicina extat. Concoctiones perfici-
tur ex contemperatione, mixtione, & mutua re-
n permistarum digestione.

TARTARUS VITRIOLATUS CRYSTALLINUS.

SAl. tartari probè purificat. & siccat. ℥vj. vel ℥viij. Cui vitro largo immisso, superaffun-

datur pedetentim & ſucceſſivè, ne nimium incale-ſcat, Spir. vitrioli vel ſulphuris opt. q. ſ. quouſque nulla amplius ebullitio ſeu ſtrepitus, ex affuſione ſpiritûs advertatur, ac ſal tartari à ſpiritu ſufficienter ſaturatus ſit. Quo facto, ſiccetur ſaturatus ſal in leniſſimo calore; qui denuò ſ. q. aquæ ſimplicis ſuperaffuſâ, ſolvatur, filtretur, & leni exhalatione aquoſitatis Cryſtallizetur.

Virtutes hujus Salis tartari vitriolati notiſſimæ ſunt: Generale digeſtivum eſt, & ad omnes obſtructiones ſolvendas, in calculo, nephritide, ictero, menſium retentionibus, febribus, hydrope, ſplenis duritie, multo cum fructu exhibetur. Medicamentis purgantibus aliis admixtum, ea in operationibus ſuis multùm intendit. Doſis eſt à ℈ß. ad ℈j.

ACIDUM TARTARI.

℞. TArtar. albiſſ. optimè pulveriſat. ℔iiij. pone in olla nova ℔xvj. adminimum capiente. Accipe jam ciner. clavellat. ℔j. & affunde aquæ ℔xxiiij. Stent ſimul aliquantiſper, ut fiat lixivium, quod pulveriſato tartaro affunde, adhoræ quadrantem infundendo, & aliquoties cum bacillo movendo. Poſteà lixivium decanta, & tartarum aquâ calidâ edulcora, donec nihil lixivii ulterius ſentiatur. Porrò ℞. hoc tartarum, & cum q. ſ. aquæ, ut olla impleatur. Ad ignem lentum tribus horæ quadrantibus ebulliant; & jam calidè filtris puris clarifica: etſi non ſatis inclareſcat: denuò filtra, donec ejus claritas tibi arrideat. Neque abs re erit dimidium aquæ tan-

tùm

n filtrare, & reliquum in olla relinquere, ut
n nova aqua affusa ebulliat. Hoc tantisper re-
endum, donec omne tartarum sit solutum, & a-
osam materiam in fundo relinquas; Tarta-
etiam in filtris remanens semper ollæ redden-
n. Aquæ filtratæ conjungantur, & evapora-
ne factâ coagulentur, acetosumque in fundo
ctum tartarum in pulverem redigatur ad u-
n.

*Est universale digestivum, ut tartarus vitriola-
, quod in omnibus fermè morbis medicamentis ca-
rticis præmittendum est.*

*Offertur autem in vehiculo calido, nisi intensa fe-
s, aut stomachi intemperies calida adsit. In febri-
detur in aurora; si paroxysmus manè invadit,
peri propinetur. In morbis diuturnis perquin-
dies continuetur, & bis per diem, manè scilicet
prandio; in morbis verò capitis circa introi-
lecti exhibeatur. Sed alvus semper sit libera:
im alvo constipatâ offertur, dolor indè accidere
: quia materia abstersa, cum non possit excerni,
latus, qui dolores excitant, convertitur. Dosis per
uot dies, ubi opus est, manè, meridie vesperi
el ℈j vel ℈ß. vel ʒß.*

CREMOR TARTARI.

TArtarum contusum & aquâ aliquoties ab-
lutum; hunc coque in aqua fontana,
nô apparebit crusta nigra, fœculenta, hâc se-
atá & rejectâ, sequetur cremor subtilissimus,
m ablatum, siccatum & optimè lævigatum ser-

va pro uſu. Eligatur autem ad hanc operatio-
nem tartarus, qui frangendo niteſcit.

Uſus hujus cremoris tartari eſt, ut præmittatur cathارticis pro digeſtivo, ut tartarus vitriolatus; (quicquid enim ex tartaro paratur, eſt digerens, reſolvens, & deoppilans:) Ergò non incommodè

1. in humoribus craſſis, viſcoſis & tenacibus concoquendis, digerendis & reſolvendis ex ſyrupo cichorii, oxymell. ſimpl. exhibetur.

Item 2. in febribus, ex aq. fellis terræ.

3. In Ictero, ex aq. geniſtæ.

4. In anaſarca, hypoſarca & aſcite, ex aq. abſinthii.

5. In ſuppreſſione fluxûs menſtrui, in aq. pulegii.

6. In podagra, gonagra, chiragra, iſchiade, in aq. chamæpyt.

7. In morbo ſcorbutico, in aq. Cochlear.

8. In ſplenis & hepatis duritie, in aq. ſcolopendr. vel hepatic. nob.

9. In adſtricta alvo, in aq. fl. perſicorum. Hunc Cremorem tartari ſi velimus acuere extracto diagrydii, gummi de Perû, habebimus elegans catharticum, quod ſine moleſtia & nauſea [cùm nullum ingratum ſaporem, ut pilulæ, aliaque purgantia ex colocynthide præ ſe ferat] purgabit.

CRYSTALLI TARTARI.

℞. Tart. alb. craſſiuſculè contuſ. q.v. abluc aquâ frigidâ, & poſteà inde cucurbitæ vitreæ, &, affuſâ aquâ, in arena a-
liquot

quot horis, quinque nimirum vel sex e-
lliat, Posteà aquam adhuc satis calen-
m per chartam bibulam cola in aliud vi-
um, satis crassum & nonnihil calidum, ne
ngatur; Colaturam in cellam per no-
em pone, & crystalli satis copiosi lateri-
is vitri accrescent & adhærebunt, quos,
fusâ aquâ collige & sicca. Reliquũ in cu-
rbita tartarum iterum, aquâ affusâ coque
odem modo; Coctum cola, ac in cellam,
antea, colloca, idque toties repete, do-
ec tartarus totus in crystallos abierit.

Multò autem majores ac pulchriores
dduntur crystalli, si in vase cupreo mun-
o, vel terreo vitreato, vel phiala vitrea, in
qua pluviali purissima, vel fontana co-
antur per n. & d. unum & alterum, aquâ
 vapores resolutâ resarciatur novâ aquâ
fusâ calidâ, quæ in peculiari vase sit ad
anus. Sic tamen solutis crystallis omni-
us in frigida cella, cum admiratione intu-
ntium oculis se offerent multò majores &
tidiores.

Vinum si etiam aquæ loco sumatur ad
antharos quatuor, *Rhenanum* vel *Franci-
m*, & infundatur super crystallos ponde-
; ℔ß. in phiala capaci, inque arena co-

ctio instituatur per biduum, novâ affusione vini tepefacti reiteratâ, igne silente, refrigerato spontè vase, in fundo concrescent crystalli, decantato vino eximendi.

Dosis horum crystallorum est à ℈j. ad ℈ij. vel etiam ʒj. Hujusmodi crystalli tartari satis gratum in jusculo carnis vel alio liquore sunt medicamentum; nam non sunt ingrati saporis, sed tantùm brodium vel jusculum acidiusculum præbent. Usus eorum à Quercetano. Sæpè laudatus, & hactenus usu quoque confirmatus est. Convenit maximè morbis digestione opus habentibus. Imprimis verò ad calculum renum & vesicæ est accommodatus. In Melancholia summum est deoppilativum tàm alvi quàm tartari in venis mesaraicis stabulantis.

TARTARUS VITRIOLATUS.

℞. Ol. tartari ex sale resoluti & purificati ℥ij. Spir. vitrioli ℥ß. Quem guttatim supra tartari oleum in vitrum capax instilla: fiet coagulum albissimum. Humiditas supernatans evocetur lento calore ad siccitatem salis: super quem destilla ter vel quater vini spiritum: atque ita habebis Tartarum album Vitriolatum fixum.

Hic Tartarus vitriolatus est resolvens & deoppilans. Ergò quoque optimum digestivum

um ; quod 1. necessitate exigente purgantibus medicamentis præmittendum.

2. In hemicrania, morbo Regio, & omnium viscerum obstructionibus in liquore idoneo, seu vino albo exhibetur ægrotantibus per aliquot dies in aurora, & si opus fuerit, sæpius iteretur usus.

3. In calculo [resolvit enim efficacissimè tartarum, ubicunque sit in corpore humano) exhibetur in aq. petroselin. seu parietar.

4. Efficacissimum remedium deoppilativum & detersivum, si ℈ß. vel ℈j. cum julapii rosar. ℥ij. atque cinamomi ʒß. misceatur & exhibeatur.

5. In contracturis & venarum obstructionibus, è tartaro ortum habentibus, utere per vices 6. vel 8. granis in aqua decoctionis uvarum passularum, & cinamomi.

6. Sudorem provocat in aq. Card. bened. vel vino albo.

7. In hydrope. ut crassi & serosi humores expurgentur, datur ℈j. cum ℥ß. mellis rosar. solutivi, & ℥j. vini enulati.

8. In mensium suppressionibus cum aq. artemis. datur. Vndè imprimis commendatur huic rei à Iohan. Agricola Tractat. de Tartar. si tempore novi lunii junioribus, plenilunii verò æta-

ætate provectioribus exhibeatur: nec non iis,, quibus post partum tumidus extat venter.

Quid in morbo virgineo præstet, vid. *Horstium decad. 5. Quæst. Med. 5.*

9. In melancholia & splenis duritie, inaq. cuscut. & scolopendr. sumitur.

10. Utiliter etiam in febribus intermittentibus exhibetur.

11. Purgat per inferiora, & omnes obstructiones tollit, si misceatur cathartico, vel offeratur in syrupo rosar. solutivo.

Datur à ℈ß. ad ℈j. manè, antè prandium, & vesperi, quando itur cubitum, ad plures dies in jusculo, aqua cinamomi, vel syrupo violarum.

Est quidem Tartarus vitriolatus excellens atq; optimum digestivum. Minimè tamen tolerandi sunt quidam Autores Medici, inter quos Crollius principatum ducit, qui hunc laudant ac commendant, tanquā universale omnium humorum digestivum, cùm tamen non solū sit blandum quid, cujusmodi debent esse digestiva, sed acre & vehemens, incidendi attenuandique duntaxat facultate pollens: Ex adverso multa potius humectanda, aut incrassanda, aut lenienda sunt, neque quod exsuccum, vel exulceratum, vel tenerum est, ferat sine damno istam

am acrimoniam, ceu quàm optimè, ut solet omnia, jam etiam ex Angeli Salæ Tartaro log. ſ. .. c. 9. demonstravit Nobilissimus Dn. D. *Conringius de Hermetic. Med. c. 20, pag. 266.* Et *Anton. Gunther. Billichius observ. paradox: Chimic. l. 1. c. 7. & l. 2. c. 7. asserit, tàm miranda præstare tartarum vitriolatum in ardentibus febribus, quàm oleum camino additum: Hinc quoque Libavius Syntagm. Arcan. Chimic. l. 7. c. 33. Crolliana tartari vitriolati encomia sapere ait magni loquos Paracelsi* fumos.

Et *Dan. Sennertus lib. 1. med. pract. part. 3. c. 3. humoribus, salsis, acerbis, qui quasi ignis seminaria in se continent, acria hujusmodi ex tartaro medicamenta, cùm eorum acrimoniam non retundant, non convenire confirmat, in reliquis admittit.*

Ioh. Freitagius Auror. Med. c. 8. pag. mih. 50. ex tartaro digestiva omnium humorum præparari posse itidem negat; si tamen conveniant crystalli tartari, tartarus vitriolatus, mixtura tartari vitriolata, spiritus tartari, convenire in humoribus melancholicis terrestribus. Si verò humor melancholicus ponticus, acris, tenuis, acidus, instar aceti penetrantioris, ignisque seminaria in se contineat, non convenit, sed potius hypochondriacorum symptomata

ptomata reddit acerbiora. Quantum proficiunt ad crassitiem incidendam, tantùm igniculando nocent. Conveniunt etiam in cacochymia pituitosa: in biliosa autem non item; ebullitionem enim augent.

Vera est, ut etiam Excell. Rolfincius l.5.s.2.c.9. chim. in art.form.redact.putat, gravissimorum horum virorum censura, ad quam quilibet, securo qui tramite morbis mederi gestit, res suas componere potest.

MAGISTERIUM TARTARI COELESTE.

TArtarum summoperè calcinatum in aquæ vitæ phlegmate dissolve, filtra, evapora, & sal in fundo manebit. Iterum dissolve in aqua phlegmatis depurata, filtra, ut antea fecisti, & hoc ter repete, donec nullas post se relinquat fœces, calcina benè ad perfectam albedinem. Salis hujus ℞. ℔j. Misce & in balneo destilla: duæ partes destillabunt sine gustu; repete processum, donec dicta aqua congeletur cum dicto sale. Nam omne siccum naturâ bibit suum humidum. Iterum salem omnem exsicca, & novum spiritum vini admisce, destilla: & retinebit aliquam partem spiritus vini; pone hunc salem in sublimatorium vitreum; sublimabitur camphoræ instar. Hunc salem sublimatum accipe, & pretiosè custodi.

Miranda præstat in arte Spagyrica; nam eo mediante lux diei in primam materiam reducitur. In morbis tartareis benedictum & ferè divinum medicamentum est. Grana tria in convenienti liquore exhi-

exhibita, ægritudines, quales quales fuerint, sanant.

LIQVOR TARTAREVS CINAMOMISATVS.

℞. Vini *Rhenan.* opt. & fervent. ℔j. Tartar. Vitriolat. ℥j. Mixtis & s. a. dissolutis adde Aq. hordei cum passul. min. & cinamom. coct. Syr. è succ. violar. ana ℔ß. Misce pro usu.

Est universale digestivum, quod in morbis quamplurimis medicamentis Catharticis præmittendum: Offeratur autem calidè, nisi intensa febris, aut stomachi intemperies calida adsit. In febribus detur in aurora, si verò paroxysmus manè invadit, vesperi propinetur. In morbis diuturnis per quinque dies continuetur, & bis per diem, manè scilicet & à prandio: Sed in morbis capitis circa introitum lecti exhibeatur. Alvus semper sit libera; si enim alvo constipatâ offertur, dolor inde accidere solet: quia materia mota & abstersa, cùm non possit excerni, in flatus, qui dolores excitant, convertitur. Dosis per aliquot dies, ubi opus est, bonus haustus pro una vice.

TARTARVS NITRATVS.

℞. SAl. tartari, Nitri præp. ana part. æqual. Solvantur in aqua rosar. calida; posteà filtrentur, & super ignem mediocriter coquantur, donec quasi crustam acquirat, quæ removeatur, & reli-

reliquum in frigido concrescere sinas. Sic habebis crystallos albos, quos ad usum reserva.

Præstantissimum est medicamentum; singularem enim incidendi & digerendi humores crassos & tartareos, nec non meatus obstructos aperiendi vim habet. Insuper in febribus, Vngaricis ac malignis experimentum est. Putredini resistit: In inflammatione gutturis, quam brunellam vocant, egregiè juvat. Calculum renum, & vesicæ impuritates expellit, urinamque movet. Dosis à ℈j. ad ʒß. in vehiculis appropriatis.

NITRVM VITRIOLATVM.

℞. Nitri præp. part. I. Spir. vitrioli rectificati part. ij. Misce & destilla per retortam secundum gradus, primùm leni, deindè fortiori igne, donec tandem retorta candescat, & cum nil spiritûs ascendit amplius, refrigescat paulatim, & sic in fundo cornutæ pulvis remanet niveus, qui acredinem suam corrosivam & nitrosam ferè amisit. Huic spiritûs vitrioli recentis tantum affunde, quantum ad solutionem ejus perfectam sufficiens; deindè per chartam emporeticam filtra, & ad medietatem usque evaporare sine: & tunc demum loco frigido ad crystallizandum infer. Hos crystallos exime, sicca & ad usum reserva.

In omnibus febribus, præsertim, ubi malignitas & putredo cum calore sæviunt, præstantissima habetur Medicina. Sic in aliis affectibus, ubi ebullitio humorum se maximè prodit, insignis est. Dosis à gr. IV. V. ad VIII. & X. in conservis, electuariis, syrupis

-vis, Jalapiis, vel aliis convenientibus liquori-
r.

SPIRITVS VITRIOLI TARTARISATVS.

VItriol. *Vngaric.* ad albedin. calcinat. p. ij. Tartar. ad nigred. calcinat. p. 1. pulverisa. invicem misce, & spiritu vini paulisper con-rla, destilla per cucurbitam alembici, imposito ti igne, cohobaque, deindè rectifica liquorem essum in arena, seorsim capiendo & spiritum, iquorem reliquum.

Nobilissimum Digestivum Spiritus hic Vitrioli tarisatus est. Prætereà egregias vires exhibet sudandum in omnibus obstructionibus internis, anguine grumoso, contrà scabiem ad mundifican- n & levigandam cutim. Dosis à ℈ij. ad ʒj. vel se, vel cum brodio, aut cum pauxillo vini Hispa-i. Daturque per tres auroras continuas, si li-

SPIRITVS SALIS COAGVLATVS.

SAl absinth. crystallin. vel summè rectificat. huic superadde de spiritu salis tantum, ut n eo secundùm artem spagyricam coaguletur iniatur, ita tamen ut sapore & vi prævaleat & uperet spiritus salis. Hoc ita coagulatum & tè jam consistens in vase vitreo serva ad usum.

Excellentissimum est medicamentum, dige-s, incidens, detergens, proprietatemque ha-s balsamicam; Totum hominem renovat, guinem purificat, caput, cor & ventriculum

confortat. Obstructiones hepatis & lienis re-serat; incidit, discutit, mundificat & putre-dinem fugat. Præter eaque diureticum est ef-ficacissimum, adeoque specificum hydropicum; omnes quippè aquosas humiditates & flatus, omnemque tartaream & viscidam materiam, undè calculus vesicæ ac renum procreatur, per urinam potenter expellens. In iliaca & colica passione, ictero, febribus diuturnis & ardenti-bus, dysenteria, paralysi, apoplexia, podagra, lepra, lumbricis hernia, sudore Anglico, peste, venenis &c. Præsentaneum est auxilium. Do-sis à gr. VI. ad XV. in vehiculis specificis & ap-propriatis. In hydrope offertur (præmissis tamen universalibus) in aq. absinth. & spir. fl. sambuc, ana mixtis, quotidie continuando donec hydrops & tympanites paucis diebus e-vanescant.

SPIRITVS VITRIOLI COAGV-LATVS.

EOdem modo Spiritus vitrioli cum sale aceto-sæ coagulatur, medicamentum certè divinum & in usu medico maximæ efficaciæ, ut experien-tia, rerum omnium magistra, testatur.

Inter digestiva non infimum locum etiam occupat hic Spiritus vitrioli coagulatus. In corroborando insuper languente ventriculo, cu-jus digestionem promovet, nec non in febribus

stoma-

machicis inflammationibus & siti secretum.

Vtimur etiam in omnibus morbis capitis, focatione matricis, calculo, ictero, peste, mor- epidemicis &c. fortiter enim impressioni re- sit, & à putredine conservat. Dosis, corpo- rius evacuato, est saporis in acidum muta- , ita tamen, ut dentes stupidi non reddantur, ibetur in jure carnis calido, vel in alio ve- ulo appropriato: Cholerici tamen & picro- li ab ejus usu planè abstineant.

Coagulatur etiam à quibusdam spiritus vitrio- um sale absinthii, & æque efficax est in sua ope- one.

MAGISTERIVM MARTIS APE- RITIVVM.

SUcci acetos. express. & depurat. ℔iij. & ad- fund Tamarind. opt. ℥viij. Confricetur ibus vel pistillo ligneo in patina terrea non nea, ut fiat in modum pulmenti. Posteà ex- ptis nucleis & stipitibus coquatur parùm & rificetur cum albuminibus ovorum duorum. Indè cola per laneum pannum: clarificatum ur in cucurbita vitrea, cui add. Limatur. cha- , à sordibus benè purgat. ℥jv. Digerantur rena loco calido tribus diebus & noct.bus. curbitæ superponatur alembicus cœcus, ut per agitari cum spatula lignea possit. Post estionem coletur per chartam in patinam vi- m vel terream, & inspissetur per arenam ad sistentiam extracti liquidi: Et habes Magi-

fterium Martis aperitivum. Remanentia chalybis in pulverem subtilissimum conversa exsiccetur, & ad usum servetur. Et ita habes chalybem cum aceto tamarindorum præparatum pro vino chalybeato.

Virtutem habet singularem aperiendi, dissolvendi, & exsiccandi, quo nomine non solùm præstanti cum fructu & emolumento, in hepatis, lienis & venarum mesaraicarum oppilationibus inveteratis; sed etiam ad tumores duros, scirrhosos resolvendos, ac consumendos, ad exsiccanda etiam & roboranda loca superfluis humiditatibus gravata ac debilitata, feliciter ordinatur. Præterea singularem habet proprietatem attenuandi, solvendi & præparandi atram bilem. Ideoque experimentum est in curatione melancholiæ, icteritiæ nigræ, febris quartanæ, aliorumque affectuum, ex superfluitate, obturatione, putrefactione, similibusque humiditatibus subortorum. Aperit etiam modo singulari obstructas uteri venas; & impedita hinc menstrua provocat ac promovet. Experimentum quoque est in febri alba, sive morbo virgineo, cachexia, tumoribus corporum & principiis hydropis. Partes item genitales in viris & mulieribus, superfluis humiditatibus relaxatas & debilitatas, corroborat. Denique utilissimum etiam est tàm contra gonorrhæam inveteratam, quàm diuturnum uteri fluxum album & fœtentem. Magisterium porrò hoc liquidum, si justâ quantitate vino Rhenano misceatur, atro illud colore tingit; si verò per chartam vinum filtretur, fit rursus clarum & dilucidum; nec minùs ta-

men

ne vi martiali fortem retinet gustum, estque viris & efficaciæ paribus, atque adeò omnibus illis affectibus, ubi aqua Spadanæ, acidulæ ferreæ vel his similes, mineram martis continentes aquæ naturales, à Medicis practicis summè laudantur, ægrotantibus propinari potest. Ubi enim primum corpus per appropriatum purgans decenter evacuatum, vena etiam aliqua, si opus, adaperta, deinde per aliquot dies de vino illo Martiali poculum potatum, & bona simul diæta observata fuerit, ibi tùm eadem omninò effecta, quæ ab illis è terra promanantibus aquis præstari unquam possunt, æque operantur. Dosis magisterii hujus aperitivi est à ʒß. ad ʒj. plus minusve, in vehiculis appropriatis; vel cum electuariis, conservis, morsulis, rotulis aliisque medicamentorum speciebus pro Medici arbitratu, commiscetur. Dosis vero vini Martialis est à ℥ij. ad ℥iij. vel per se, vel cum aliis mixtis liquoribus.

TINCTURA TARTARI.

SAlis tartari frequenti solutione & coagulatione summè depurati q. v. adfunde optimum spiritum vini alcoholisatum, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum: pone in digestione per aliquot dies, ut decet, movendo, sed caute, ne spiritus vini vitrum rumpat, & tingatur colore rubicundissimo. Posteà tinctum spiritum per inclinationem aufer, & recentem affunde, tamdiu, donec non amplius tingatur, vel omnis tinctura extracta sit. Ultimò spiritum vini

ni tinctum, simulque mixtum filtra, & ad usum reserva.

Insigne Tinctura hæc tartari Digestivum est; Omnes etenim obstructiones & putrefactiones, præ omnibus ferè aliis medicamentis & arcanis, totum penetrando & corpus roborando, egregiè tollit. Vesicam & renes à superfluis humoribus liberat, atque calculos, urinam largiter movendo, & sanitatem conservando, rumpit, conterit, farinæque instar expellit. A paralysi & podagra præservat, si bis quotidiè exhibeatur, manè scilicet & vesperi, per se, vel in liquoribus specificis. Insuper in rectificatione sanguinis, dolore capitis, hydrope, erysipelate, ictero utroque, colica, lepra, lue venerea, scabie, pruritu, serpigine, lentigine, mensibus retentis, pleuritide, puncturis laterum, febribus, contracturis, arthritide, cæterisque morbis tartareis & aliis venenatis multum facit, & est medicamentum nunquam satis laudatum, Dosis à cochl. 5. ad 1. per se, vel cum vehiculis appropriatis; quæ tamen dosis, ætatis, sexûs complexionis & consimilium circumstantiarum habitâ ratione augeri minuive potest.

ACIDUM TARTARI CHALYBEATUM.

℞. Acid. tartar. ritè præp. ℥jv. Mag. chalybis vitrioli ℨij. Aq. fumar. ℥ij. Misce benè, ut

fiat

ſtar pultis, poſteà fac, ut evaporet in len-
lnei calore aqua fumariæ, & in pulverem
m evadat. Adde Ol. ſtill. cinamom. q. ſ.
Mixtura.

obile & excellens eſt medicamentum in multis
s, præſertim in chronicis, uti in lienis obſtru-
e, febribus quartanis, ictero ſimplici & nigro,
ncholia hypochondriaca, cachexia Virgi-
&c.

atur à ℈ß. ad ℈j. In brodio pulli, vel alio con-
enti vehiculo, manè præ & poſtmiſſis tamen
er purgantibus univerſalibus, quæ per inter-
ſæpius, ſi neceſſitas poſtulat, repetenda.

Magiſterium chalybis vitrioli fit è chalybe
parato & ſpiritu vitrioli rectificato, per ſub-
tionem & coagulationem, ſecundùm artem
yricam.

DIGESTIVUM ELEGANS.

MAgiſter. tartar. vitriolat. ℥jß. corall.
rubr. ℈ij, Fœcul. bryon. ℥j. Sal. Card.
ed. geniſt. ana ℥ß. Miſce & divid. in 8. part.
al. *Sumatur per quatriduum manè & veſpe-*
ngulis vicibus ℥ß. in vino abſinth. vel card.
d.

PULVIS DIGESTIVUS NOBILIS.

CRyſtall. tart. Vitriol. Martis ana. ℥ß. So-
lut. corallor. Sal. ocul. cancri ana. ℥ß.
c. aron. bryon. ana ℥j. Antimon. diaphor. ℈ij.
rrh. rubr. ℈j. Ol. ſtill. lign. rhod. gt. V. Miſce,

fiat pulvis. *Dosis est à* ℈j. *ad* ʒß. *inconvenienti vehiculo.*

DIGESTIVUM INCOMPARABILE.

℞. CRoci Mart. aperitiv. ℥j. ʒij. Mag. cochlear. Tart. Vitriolat. Nitri antimoniat. ana ʒj. pulv. radic. aron. ʒjß. Misc. f. pulvis.

In scorbuto & aliis morbis contumacioribus hoc vires habet eximias. Dosis est à ℈j. *ad* ʒß., *& in aq. antiscorbutic. Quercetani, Mynsichti, vel Dorncreilii, cerevisiâ, vino, jusculo carnis bubulæ, gallinarum &c. exhibetur.*

De Quibusdam Observationibus in Digestivorum usu scitu necessariis.

CIrca Digestivorum ejusmodi exhibitionem meritò observamus, scitu hæc necessaria.

Nullum dejectorium medicamentum, antequam humorum crassities attenuata, digesta, & viæ, per quas expurgari debet, apertæ sint, exhibendum.

Quidam morbi digestione egent, quidam verò non: Statim purga in morbis, qui ex impuritatibus mobilibus superficiariis constant, quod ex dolorum signatura & inconstantibus symptomatum effervescentiis & turgidis venis deprehenditur. Ubi verò impuritates periculosæ

culosæ & inflammatoriæ, prius digere & co-que.

Morbi Chronici dicti, ut sunt epilepsia, quartana, colica, nephritis, & omnes affectus tartarei, hydrops & lepra per se digestionibus aut concoctionibus non egent; sed respectu suorum symptomatum. In febribus etiam malignis & Vngaricis non est exspectanda digestio. Digestiva aliquando sæpius repetenta sunt.

TITULUS II.

DE VOMITIVIS.

IN vomitu ciendo antimoniales, vitriolatæ & helleborinæ facultates vigent, quæ nihil pravi in ventriculo relinquunt, sed omnem impuritatem radicitùs evellunt. Ex antimonio igitur, vitriolo & helleboro albo egregia componuntur medicamenta.

ESSENTIA ANTIMONII EMETICA.

℞. FL. antimon. dextrè parat. ℥iiß. Tartar. alb. *Venet.* subtiliss. trit. ℥v.

Coq. cum q. s. aquæ simpl. repetitis vicibus affusæ. Depletiones omnes filtratæ ad remanent. ℥vj. leniter exhalent; quibus add.

Sacch. Canar. alb. ℥vj. & leniter item ebulliendo in patella terrea ad syrupi consistentiam reducantur.

Purgat per superiora & inferiora leniter; id-

circò in febribus tertianis & quartanis intermittentibus, diuturnis hypochondriorum obstructionibus, nec non in mania & melancholia hypochondriacas maximi est momenti. Dosis à ʒß. ad ʒj & ʒjß. in aqua, vino, jusculo, aqua laxativa, aut alio quocunque vehiculo propinata.

NITRUM ANTIMONIATUM.

℞. FL. antimon. alb. dextrè parat. ℥j. Crem. tartari ℥ij. Mixta coq. in olla terrea, seu etiam sartagine ferrea cum aq. simpl. repetitis vicibus, recenti semper aquâ affusâ, & decantatâ, quousque tota virtus & efficacia è floribus extracta sit: cum decoctionibus depuratis & filtratis solvantur Nitri puriss. ℥jv. & leni abstractione superfluæ humiditatis in pristinam salinam substantiam reducantur, aut pedetentim crystallisentur.

Purgat per superiora imprimis & inferiora leniter; quemadmodum præstantius non est antimonii corrigens, quàm ipsum nitrum. Datur à ℈j. ad ʒß. & ʒj. in grato vehiculo dissolutum.

NITRUM ANTIMONIATUM ALIUD.

℞. NItri puriss. ℥vj. Liquetur in crucibulo super igne leni; cui pedetentim & per vices injiciantur Vitri antimonii sine addit. parat. seu Flor. antimon. alb. ℥ij. Quæ probè unita & liquata, ut in unam coëant massam, effundantur in mortarium æneum; massa refrigerata teratur in pulverem, & cum q. s. aquæ simpl. sol-

vatur,

tur, filtretur, & denuò abstrahendo aquam in crystallinam compagam nitrum elixiviatum revocatur, relicto antimonio in residuo, solâ ejus virtute nitro communicatâ. *Vires ex superiori patebunt.*

TARTARUM ANTIMONIATUM.

CRem. tartari seu *Veneti* alb. seu *Rhenani* ℔j. Fl. antimon alb. ℥ij. Coq. in q.s. aquæ simpl. repetitis vicibus, semper recentem aquam affundendo, donec totus cremor solutus & per chartam emporeticam transcolatus sit. Hinc aqua tota leniter à transcolato tartaro exhalet, aut abstrahatur ad siccitatem tartari, qui super porphyrite levigandus, ac usui asservandus est.

Purgat leniter per superiora & inferiora: Prodest in febribus diuturnis, & tertianis intermittentibus, aliisque morbis chronicis & radicatis. Dosis ejus est à ℈ß. ad gr. xv. & ℈j.

TARTARUS VITRIOLATUS EMETICUS PURGANS.

SAlis tartari ℔j. Liquefiat in crucibulo super igne: cui statim pedetentim injiciantur Vitri antimonii sine addit. parat. ℥ij. Et postquam liquefacta, & benè mixta fuerint, bacillo ferreo ea commovendo, illicò effundantur. Hinc massa refrigerata teratur, in aqua simpl. solvatur, filtretur, & quando exhalavit leniter aquositas, ad pristinam salis siccitatem reducatur. Cui tandem pedetentim & successivè instilletur spir. vitrioli vel sulphuris q. s. donec nulla amplius ebullitio, vel effervescentia ex affusione Spiritûs advertatur

Hoc

Hoc signo apparente, exsiccetur massa salina vitri-olata; quæ denuò solvatur aquâ communi, fil-tretur, & leniter ac successivè, dum aquositas ex-halârit, crystallizetur, aut in salinam statim sicci-tatem reducatur, usuique asservetur.

Purgabit leniter, maximè per inferiora; quemadmodum antimonium talimodo dupliciter correctum est; per salem nimirum tartari & spir. Vitrioli. Hinc præstabit in morbis chronicis, diuturnis, melancholia hypochondriaca, febribus quartanis & tertianis intermittentibus diuturnis. Dosis ejus est à ℈ß ad ℈j.

TARTARUS VITRIOLATUS ANTIMONIALIS ALIUS.

℞. FL. antimon. alb. ℥ij. Crem. Tartari ℥iiij. Coq. in q. s. aquæ simpl. repetitis vicibus ad omnem virtutis prolectionem. Colaturæ omnes calidæ filterentur per chartam emporeticam. Cum hoc verò decocto solvatur Cremoris tartari ℔j. & ad pristinam salis consistentiam & siccitatem leni exhalatione aquositatis, reducatur. Huic porrò sali essentiâ antimonii imprægnato instilletur pedetentim & guttatim Spir. vitrioli vel sulphuris q. s. pro sufficienti saturatione salis.

Hinc exiccetur massa salina, ac denuò solvatur aquâ simpl. filtretur, & leni evaporatione aquositatis, vitreo in vase, ad salinam siccitatem reduca-

, ac usuiasseverur. *In virtutibus & dosi superi- non absimilis est.*

REGVLVS ANTIMONII.

Antimon. crud. Nitri crud. Tartar. ana, ℔ß. Subtiliter trita misce, & in crucibu- ignito s. a. detonentur, ita ut materia ultima at instar aquæ, quo facto, removeatur crucibu- m ex igne, remotum perpetuò agitetur, aut ba- lo concutiatur, donec crucibulum refrigera- m fuerit, & fracto crucibulo, regulus argenti t stanni instar hærebit in fundo, in parte su- riori hærebunt fœces reguli dictæ, ex qui- s sulphur auratum parari potest. Vires. *Re- lus cùm sit subtilior potiorque antimonii pars, dem cum reliquo antimonio obtinet vires, movet- e vomitum & secessum, si per noctem in vini ℥ij. t ℥iij detineatur; in quem finem Chimici ex eo cula regulina parant, quæ vini ℥iij. capere de- nt, ita ut post nocturnam infusionem illo vino vo- itus concitetur. Chimici regulo pro vulgari an- monio utuntur, paraturque ex eo antimonium dia- oreticum, butyrum antimonii aliaque.*

Dosis in substantia est à gr. ij. ad iiij. In infuso pro itu, modò liquor non ultra ℥iij. ascendat.

VITRUM ANTIMONII PELLUCIDUM.

Antimon. calcinat. q. v. Statuatur cruci- bulum inter carbones benè accensos, ita illud benè igniatur; crucibulo ignito inde lcem antimonii, ut fuso primo cochleari, inda- r secundum, & ita deinceps; relinquatur in xu per dimidiam horam, posteà effundatur in

patel-

patellam cupream prius calefactam, habebis vitrum antimonii pellucidum; si non pellucidum sit, contundatur iterum vitrum, calcinetur & fundatur, sic evadet tandem pellucidum. *Viris ejus maximè egregiæ sunt. Movet vomitum & secessum etiam, si frustum ejus per noctem imponatur ℥iij. vini; in substantia datur ad gr. iij. sed rarò.*

VITRUM ANTIMONII HYACINTHINUM.

℞. Antimon. crud. pulveri sat. ℥iij. inde olla non vitreatæ, & baculo ligneo semper tere, donec in globulos concrescat, vitaque fumum, ne ore excipiatur; cum concreverit, globulos tere, iterumquè, ut antè, calcina; si rursus concreverit, rursus tere, idque tàm diu repete, donec antimonium cineritii coloris, prunæ inspersum fumum non emittat; tùm in furno fusorio fortissimo igne funde in vitrum quod erit pellucidum & hyacinthini coloris. *Vitrum hoc vomitum movet & secessum, si formâ pulveris exhibeatur. Dosis est ejus est à gr. ij. ad iij. aut iv. in infus. vini ℥iij.*

SAL VITRIOLATUM EMETICUM.

℞. Cap. mort. spir. salis vitriolat. partem 1. solvatur & coq. primùm in olla ferrea cum aq. comm. partibus iij. deindè filtretur per chartam bibulam, & evaporetur in arena ad cuticulam, crystallisetur que in cella frigida. *Usus ejus est in bile sursum expurganda. Dosis à ℈j. ad ʒß.*

VO-

VOMITORIUM LINDANI NOBILE.

℞. CRem. tartari ℥iij. Croci metallor. ℥j. Misc. & solv. in aq. pluviali, filtr. evapor. ad siccitatem, serveturque usui.

MERCVRIUS VITÆ.

℞. BUtyr. antimon. rectificat. ℥j. Aq. pluvial. stillatit. ℥v. vel ℥vj Misc. agitetur in retorta vitrea per diem, & deinde per declinationem effundatur; vocatur Spiritus Philosophicus, seu Oleum Philosophorum; residuum porrò edulcoretur, filtretur, & ad solem exsiccetur; & habebis mercurium vitæ, seu farinam, quæ antimonii vim habet emeticam & purgativam. *Dosis est à gr. iii. ad vj.*

MERCURIUS VITÆ ALIUS.

℞. BUtyr. antimon. rectificat. ℥j. Spir. vini rectificat. ℥iv. Misce agitando in cucurbita vel retorta vitrea; edulcoreturque; & procedas, ut supra in præcedenti dictum. Vomitorium blandius hoc est. *Dosis est à gr. iij. ad. jv.*

Rectificatio butyri antimonii hæc est.

℞. BUtyri crudi non rectificati antimonii ℥j. Spir. salis rectificat. ℥iiij. Solvatur in retorta vitrea benè mundata; destilletur in primo & secundo ignis gradu; & egredietur spiritus salis; deindè in tertio caloris gradu prodibit butyrum rectificatum.

Butyrum antimonii crudum non rectificatum.

℞. SPir. salis vitriolat. rectificat. ℥iv. Antimonii purificat. & pulverisat. ℥j. Misc. digere

re in retorta vitrea per 3. aut 4. dies; posteà in quarto caloris gradu perges, donec vapores non emittat amplius, & habebis butyrum cum pauco oleo antimonii non rectificatum seu crudum.

REGULUS ANTIMONII VOMITIVUS.

℞. Antimonii purificat. ℥ij. Tartar. albiss. ℥j. Crystall. nitri ℥ß. Misc. subtilissimè omnia trita & commixta optimè; detonentur in crubiculo prius ignito s. a. deindè lique fiant maximo igne in fornace calcinatorio, & in poculum fusorium sebo vel pice prius illitum separatum à scoriis, vocatur ut supra. *Dosis ejus in substantia est ad grana iij. In infuso pro libitu; verùm liquor non ultra* ℥iij. ascendat.

PULVIS EMETICUS CORRECTUS.

℞. Vitri antim. sine addit. legitimè parat. ℥xij. Nitri puriss. ℥iiiß. Singula prius seorsim in pulverem redacta commisc. exactè, pòst collocetur olla non vitreata intra carbones accensos, vel ardentes, cui, si candeat, de pulvere superiori cochlear unum post aliud pedetentim inspergatur, donec omnia paulatim immissa & candefacta sint; remotâ deindè ollulà ab igne, & refrigeratâ materiâ, quæ flava veluti vel albicans apparet, pulverisetur, & cum aqua tepidissima, (non calidâ nimis aut fervidâ, quod studiosè observandum, secùs vis emetica ejus tota tollitur) edulcoretur, & quidem confestim, ne diu aquæ immersa materia edulcoranda hæreat, sed quam primùm fundum petierit pulvis, aqua ab eo decantanda, ac pulvis

quæ

palpabilis ſiccandus eſt. Obſervandum etiam, quod ponderoſior ejuſdem pulveris particula, quæ illicò in edulcoratione, dum in aqua cum levari, magis & impalpabili pulvere decantatur, fundum petit, ſeparanda ſit, ne pulveri impalpabili immixta maneat.

Hoc antimonium taliter paratum nobile & ſecurimum vomitorium eſt, ita ut infantulis compe[...] in doſ per infuſionem, vel in ſyrupum redactum, propinari poſſit. Doſis à gr. XV. ad ℈j. pro adultis, cum ℥iij. circiter vini ferventis infuſum noctem; quod vinum manè à reſidente pulvere [...]um decantari aut filtrari poterit, pulvere [...]endo relicto: junioribus verò decem vel duodecim annos natis ℈ß. pulveris, & vini ferventis ℥iß. [...]ntibus autem duorum circiter vel trium annorum, grana quatuor, quinque vel ſex cum ℥ij. vel vini ferventis infuſa ſufficient. Verum cùm [...]ulli abſtemii ſint, vinumque abhorreant, poterit [...]a ſaltem doſis hujus vini emetici, ſcilicet ℥iij. [...] ſacchar. alb. ℥j. in ſyrupum percoqui, cui refrigerato ſyrupo, ſi lubet, aq. roſarum vel cinamom. porcula pro odore & ſapore grato ipſi conciliando adatur, & in vehiculo ad lubitum patientis vel aſſiſtentis propinetur.

ESSENTIA EMETICA EX EODEM PULVERE.

PUlv. Emetic. jam jam ſuperius deſcript. ℥iß. Ex quo cum vini alb. ℔vj. repetitis [...]n vicibus affuſi, extrahatur in calore, ut vinum veluti ferveat, eſſentia & vis emetica; huic

vino virtute vel vi emeticâ pulveris dicti impræ-gnato add. Ol. tartari *Sennerti* ℥vi Et denuò ad siccitatem salis leniter evaporent; hoc sal deinde in locum frigidum collocetur, ut in liquorem solvatur, quod brevi admodum contingit. Filtretur liquor per chartam emporeticam, & usui asservetur: *Cujus dosis* ʒj. *vel etiam* ʒij. *vel* ʒiij. *cum aqua aliqua laxativa, vino vel alio vehiculo cōveniente & grato. Infantibus* ℈ß. *vel etiam* ℈j. *sine ulla pertimescentia diri alicujus effectûs felici cum successu propinari potest, si debito tempore viribusque nondum prostratis exhibeatur, illudque Hippocratis observetur, si quid movendum est moveatur in principio &c. eóque ducatur, quò natura vergit.*

TARTARUS EMETICVS PURGANS:

℞. Vitri antimon. sine addit. parat. ℥iiij. Nitri puriss. ℥j. Mixta & in pulverem redacta detonentur; materia calcinata flava pulverisetur subtiliter, cui add. Ol. tartari pur. ℥iiij. Aq. simpl. ℔iij. Et in vaseo terreo vel vitreo coquantur spatulâ continuò illa agitando, ad totalem siccitatem salis & pulveris; hînc solvatur massa hæc salina cum aq. simpl. q. s. solutum filtretur, clarumque reddatur, & à pulvere separetur, quod denuò ad siccitatem pristinam salis tartari evapora. Huic sali virtute emeticâ imprægnato instilla guttatim spir. vitrioli q. s, quousque nulla effervescentia amplius percipiatur, quo signo apparente, exsiccetur massa salina leniter in vase vitreo, & in pulverem tandem redacta usui asservetur, *Cujus Dosis est* ℈j. *vel* ʒß.

EL

ELIXIR EMETICUM VEGETABILE.

COrtic. radic esul. rec. ℥ij. quibus superaffundantur Aceti destillati ℥v. & in vitreo [illegible], aceto leniter exhalato, denuò exsiccetur. His [illegible]eradde Radic. asari ℥iij. Contundantur ambæ [illegible]ices in pulverē grossum, & cum q. s. spir. vini re[illegible]tis vicib⁹ affusi, extrahatur earum essentia tota, [illegible]ousq; nimirū spiritus tingatur: Extractiones o[illegible]nes in alembico vitreo ad consistentiam extracti [illegible]trahantur; quod extractum de novo solvatur [illegible] aq. cinamom. opt. ex vino still. ℥iij. ac per [illegible]rtam bibulam filtretur, usuique asservetur, [illegible]*sis hujus est à* ℈j. *ad* ℈iij. *in vehiculo convenienti.*

ELIXIR POTENTIALE HELLEBORINUM.

RAdic. hellebor. nigr. ℥iij. hellebor. alb. ℥iß. Quibus parùm contusis superaffunde [illegible] correctione Aceti still. ℥viij. & aceto prius le[illegible]r in vase vitreo exhalato, non effuso a radici[illegible], eæ siccentur; quæ postmodū cum q. s. spiritûs [illegible] repetitis vicibus affusi extrahantur, ad omni[illegible]dā earum virtutū prolectionē, & quousq; spiri[illegible] affusus colore inficitur. Extractiones omnes in [illegible]bico vitreo ad consistentiam extracti abstra[illegible]tur, extractum residuum cum aq. cinamom. [illegible]itis vini destillati ℥vj. denuò solvatur, filtre[illegible] usuique reponatur. *Dosis est à* ℈i *ad* ℈ij. *in* [illegible]*iculo idoneo.*

CREMOR TARTARI EMETICUM PURGANS.

℞. VItri antimonii sine addit. parat. ℥vj. Nitri puriss, ℥j.

Mixta inque pulverem reducta detonentur ad modum nuper dictum; materia residua flava iterum pulverem subtilem redigatur, & in mensuris duabus vini albi & clari parùm coquantur; colato pòst & à pulvere separato vino immerge Cremoris tartari ℥iiij. & alembico vitreo immissa, in arena vel vesica cuprea stanno obductâ coq. ad dissolutionem dicti cremoris tartari, ac in illo ipso vase sensim refrigescere permitte, ut nonnihil crystallisetur tartarus qui, refrigeratis omnibus, eximēdus à liquore separandus & siccandus est, inque pulverem redigendus; *Cujus dosis est* ℈j, *vel etiam* ʒß.

VITRUM ANTIMONII AUREUM.

HOc fit cum auro per duplicem viam: elegantiorem & nobiliorem cum oleo antimonii. inquo dissolvitur aurum, eâque, dissolutione fermentatâ per coctionem in vitrum vertitur splendidissimum, ***cujus vires mirandæ sunt, & summis laudibus in vomitu ciendo extollendæ.*** Alio modo cum crudo antimonio paratur, de quibus omnibus alibi plura dicemus.

AQUA BENEDICTA HARTMANNI.

℞. PUlverisatum antimonii vitrum. Hujus ℥j. vel ℥ij. in ℔iij. vel IV. vini infunduntur, & vitro benè firmiterquè cooperculato aliquandiu insolantur*, donec nempe liquor citrinum colorem induat, posteafiltretur, & vicissim in vitro

benè

...ne clauso asservetur. *Ejus dosis est* à ℈j. *ad* ℈iiij. ... *etiam* iv. *aut* v. *ad summum in aqua destillata* ...*propriata. Ad vomitiones ciendas datur ma*-... *cum fructu, præsertim in iis morbis, qui non ali*-... *quàm vomitionibus curari possunt & volunt*, ...*ales sunt omnes tusses, pleuritides, anginæ, anore*-...*, ructus, atque infiniti alii morbi in prima ven*-... *regione hospitantes*.

...RUPUS VOMITIVUS EJUSDEM.

CRoci antimon. vel etiam Vitri antimonii (utriusque nimirum par est ratio) tin-...ctura impraegnati ℥vj. Aq. rosar. odoratiss. ℥ß. ...v Cinamom ʒij. relinque per 24. horas ...loco calido, postea cola, in culatura dissolve Sac-...char. albiss. ℥viij. coq. & f. l.a. Syrupus ad medio-...crem consistentiam. *Dosis est* à à ʒj. *ad* ʒij. *vel* ...*tiam* ʒiij. *si opus fuerit ex cochleari, absorpto paulò* ...*post jusculo gallinæ, vel carnium, sine sale &* ...*ne pauco; id quod etiam in prioris aquæ be*-...*dictæ exhibitione faciendum. Hâc Syrupi* ...*si feliciter tolluntur colici dolores ad pare*-... *tendentes; eodem catarrhi suffocativi &* ...*rumque ad pulmones & cor delapsi, mirificè* ...*terminantur, si præsertim, capitis postea ra*-...*ne habitâ, & fluxus sistatur, & cerebrum* ...*confortetur*,

Solet autem utrumque medicamentum (*quod probè observandum*) *apud diversos di*-...*versas operationes edere; plerumque verò per* ...*superiora purgant: nonnunquam etiam suc*-

cedentibus vel etiam solis alvi secessibus, aliquando & sudoribus simul, vel solum, prodeuntibus.

EXTRACTUM HELLEBORI EMETICUM.

℞. RAdic. cyclamin. & bryon. ana, ℥iij; hellebor. alb. ℥j. Quas probè mundatas, lotas, iterumque exsiccatas pulvera. Pulveratis affunde Spir. vini ad eminentiam 4 digitor. Digerantur in loco calido per triduum, Deindè lenissimo igne spiritum vini abstrahe destillando, & cave, ne ignis vehementiá materia comburatur. Quare præstat eam, cum ad mellis consistentiam deducta est, eximere, & in scutella vitrea leni calore exsiccare. Materiam exsiccatam rursum comminue, & spiritum vini anteà abstractum affunde rursum, ac relinque in calido per duos dies; deindè filtra, & liquorem filtratum usui reserva. *Exhibentur ejus guttæ sex vel octo in haustu aquæ tepidæ, aut vini; aut si fortius desideres, decocti sem. raphani cum syr. acetos. simpl ad libitum. Vomitum excitat sine ulla animi & corporis molestia.*

AQUA FLORUM ANTIMONII EMETICA.

℞. FL. antimonii à ℈ß. ad ℈j. Aq. Card. benedict. ℥iij. cinamom. ℥j. Infunde per noctem. Manè vinum decantatum & clarum exhibeatur.

...itur. Si verò in promptu habere vomitivũ est a-...mus, in fundi potest ℥j. antimonii florũ, vel cro-...el vitri in ℔iv, vini albi aut aquæ card. bened. ...itâ paucâ aquâ cinamoni, & in vase benè clauso ...servari. Liquoris, cum opus, dabis colati ℥iij. vel ... *Exhibeantur vel per se, vel cum syr. acetos. aut melite simplici.*

CROCUS METALLORUM ABSINTHIACUS.

ANtimonii crud. opt & perlucid. Sal. absinth ana ℥iij. Misc. ignianṭur, & ...lcinentur singulari diligentiâ, & debito ...odo, ut est artis, & antimonium calcina-...m, subrubeum, fixum, & arsenicali suo ...lphure spoliatum penitùs invenies; quod ...quâ dulci toties abluè, donec nulla am-...us salis absinthii acrimonia gustu perci-...atur postea pulverem ita edulcoratum ... exsiccatum, tanquam verum & genui-...um metallorum crocum ad usum re-...rva.

Remedium est admodum utile, & morbis quam-...rimis accommodatum. In dolore capitis, epi-...sia qualicunque, ventriculi affectibus, febribus, ...ste, melancholia hypochondriaca, asthmate, pleu-...ide tàm spuria quàm exquisita, podagra &c. insi-...es & admirandos effectus edit. In hydrope sine ...ani noxa, nausea & vomitu plerumq; per inferiora ...tùm purgat: In aliis vero morbis per vomitum

& inferiora simul operatur. Insuper hepatis obstructionibus opitulatur, Icterum curat: lienem rectificat: scorbuto medetur. Dosis à gr. iij,*ad* iv.*vel* v. *aut* vj. *in conservis vel aliis vehiculis appropriatis. Vel quod melius, infundantur tot grana per noctem in vini albi Rhenani* ℥ij. *Aq. cinamom.* ℥ij. *Manè colentur, & vinum clarum, abjecto croco, calidè bibatur. Si vero infuderis cum vino malvatico, rarò movet vomitum, sed per secessum tantùm evacuat: propterea pro vomitivo vinum album recipiendum.*

VITRUM ANTIMONII CORRECTISSIMUM,

Rubini instar splendescens.

℞. PUlv. antimon. benè triti q. s. Misce cum sale communi, & sublima in tigillo lutato, & surgit antimonium instar gliscentis materiæ saturninæ. Coquendo solve salem & pulverem antimonii, diligenter exsicca, & calcina posteà moderato igne in olla, semper movendo, & ignem intendendo, donec omnia incanduerint, tere optimè, & poste flâuat in tigillo duplicato, igne lento, posteà effunde guttatim in pelvim, tunc rubini colorem acquirit. *Infanti gr.* I. *decem annorum subjecto gr,* ij. *XL. annorum subjecto gr.V. in vino sunt exhibenda. Purgat tantùm per sedes; in mulsa verò per superiora.*

CRO.

CROCUS METALLORUM,

Sive

HEPAR ANTIMONII.

Nitri puri benè de fœcati ℔j, vel ℔ij. Antimonii totidem; fluat nitrum in sartagi-lento admodum igne, seu sine ulla violenta va- ignitione, remove ab igne vas, & adde anti-nium probè tenuiterque pulverisatum: si mi-ri sese patiuntur invicem sine inflammatione lenotatione, benè quidem. Sin minùs, absi- aliquandiu, donec justam refrigerationem ni-m nactum, omninò sibi pulverem antimonii latim ab initio, sed posteà confertim commi-ndo pati & retinere queat, omnia verò con-uò spatulâ ferreâ agitentur. Ubi invicem o-ia probè fuerint mixta, accende totum carbo-vivo, vel potius candente ferro, ubi detonue-it, paratus est crocus metallorum. Tunc ni-rum antimonium hoc modo elaboratum, non mile croco relinquitur.

Usus & dosis generalis est; grana VI. vel m plura macerentur urgente necessitate in a destillata, vel vino, vel cerevisia, vel hy-melite, vel alio liquore qualicunque, modò morbo conveniente, & ebulliant. Cujus ti ab ℥ß. ad ℥ij. bibitur, vel frigidè, vel ca-è. Appellatur Aqua Benedicta; hæc nimi-n cum maxima salute ægrotorum in mor- etiam incurabilibus propinatur, aut per se, aliis liquoribus permista, ut ipsius Rulandi de-

demonstrationes luculenter ostendunt, & experientia quotidiana fidem facit.

Aliàs Crocus metallorum verè ita paratur. Hepar antimonii pulverisatum in aqua ferventi ebulliat per horam unam atque alteram, & feces ad fundum præcipitabuntur: aqua verò colorabitur instar croci, quæ à fœcibus, dum adhuc calet, decantata, & per chartam emporeticam transmissa relinquatur per noctem, donec rubedo probè subsideat, hæc, remotis aquis, sale petræ fixo adhuc imprægnatis, ac propterea per evaporationem in sartagine reducendis, semel atque iterum edulcorata aquâ communi, ac posteà exsiccata, exhibet verum crocum metallorum, ita à *Martino Rulando cent. 5. curat. 95.* vocatum.

Nec non ita à Curiosioribus Chimicis præparatur;

℞. Antimonii purificat. Crystall. nitri ana ℥j. Misc. & f. pulvis subtilissimus. Detonetur paulatim in crucibulo ignito; deindè cum aqua communi edulcoretur sicceturque ad solem.

1. *Datur in capitis doloribus, sæpè ab impuritatibus ventriculi illud lancinantibus, cum aq. bugloss. veronic. betonic.*

2. *In epilepsia, cum aq. pœon. fl. tiliæ, ceras. nigr. conserv. lavendul.*

3. *In pleuritide tàm notha, quàm exquisita, cum aq. card. mar. card. bened. papav. rh.*

4. *In tussi inveterata, asthmate, peripneumonia, angina cum aq. violar. tussilag. hyssop.*

5. In

5. *In melancholia hypochondriaca cum aq. ca-ll. vener. vel decoct. ceterach.*

6. *In omnibus ventriculi affectibus porrigi-ur, cum aq. menth. absinth.*

7. *In omnibus febribus præsertim quotidiana tertiana intermittente, cum aq. centaur. in. card. bened. cichor. taraxaci.*

8. *In peste, ubi ab initio vomitus sunt accer-ndi, cum aq. ulmar. card. bened. fraxin. ange-. scorzoner. galegæ.*

9. *In præservatione ab arthritide ejusque eciebus omnibus, cum aq. serpilli.*

10. *In coagulatione sanguinis, ubicunque in rpore humano fuerit, cum aq. chærefol. vel llid. min. antè suppurationem.*

Hoc vomitorium dari debet in principio orbi. Usus præterea ejusdam est insignis in ysteribus, quando nimirum ℥ß. vel etiam ℥j. oci metallorum maceratur aut ebullit in aqua propriata, vel vino, & colatura miscetur jure el decocto simplicium emollientium in q. s. ut Clyster. Ex croco denique metallorum in-gnis quoque paratur Aqua Ophtalmica, ut ud Quercetanum videre est.

TINCTURA CROCI METALLO-RUM RULANDI.

CRoci metallor. *Rulandi* gr. VI. VII. VIII. IX. X. XI. vel etiam XII. secundum ægri vires

vires, & cætera coindicantia, iis superfunde tres aut quatuor vini uncias; parum enim refert, plus minusve vini sumpseris. Impone balneo spatio quatuor aut quinque horarum, extrahe tincturam croci metallorum, instar sanguinis rubicundam (quod in infusione croci officinalis non fit) hoc vinum jam sulphure croci saturatum, una cum subtiliore pulveris parte, quæ decantanda, transit. *Exhibetur hæc ægro, qui blandè, supernè & infernè purgatur absque molestia; nec tantùm humores educit hoc medicamentum, sed, quod antimonialibus ritè præparatis est proprium, radicem morbi aggreditur, & si quid corruptum sit in corpore, si quid labefactatum, emendat & restituit. Quam admirabiles hæc sola tinctura nobis ostenderit effectus, supersedemus enumerare, ne fidem eorum citare cogamur, qui eos experti sunt; hoc saltem nobis crede, quisquis Chimica medicamenta in usum revocas, ut semper accipias veras rerum tincturas, in quibus volatile earum sulphur est absconditum, si hoc negligis, famam, lucrumque tuum, & ægri tui negligis sanitatem.*

TARTARUS EMETICUS CRYSTALLISATUS.

℞. Acid. tartar. subtiliss. pulverisat. Croci Metallor. absinthiac. ana ℥ij. Benè permisc. in phiolam immitte & Aq. Benedict. serpilli *Mynsichti* ℔ij. affunde; optimè tectum & obligatum

tribus

bus aut quatuor diebus in arena calida posi-
m, sæpius move, ut acidum tartari perfectè sol-
tur. Posteà ita calidum per manicam filtra
xta artem, ut crocus metallorum à solutione
nè separatus, in illa remaneat. Solutionem
rò, quæ clarificata pertransit, in locum frigi-
m ad crystallixandum transfer. Tùm crystallos
sce tartari impraegnatos exime, siccatosque &
lverisatos ad usum repone.

Emeticum est nobilissimum, præstantissimumque omnibus diuturnis & obfirmatis morbis, corpo-mque affectibus, præsertim in illis hominibus qui stitutione virium mediocri & naturâ sunt tenel. cùm in operatione sua multò lenius & tutius sit co metallorum, aliisque vomitoriis mineralibus. odest autem imprimis contra melancholiam, ma-am, insaniam, delirium, diuturnos capitis dolores, ex aliis corporis partibus per consensum oriun-, vertiginem, epilepsiam, apoplexiam, fascinatio-, difficultatem auditûs, tinnitum aurium & diffi-em memoriam; item contra nauseam & inflatio-n stomachi & laterum, icterum flavum, hydro-m, febres, tertianam, quartanam, & alias diutur-, continuas, putridas & acutas febres, philtra, ve-a hausta; pleuritidem biliosam & morbos in uni-sum omnes, quos utraque bilis excitat. Prodest contra dysenteriam illam venenosam, tempore pe-vulgò grassantem; contra morbum etiam Vn-icum divinum & per quam salutare est reme-m. Si quis vel ex usu pravi & venenati cibi aut us, vel à muscarum virulentarum, aranearum

& si-

& similium improvisa ingluvie, vel à piscium ossiculis, aliisque in faucibus hæsitantibus, vel ab aliis etiam per incantationes immissis rebus, utpote pilis, clavis, aciculis, panniculis, aliisve id genus prodigiosis in vita periculo versetur, hoc vomitorium miros effectus præstat. Dosis est à IV. ad V. & VI. grana, præsertim in robustioribus, cum vehiculis appropriatis, duabus vel tribus horis ante & post pastum, vel tempore necessitatis.

Attendendum autem, ne vel hæc, vel alia vomitiva quibusvis sine discrimine ordinentur & offerantur, sed illis duntaxat, qui ad vomitum sunt proclives, stomachum fortem, thoracem amplum & latum habent, quique vomere sunt consueti, & quibus humorum materia sursum fertur. Picrocholi verò, & qui per naturam abhorrent a vomitu, præterea & cerebri sunt debilis, aut ullis affecti capitis imbecillitatibus, quæ ibidem propriè resident, nec per consensum ex aliis partibus corporis suboriuntur. Omnes item phthisici, asthmatici, tussiculosi, colici, hæmoptoici, inflammati, & qui apostemata intrinseca, vel obstructiones inveteratas & obfirmatas mesenterii, hepatis & lienis, vel aliàs in iisdem partibus scirrhosos tumores, vel membra principalia læsa habent. Quin & illi, qui ardentibus, venenosis & pestilentialibus febribus valdè debilitati & viribus exhausti sunt, nauseâ etiam perpetuâ laborant, ut neque cibum, neque potum continere queant, (quod ipsum non à materia quadam, ventriculo inhærente, quam natura ipsa per vomitum ejicere conetur, sed accidentaliter ex affectibus partium adiacentium oritur) Emetico hoc

absti-

ineant. Denique tam grauidis, quam aliis etiam mulieribus & virginibus, menstrui retentione laborantibus, quæ non ex viscerum impuritate, sed ex venarum uterum ingredientium obstructione constit, vomitiua hæc omnino vitanda. Notandum etiam, cum quis vomere incipit, dari solitum ipsi vel iurum, vel carnis jusculum, minus pingue, vel haustum cereuisiæ calidæ, idque si opus, reiterandum, ut facilius vomitus prouocetur, & actio medicamenti acceleretur.

GILLA THEOPHRASTI PARACELSI.

CRystallor. vitrioli è Venere seu Marte præparator. q. v. Resolvantur in phlegmate acido, quod primò egreditur è destillatione vitrioli vulgaris, & cum spiritu vitrioli optimi deindè acuantur, ac simul per octo dies circulentur.

Phlegma Vitrioli acidum & aromaticum ita paratur.

VItrioli coërul. opt. q. s. destilla ex cineribus per alembicum phlegma, nullis tamen simul prodeuntibus spiritibus: Idem phlegma affundatur capiti mortuo, ac cohobetur aliquoties, septimâ vice urgendo paulò fortius. Aqua illa tàm suavem acquirit odorem, præsertim post ultimam destillationem aliquandiu calore moderato circuletur. *Est alioquin arcanum ad capitis dolorem, phrenitidem, epilepsiam, vertiginem & alios magnos cerebri affectus, si dimi-*

dimidium cochlear manè & serò sumatur per se, & tunc alvum blandè subducit.

Hujus circulati liquoris seu Gillæ, (quam alii etiam Grillam vocant) si ℈j. è vino, generoso parumper infusione galangæ aut nucis moschatæ facto, bibatur, vomitum feliciter movet, quo ventriculus tùm onere levatur, tùm robur acquirit, nec quicquam infert nocumenti, nisi sæpius quis hâc Gillâ utatur; quoniam experientiâ compertum est, eam, seu vomitum maximè nocere oculis, ita ut si sæpius istam quis usurpet, planè visum amittat. In febribus, cum aq. cichor. centaur. min. card. bened. endiv. In lumbricis, cum aq. hyperic. tanacet. decoct. C.C. in omnis generis infirmitatibus ventriculi, cum aq. menth. meliss. & fœnic. In fluxionibus salsis cum aq. serpill. betonic, majoran. meliss. In synovia, cum cerevisia bona ac clara: In peste cum aq. card. bened. ulmar. In doloribus dorsi, cum aq. fœnic, & in vulneribus recentibus, cum cerevisia calida assumpta mira præstat.

VITRIOLVM ALBVM VOMITIVVM.

SOlve vitriolum album in aqua pluviali, & evapora, donec quasi crusta supernatans appareat; posteà per quatuor dies in loco frigido ponas, & concrescent crystalli, quos exime, & aquam iterum evaporabis, ut antea. Hic labor

peni-

itùs tertiò reiteretur coagulando & dissolven-
Vltimò ter eodem modo procedatur cum
a rosarum. Crystalli tandem supra calorem
em exsiccati redigantur in pulverem album.
*Est lene vomitivum, operaturque feliciter in
ribus, affectibus ventriculi, catarrhis, lum-
cis, venenis haustis, peste, epilepsiâ, suffoca-
ne matricis &c. Dosis à ℈j. ad ʒj. in vino,
ulo, vel alio liquore.*

*Non rarò autem non ratione medicamenti
propter subjecti disparitatem hoc variè ope-
ur, per vomitum, sedes, interdum etiam su-
es, & somnum facit.*

SAL VITRIOLI.

VItriolum *Vngaricum* coëruleum in crucibu-
lo calcina, donec in pulverem obscurè pur-
eum abeat. Huic ita calcinato affunde aquam
mmunem, sensim agitando, ne in fundo con-
metur, donec aqua (quæ calida evadit, ac si
i vivæ superfusa fuisset) refrigescat. Stent
24. horas, posteà filtra per chartam, fiatque
alatio super ignem lentum, donec sal in fun-
reperiatur siccum & coloris quodammodo
rnati. Hoc pulverisando in albedinem ver-
r.

*Angelus Sala in Tern. Emetolog. vomito-
n hoc ad cœlum usque evehit, in epilepsia a-
que cerebri symptomatibus, ex corruptis &
bus è ventriculo sursum actis vaporibus ort-*

tis. Item in pleuritide, febribus pestilentia-libus, lipothymia, à repletione humorum corruptorum, & effervescentia bilis circa orificium ventriculi, in hepate, liene, & renibus obstructis.

Item sal naribus inspiratum sternutationem egregiè ciet. Citra vim cerebrum serosis suis excrementis expediens.

In exhibitione Vomitoriorum Vitriolatorum cavendum ab asthmate, aliisque pectoris affectibus. Vitriolum nimirum crudum venenum est, quia asthma procreat, & suffocando necat. Qui vitriolum crudum ad bassam vocem conciliandum usurpant, in graves tandem morbos incidunt.

Sal vitrioli ex solo capite mortuo, ex quo flores sulphuris sublimatione elevati sunt, in aqua foëniculi vel vino exhibitus, conciliat facillimè vomitum, interdum & sedes, & sudores.

VITRIOLVM VOMITIVVM ANGELI SALÆ.

℞ Vitriol. *Roman.* coërul. q. pl. reduc in pulverem & supra chartam in loco calido sine radiis solaribus in pulverem album exsicca, posteà solve in aq. centaur. min. per filtrum trajice, remotis fecibus liquorem limpidum è balneo ad tertiam partem destilla. Vas in locum refri-

frigerationi accommodum repone, ut concrescant crystalli, quos separatim siccabis, servato tamen colore coeruleo, crystallos toties collige, quoties necessitas exigit, semper videlicet destillando ad tertiam partem & frigori postmodum exponendo; Collectos crystallos serva in vitro probè occluso. *Hoc vitriolum per vomitum & secessum corpus purgat. Dosis à gr. V. ad X. in liquore, aqua destillata appropriata; eximium est in febribus pestilentialibus.*

VOMITORIUM CONRADINI.

CONradini Vomitorii processus est talis: In *Libell. de Febri Vngarica* mutilatus invenitur. Radic. bryon. cyclamin. ana ℥ij. hellebor. ℥j. Has radices probè mundatas, lotas, vinumque exsiccatas in umbra comminue in pulverem, affunde Spir. vini ad supereminentiam duorum vel trium digitorum. Stent in balneo per aliquot dies; deindè lentè destilla per alembicum, fæces exime, & comminue, & relinque aliquandiu in vase calido probè obturato, posteà filtra & habebis verum vomitorium. *Vsus hujus talis est: ... extremas plumas, quas, reliquis excerptis, solas reliqueris, in ista aqua saltem madefac intingendo & sic madefactum immerge in haustum vini ... vatici, aut alterius, & ablue. Posteà vinum bibe, brevi evomes.*

MAGISTERIUM ANTIMONII.

ANtimon. opt. ℔ß. Alum. ust. ℥iiij. Boli Armen. ℔ß. Sal commun. ℔ß. Omnia simul misceantur, destillanturque igne nudo.

Sic prodibit primò phlegma, secundò spiritus albicans, tertiò spiritus rubescens, Si quid collo adhæreat glaciei instar, admove cautè ferrum candens, ut solvatur. Rectifica per retortam: in rectificato hoc oleo solve aurum foliatum: solutioni postmodum affundes spiritum vini, circulabisque septem dies circiter, & subsidebunt feces, à quibus decanta spiritum vini, cui si affuderis aquam destillatam, præcipitabitur pulvis albus, edulcorandus & reservandus, *Purgat suaviter & egregiè per vomitum. Dosis est à gr. ij. ad iij.*

FLORES MERCURII ARGENTEI.

Accipe Mercurii vivi, prius aliquoties cum sale & aceto optimè purgati, ac per corium trajecti ℔j. indatur cucurbitæ vitreæ, superaffunданturque ℔iij. circiter aquæ fortis optimè ab omni phlegmate rectificatæ. Vitrum pone in locum frigidum per triduum, & mercurius conglaciabitur in crystallos. Hosce crystallos exime, denuoque repone vitrum, ut novi fiant crystalli, quos etiam exime. Et hoc toties reitera, donec nulli crystalli amplius appareant. Aquam fortem à Mercurio separa seu effunde. Crystallos omnes collectos in mortario vitreo tere, cum oleo tartari fiet ebulitio materiæ, affunde semper paulatim aliquid de dicto oleo, & tere, donec liquidam planè consistentiam nanciscatur. Hunc liquorem percola diligenter per chartam emporeticam, donec totum oleum tartari pertransierit. Materiam in charta collectam seorsim collige, inditæque vitro apto affunde aquam pluvialem stillatitiam ad qua-

tuor

tuor digitorum latitudinem. Vitrum in arenam calentem pone per trihorium, agitando interdum materiam, quò faciliùs dissolvatur; aquam omnem transcola per chartam. Solutum mercurium in charta instar pultis residuum exsicca: denuò affunde aquam stillatitiam pluvialem, digere in calore arenæ, & transcola. Idemque fac tertiò. Tandem solutam materiam exsiccatam tere in marmore subtilissimè Tritæ adfunde in vitro amplo acetum destillatum, ut ad 2. aut 3. digitos superstet. Vitrum pone ad digerendum in arenam calentem per triduum, & flores Mercurii ex imo sensim emergent, atq; aceto super natabunt, instar pinguedinis cujusdam, circa fundum autem materia admodum turbida crassaque conspicietur, Exacto tridui illo spatio, vitrum exime, & refrigescere sine postea acetum omne, cum mercurio dissoluto transcola per chartam, & egredietur acetum. Flores autem Mercurii chartæ inhærebunt, exsiccatâ sensim ad calorem ignis chartâ.

Flores seu pulverem ab ea derade, & tere in pollinem. Huic pulveri denuò affunde acetum destillatum, digere per biduum aut triduum, transcola rursus & exsicca Hunc laborem etiam tertiò reitera, vel quartò, quousque color pulveris placeat, qui argenteus planè, seu colore externo, vel formâ externâ ad amussim respondere alis papilionum debet.

Tandem hosce flores aquâ cordiali aliquoties edulcora & ad usum tuum serva.

Et hæc est vera illa descriptio Florum argenteo-

rum Merrurii, quam secretam hactenus multi habuerunt. Aquæ fortis, quâ indiges ad horum florum elaborationem, magna inter doctos est varietas. Ergò ne sumptus perdas, dum veram illam apprehendere tentas, lubet hic tibi modum præparandi aquam fortem Lunam, Mercurium & Venerem solventem adponere, qui est sequens:

℞. Vitriol. opt. ℔ij. Nitri ℔j. Alumin. ℥iiij, vel ℞. Vitriol. opt. ℔iiij. Nitri ℔ij. Alumin. ℔ß. Has dictas species inde cucurbitæ vitreæ benè luto obductæ, ita tamen, ut tertia pars vacua maneat, & in capellam pone, cineribus vel arenâ impletam.

Recipiens amplum appone, in quo sint aquæ in singulas libras ℥ii. Commissuras claude luto bono (quod pleriqui ex duabus partibus luti vulgaris, & una parte calcis vivæ, cũ oleo lini mistis, conficiũt) ignem admove, & per 6. horas auge gradatim & vide, ut gutta una alteram saltem spatio quinque minutorum insequatur, ne vitrum rumpatur. Nonnulli exiguum foramem, ut spiritibus crassioribus detur exitus, relinquunt.

Cum spiritus in recipiente apparet, & rubere incipit, nonnulli linteamina madida recipienti apponunt, ne spiritus vitrum rumpant, sed à frigore cogantur. Ubi albi jam spiritus apparent, non amplius tantum imminet periculum, & propterea ignis augeri potest, dum jam nihil exeat, & recipiens clarescat.

Alii pro cucurbita vitrea fictilem sumunt & in ignem patentem ponunt, & circa collum tabulis lapi-

lapideis vel lateribus fornacem claudunt, solùm spiraculis relictis. Alii cucurbitas ferreas usurpant. Perficitur plerumque hic labor 24. horis; alii utuntur loco cucurbitæ retortâ; adduntque nonnulli calcem vivam materiæ.

Florum Mercurii horum argenteorum usus est egregius, ac summam meretur laudem. Si alicujus gula & stomachus delicatior forsan, nec qualibet ferre possit evacuantia, sed summoperè illa abhorreat, aut fastidiat, huic nullum, meo quidem judicio, suavius, elegantius, aut præstantius, quodque non solum gustui sit acceptum, verùm etiam quod minori cum molestia, periculo aut difficultate ἄνω καὶ κάτω Operetur, offerre poterit medicamentum ipsis Floribus Mercurii argenteis.

Nam 1. *in genere sunt illi medicamentum contra omnis generis infirmitates, ex humorum putredine causatas,*

2. *In Specie capitis gravitatem tollunt, idque maximè, si ex humorum ac vaporum multitudine è ventriculo, ac membris inferioribus sursum urgente, contracta sit.*

3. *Visus aciem subtiliorem reddunt, præsertim si visus ob vaporum copiam, è ventriculo sursum ascendentem, obscuratus fuerit; aliàs enim offendit potiùs.*

4. *Nauseam auferunt; humorem enim in ventriculi spatio innatantem, eumque ad nauseam excitantem evacuant.*

5. *Stomachi subversionem atque abominationem, ex pinguium ac dulcium alimentorum usu contractam, submovent.*

6. *Appetentiæ amissionem & corruptum ipsius ventriculi desiderium, quo nimirum acria solùm aut acida, aut pontica appetuntur, curant.*

7. *Illi etiam, ad cujus ventriculum flava bilis confluens cibum corrumpit, egregiè opitulantur, eum enim per superiora blandè expurgant.*

8. *Corporis ex humorum redundantia ortæ lassitudini conveniunt; evacuatâ enim materiâ vires corpores omnes levantur & recreantur.*

9. *Renum ac vesicæ ulceribus succurrunt: materiam namque eò currentem ad oppositam abducunt partem.*

10. *Lepræ auxiliantur: & maximè quidem si cum vehementi vomitivo, quale veratrum cumprimis existit, eliciatur.*

11. *Corporis colorem ex vitioso aliquo humore de pravatum emendant; ipsum enim à cute aliò derivant.*

12. *Epilepsiam ex ventriculi cum cerebro sympathia obortam curant; humorem enim, cujus*

us evaporatione epilepſia accedit è ventriculo expellunt.

13. *Ictero, illi præſertim, qui ab obſtructionibus initium ducit, medentur: vehementiori equidem vomendi conamine obſtructionum materiæ à locis vicinis, quos obſidebant, avertuntur, Adhæc materia etiam pituitoſa, quæ ejuſmodi ferè paris obſtructiones vomitu educitur.*

14. *Aſthmati ſubveniunt, cauſam ejus antecedentem tollendo. Quin thoracem etiam ac pulmonẽ calefaciendo, ſuperfluitates abſumunt, undè aſthma gignebatur.*

15. *Tremorem atque paralyſin curant; harum enim paſſionummateriam auferunt.*

16. *Competunt etiam his qui habent ſtomachum repletum phlegmaticis, viſcoſis & malis humoribus, & febricitantibus ex plenitudine & repletione nimia. Competunt quoque his, qui habent nimiam gravitatem corporis, abominationem cibi, venarum extenſionem, & rigorem cum calore.*

17. *Valent etiam contra febrim tertianam veram & notham, & contra quotidianam & alios multos affectus.*

18. *Sunt in hydrope, podagra, ſcabie, peſte, ſcrophulis, lue venerea medicamentum præſen-*

tissimum. Et ut omnem rem in pauca verba conferam, in omnibus morbis deploratis cum convenienti vehiculo datis his floribus, nihil nobilius, nihil præstantius, nihil salubrius.

De his floribus Mercurii argenteis grana iij. vel. iv. v. cum pauxillo extracti liquiritiæ (Mercurium enim quocunque modo præparatum nunquam nudum dato, quippe qui Oesophagi maximus adversarius) in unam pilulam redacta, vel pyro moscatellino condito inserta, aut pulpæ seu carnis cerasorum conditorum, seu conservæ rosarum vel violarum portioni exiguæ permixta, & hoc modo exhibita jejunè tribus horis ante prandium, pro qualibet corporis evacuatione sufficiunt, quemadmodum id non uno sed plurimis exemplis hactenus excognitum & exploratum fuit,

MANNA MERCURII. VEL AQUILA COELESTIS. Nive candidior.

DIssolve Mercurium in aqua forti; posteà aquâ marinâ præcipita, & ex cucurbita per arenam destilla, ignem sub finem augendo, ut Mercurius ad latera vasis sublimari possit. Vase refrigerato, fecibus in imo vasis subsistentibus abjectis, sublimatum seorsim collige, & iterum in eadem aqua dissolve, & destilla, ut supra, habebis Aquilam cœlestem, nive candidiorem.

Con-

Confert in lue venerea, lepra, scabie, febri artana, delirio &c. Dosis est à gr. v. ad viij.

AQUILA IMPERIALIS.

MErcurii septies meteorisati, Mercurii Cinnabaris revivificati ana ℥iiij, Misce tere simul, donec nullum granum Mercurii vi conspiciatur. Pòst pone in matracium ca- x, & super affunde ℔ij. aquæ communis aut cir- er, quā sæpè agita, & horis duodecim elapsis de- nta, seorsimque serva, & duodecies aliam super unde, eadem observando, ut prius. Pulverem in ndo matracii sicca, & sublima ter aut quater, do- c nullum granum Mercurii vivi ascendat: quem gulis sublimationibus separari oportet.

Dosis est a gr. iij. ad vj. purgat valdè fortiter, & idem datur nonnisi robustis. Convenit quoque o- ibus morbis venereis:

ROSA VITÆ MINERALIS.

COnficitur Rosa vitæ ad modum, qui præsto sequitur.

℞. Mercur. vitæ, Auri, puriss. ana ℥j. Funde, lverisa, & extrahe beneficio spiritûs salis tinctu- m, quam posteà abstrahe adoleitatem. Hanc itatem instilla in Salis margaritar. pulverisatar. hiunc. Misce in martario marmoreo; ex sicca to igne, & gradatim reverbera ad colorem us- e purpureum.

Dosis est à gr. v. ad X. manè in jusculo instau- ate, vel alio liquore convenienti, aut conserva arum. Datur inciendis vomitibus magno

cum

cum successu, præsertim in iis morbis, qui in supe- riori ventre hospitantur, quales sunt omnes tussses, pleuritides, anginæ, anorexiæ, ructus, atque infiniti alii hujus generis morbi.

Plerumque quatuor vomitus & totidem secessus promovere solet. Communiter in forma sequenti exhibetur:

℞. Extract. panchymagog. Croll. gr. XI. Rhabarb. gr. gr. iij. Ros. vitæ à gr vj. ad X. Ol. still. Cinamom. cortic. citri. anthos ana gt. ij. F. pilulæ No. X. pro duabus dosibus.

Etsi in propatulo, omnibusque notum, quod quædam phantastica ingenia reperiantur, qui vomitivorum usum planè negligendum & tanquam pestem fugiendum statuunt, sententiam suam rationibus firmis, ut sibi imaginantur, propugnantes: Attamen facere non potui, quin in fine hujus Tituli de Vomitoriis aliquid dicam: præsertim cum mihi non ignotum, quod non modò Hippocrates, facilè Medicorum princeps, Avicenna, Dioscorides, & Rhasis; Verùm omnes Philosophi tàm antiqui quàm recentiores eorum usum approbârint.

Et ut de vomitivorum fine exordiar, sciendum, quòd ipsa humores vitiosos per os ejicere soleant, hominemque exindè à multis morbis præservent & liberent, & si fortiora, non modò ventriculum evacuent; verùm etiam intestina, renes, mesenterium, i-

mo

hepar, lienem, pancreas, venasque majores ex-uriant. Faciunt autem hæc pleraque peculiari oprietate, ob quam suâpte naturâ sursum, non de-sum propensionem atque inclinationem habent. onnulla tamen manifestis causis ad vomitum con-andum concurrunt, quòd scilicet vel ventriculo aſi innatent, unde accidit, ut si copiâ sit aggrava-s ventriculus, aut vi etiam medicamenti superflua trahantur, ad excretionem per superiora facilè surgant, vel laxent superius orificium ventriculi. Talia sunt omnia pinguia & oleaginosa, quæ re-tricem laxant, & ne arctè continere queat, effici-t: Undè ventriculus præcipuè stimulatus, quic-idintra se continet, per superiora expellit, infimis rtibus adhuc robustioribus sese constringentibus. perioribus verò facile sese laxantibus. Hæc vo-itoria à dogmaticis Medicis in tres classes dividun-r, in levia, mediocria & fortiora. Priora, quæ vegetabilibus oriuntur, præcipue à Galenistis usur-ntur: Vltima vero plerumque è mineralibus arte imicâ oriuntur, & non minus, ut cætera, sine sa-tatis naufragio correcta, exhibentur. Porro il-quæ è familia mineralium, & Neotericis hodie rumque usui sunt, varias agnoscunt moterias, inter as pro principalioribus, & tanquam basi haben-r, vitriolum, antimonium & mercurius, qui vul-argentum vivum, de quibus in specie in hoc Titu-am eo ordine egimus, ut primo eorum præparati-em, nec non usum, vires & dosin in medium pro-erimus; nunc v. non pauca, quæ circa illorum hibitionem monenda videntur, adnectere nobis a-mus est.

Caue

Cautelæ in exhibitione Vomitoriorum scitu summè necessariæ.

1. *Vomitu ii purgandi sunt, qui facile vomunt, stomachum fortem habent, amplo sunt pectore, capite firmo, ad vomendum adsueti, & quibus materia morbifica sursum fertur.*

2. *Picrocholi, & qui à Medicis* πτερυγώδεις *appellantur, hoc est quibus pectus strictum est, longum collum, & spiritualia debilia; item imbecilles viribus, quique difficulter vomunt, nec non obnoxii sunt cephalalgiæ, hæmorragiæ, oculorum suffusioni, anginæ, sanguinis sputo, periculosis pulmonum morbis, lipothymiæ, & uteri suffocationi, non temerè, quod Pseudo chimici & Empirici factitant, & sæpè de corio alieno audacter & scelerate ludunt, ad vomendum concitandi.*

3. *Illis, qui ardentibus, venenosis & pestilentialibus febribus valde debilitati sunt, omnino non convenit.*

4. *In peste si offeratur antimonium, observandum, ut unâ operâ supra bubonem maturativum: supra anthracem attractivum ponatur; alioquin instar scirrhi indurescit, & ad aliquot menses durities illa non remittit.*

5. *Exhibiturus aquam benedictam & alia vomitoria accuratè consideret circumstantias: ne quid nimis minusve: ut tempestivè: quid præmittendum: quid postfaciendum.*

6. *Tempus exhibendorum vomitoriorum opportunissimum est luna crescens. Tunc enim humores luxuriantes & turgentes imò & facilè per vomitum excluduntur.*

7. San

7. *Sanguinis missio à vomitu differenda est usque ad tres dies,*

8. *Quibus antimonium offertur, iis nec ante, nec post ejus assumptionem vena incidenda.*

9. *Vomitoria non exhibenda pueris, & aliis mollibus & delicatulis hominibus; colliquant enim eorum tenellas carnes, & quia non habent, in quod agant, vim suam in ipsam naturam convertunt: non prægnantibus, nec herniâ laborantibus.*

10. *In exhibitione vomitivorum cavendum, ne adsint constipationes alvi, dolores colici, aut unum membrorum principaliorum læsum, pulmones puta & jecur; alioquin à gravi vomitu & commotione periculum imminet.*

11. *Offeruntur vomitiva semper duabus vel tribus horis ante pastum.*

12. *Vomiturus calidè se contineat, & calidis pannis vitalia membra foveat, ne refrigeratione tormina, ut sæpè fit, oriantur.*

13. *Ubi sese vomitus movet, solet exhiberi jus gallinarum, vel pisorum leviter coctorum, vel calidæ cerevisiæ haustus, reiterando, si opus aliquoties, ut quis facilius vomat, & medicamenti acceleretur actio. Cerevisia ergò non exhibeatur mox à vomitorio assumpto, sed demum;*

mùm, ubi æger bis tervè vomuerit. Aliàs enim vim vomitorii obtundit, non promovet.

14. *Cum materia probè est commota, & amara jam prodeunt, copiosior cerevisiæ haustus exhibendus; & sub finem, ad stomachum tandem eluendum, & quod restat pravi eliciendum, copiosissimus.*

15. *Sit autem cerevisia tepida; hæc enim nauseam movet: non calida, quâ ventriculus delectatur; nec vinum.*

16. *prodest jusculum semper haustum acidulum, modò opportunè id offeratur. Acida enim omnes reliquias ad inferiora præcipitant & deturbant.*

17. *Post sumptum antimonium, æger semper in lecto se contineat, & paulò post jus carnis, vel gallinæ sumat; ita minori molestiâ evomet.*

18. *Æger per intervalla cibetur crustâ panis superiori tostâ, & maceratâ per quartam horæ partem in vino, jure aliquo, aut cerevisia, quæ ferè ob bilem melior, nuce moschatâ & cinamomo conspersis.*

19. *In biliosis naturis, vomitus bilis ultimò prodeuntis non statim inhibendus; nec permitiendum, ut ea commota rursus resideat & colli-*

lligatur, sed quotidie pars ejus aliqua educen-
a, aut repetito vomitorio, sed mitiori, aut pur-
antibus, aut diureticis præcipitantibus, non
olatilibus aut spirituosis, sed acidis aut sali-
is; vino item absinthite, aut infuso ex absin-
io, cuscuta, card. benedicto, sena, rhabarbaro,
ntaurio minori.

20. *Non super dormiendum vomitoriis,*
æsertim corporibus existentibus biliosis, ne
r somnum bilis in cerebrum vehatur, ubi ta-
n æger satis vomuisse visus fuerit, somnus
ncedi poterit.

21. *Cum vires stomachi à vomitu valdè*
igantur, confortationis gratiâ, vinum cali-
m cum aliquot guttulis olei caryophyllorum
linteis ad ventriculi fundum tepidè appo-
tur.


22. *Post Vomitus confortantia requirun-*
, præsertim acida. Imprimis verò confert
allium fermentatum, cum rosarum conser-
mixtum.

23. *Si dolor capitis ex vomitione oriatur*
natur capiti & fronti linteum madefa-
n aquâ lactucæ & rosarum, cum aceto &
rosarum.

24. Post vomitum os & facies abluatur aquâ rosaceâ, aut vino bono styptico, aut aceto, aquâ tepidâ, quibus si aliquid aquæ cinamomi addideris, nihil erit melius.

25. Utilis ea vomitio censetur, cum, eâ sedatâ, pulsus plenus & validus existit, placidus somnus sponte obrepit, facilis est & libera respiratio, appetentia bona, reliquumque corpus levius; Contrà verò inutilis & noxia, si contraria appareant.

26. Si vomitus nimius à datis vomitoriis subsequatur, præsentaneum est remedium potus lactis cocti cum pane, aut cochlear unum syrupi de mastiche cum spiritu ejusdem, vel theriaca antiqua. Ventriculo imponatur emplastrum de crusta panis, vel cataplasma ex fermento & mentha: nihil hisce proficientibus, præsentaneum & certum remedium est, si offeratur pilula una Laudani opiati.



TIT.

TITULUS III.
DE PURGANTIBUS SEU CATHARTICIS.

CAtharticum resolutivum, mundificativum, abluens pollet viribus mercurialibus & antimoniatis; deindè ammoniatis & colocynthiacis.

De Catharticis autem sequentes regulæ benè veniunt observandæ.

1. *Omne laxativum, secundum Paracelsum tri-[..]s constet energiis; ut scilicet laxet naturam ab e-[..]cuatione fessam, & debilitatam confortet, & tàm [m]orbum quàm symptomata mitiget.*

2. *Purgationes, quæ symptomata venenatarum [pr]oprietatum, vel non ablatarum, vel non correcta-[ru]m testimonia, & virium dejectionem adducunt, [su]nt perpetuò fugiendæ.*

3. *In vera purgandi ratione (in qua non deje-[cti]onum numero, vel copiâ, facultatum potestatem & [pr]æstantiam æstimamus, sed ubi morborum radices [im]puritatesque ablatas ex symptomatum remissione [&] virium restitutione animaduertimus) officium [hu]nc absoluisse remedia judicamus, siue uniuersal[i co]nsumptione, siuè sensibili exeretione impuritates tol[lu]nt, siuè urinas, siuè dolores, siuè dejectiones mo[ue]ant.*

4. *Cathartica non qualitatis vi, hoc est, calidi-[tat]is, frigiditatis, humiditatis, siccitatis ratione o-[pe]rantur, sed occultâ proprietate, formâque specifi-*

cá, videlicet totius substantiæ proprietate, quæ caloris impulsu, ac cœlesti vi incitante, humorem sibi familiarem & affinem ad excretionem expellit. Nam non sola qualitas cathartici communicatur infusionis liquori, sed insidet & firmata est in peculiari quadam substantia, quæ purgationis & omnis operationis socia est. Quæritur autem primò de subjecto facultatis purgantis, ubi consistat? Non enim in qualitate sola, quia illa facultatem movet, & in separatis elementis: Sic elementa vini sunt, ignis ardens, sive aer ignescens, aqua phlegmatica, & sal tartari, terrestris nempe portio; Vinum integrum his junctis constans, temperamenti proprietate moderatè calefacit, nempe ignescere, non inflammari: At in spiritu seu aere separato inest ignis quidem actu, nulla inibi temperies, sed pura quasi qualitas, qualis in igne quæritur. Facultas igitur hæc multò minùs est in temperamento. Temperamentum est junctorum & multorum contrariorum. Erit itaque in principio aliquo hypostatico, vel sale, sulphure, mercurio, potiùs in sale mercuriali, quàm in aliis, id quod apparet in extractis purgantium per spiritum aceti. Illa nimirum non æquè purgant ac alia extracta, quare exempli gratiá spiritus aceti, sulphuris extrahit, interim sal remanet. Diaphoretica autem vis cùm consistat in sulphure, illa est per spiritum vini extrahenda. Deinde quæritur, quomodo agant purgantia? 1. ὁμοιότητι τῆς ὅλης οὐσίας humores attrahunt ex sententia Galeni. 2. Facultatem expultricem stimulant. 3. Hæc propter substantiæ similitudinem humores in corpore vel quantitate vel quali-

ualitate augent, undè alterius accessionis natura er tasa expulsionem molitur. 4. Sive solutio suis ẏrtutibus mercurialibus, arsenicalibus, antimonia-bus spiritibus stipatis, excutiendi officium desi-zatur.

5. In morbis chronicis, in quibus purgationes ni-l efficiunt, criticis & longis, non purgationibus d arcanis seu specificis medicamentis spagyricè r æparatis utendum, non enim sanantur sine opera-þnibus spagyricis.

6. Si in morbis Chronicis purgationes insti-antur, debent fieri tardè, paulatim & cum tem-re.

7. Quamvis fortibus & violentis medicamentis on temerè utendum esse, nec corpus inconsultè ovendum, præcipiat Plato in Timæo & longè ante m Hippocrates, qui Democritum amicum & fa-iliarem helleboro & similibus curare noluit, affir-ans, nullum esse medicamentum solutivum, quod on deprædetur aliquam partem de viribus & sub-antia nostri corporis: hancque ob causam Avi-nna rectè dicat, medicinas (purgantes fortiores) iamsi non sint venenosæ, eas ex toto tamen bibere, aturæ laboriosum esse. Attamen morborum fixæ dices purgationes antimoniales, vitriolatas & ercuriales requirant, à quibus scilicet crudis & n ritè præparatis, meritò abstinere possemus, nisi elior eaque innocua Chimica præparandi via notuisset, & hujus sæculi Medicorum nutrix in-nperantia, spretâ avorum frugalitate, ad eorum um nos etiam invitos adigeret.

8. *Semper potius utendum medicamentis in minima dosi, quàm summa; quia tutius est peccare in defectu, quàm in excessu.*

9. *Humida atque calida corpora alvi dejectionem facilius ferunt.*

10. *Hyeme atque æstate, ægrè venter solvitur.*

11. *Immodica exinanitio vel plurimùm febres excitat.*

12. *Prægnantem circa quartum aut ultra septimum mensem purgare metus est.*

13. *Purgare & venam secare uno die non licet.*

14. *Præcipuum tempus evacuandi est ver; extrema tamen necessitas legi obnoxia non est.*

15. *Antequam Pharmacum suam perfecerit operationem, comedendum aut bibendum non est.*

16. *Ubi purgans diarrhæam vel dysenteriam induxerit, statim syrupum myrtinum, Cydoniorum, aut rhabarbarum propinato.*

17. *Indicium est perfectæ evacuationis, cum siti immodicâ premitur patiens.*

18. *Celebratâ excretione brodium pulli vel cicerum cum saccharo ad abluenda intestina dato, inde optimè nutrientes cibos.*

19. *In morbis acutis rarò & per initia medicamento purgante uti oportet. Nec verò id inconsideratè faciendum.*

20. *Sub canicula & ante caniculam difficiles sunt purgationes.*

21. *Obnoxios phthisi suprà ne purgato.*

22. *A Purgatione potâ convulsio mortifera.*

23. Con-

23. *Constipata alvo nequaquam medicamentum rgans offeratur.*

24. *Quando post fortem evacuationem alvus stringitur, tùm simplici saltem oleo injecto alvus iatur.*

25. *Assumpto cathartico æger quiescat parùm, ne tura amplectatur pharmacum, agatque in istud; ndem confert mediocris motus.*

26. *Quam diu Medicina purgatoria operatur, n dormiat, nisi effrenitet, & voluntas fuerit, ut re-ingatur.*

27. *Horis quatuor elapsis à cathartico sumpto ci-m sumere à Medicis conceditur.*

28. *Cathartica commodè in aurora offeruntur.*

29. *Assumpto cathartico, refert odorare men-am, rutam, cydonium, aquam rosarum, addito nnihil aceti; hæc enim nauseam prohibent.*

30. *Assumpto Cathartico maneat æger in camera, ausis fenestris.*

31. *In colica passione, & ubi alvus fortiter ad-ricta, non dabis per os purgans.*

32. *Die secundo à purgatione æger ingrediatur lneum, ut fumi ab humoribus moti, ad cutem ele-ati, evacuentur per cœcam transpirationem. Pro-rea balneum humectet corpus à catharticis desic-tum.*

33. *In tempore frigidissimo & calidissimo nequa-am fortia purgatoria medicamenta exhibeantur.*

34. *Cathartica, quando operari nolunt, illa ad-vanda sunt suppositoriis vel clysteribus.*

SECRETUM PRÆCIPITATUM, Quod aliàs dicitur ARCANUM CORALLINUM.

℞. MErcur. ſublimat. dulc. cryſtallin. ſine nitro, cum ſale & vitriolo ſaltem ſublimati, & aliquoties ſublimatione iteratâ purificati ℥j.
Croci ſolis ſpongioſi per Mercurium & ſulphur parati ℥j. vel ℥jß.

Terantur probè in lapide porphyrio, immittanturque ovo philoſophico Hermeticè claudendo, vel potius phialæ planæ, & in arenæ igne (non admodum leni) debitò præcipitentur, figanturque, usque dum fiat præcipitatus rubicundiſſimus. *Doſis hujus admirandi medicamenti eſt à gr. iij. ad v.*

ARCANUM CORALLINUM ALIUD.

℞. MErcur. probè lot. & optimè purgati ℥jv. Spir. nitri optimè rectificat. tantundem; ſolve Mercurium lotum, ut nihil ſuperſit: Solutionem in phiola ſatis apta & longioris colli coq. in arena, & progreditur ipſe ſpiritus, partim rubens, partim albus, ipſeque Mercurius paulatim ſeſe ad fundum in cryſtallos ſiſtit. Coque continuè ebulliendo, donec omnis ſpiritus ablatus ſit, & ipſe Mercurius in fundo reſideat inſtar lapidis albi. Hunc exime poſtero die & tere minutiſſimè, videbisque quantitatem Mercurii ℥jß. auctiorem; huic in phiola affunde recentem ſpiritum nitri, & coque viciſſim per diem integrum. In hac autem coctione, quod benè notandum,

vix

videbis ipsum ebullientem, nisi quòd interim cum impetu & stridore quasi surgat, totum elevando, sed nihil nocet: perge coquendo, tertiò superaffunde tantundem spiritûs nitri, antea, & coque tertiò, ac id quidem igne aucre. Spiritus nitri transit quidem per collum, sine rubedine nec etiam fortiter ebullit; pergita, donec omnis spiritus nitri sit ablatus. Vibis in fundo Mercurium corallatum eleganm, quem tandem igne leni calcina paululum iendo. Dulcis est sine omni corrosivo, *cujus sis est à gr. iij. ad v. in theriaca, conserva roum, pilulis catholicis. In hydrope, Morbo llico, podagra; item in scabie, ulceribus & fiis miranda præstat.*

FLORES VITRIOLI VENERIS.

VItriol. Veneris legitimè parat. Laminar. Veneris seu limaturæ ejus ana part. æq. His mixtis & vitro immissis, superaffunde phlegatis vitrioli, cum spiritu proprio parumper ai q. s. ad 4. digitorum supereminentiam. Extrahur tinctura cœrulea, quæ filtrata præcipitetur oleo tartari, & fundum petent flores virorem minis referentes; qui, aquâ simplici sæpius sâ, edulcorandi & exsiccandi. *Purgant per riora leniter, & sunt remedium præsens in verus.*

SAL ANTIMONII.

X massa, quæ à destillatione butyri antimonii in retorta residua mansit; sal antimonii elici

poteſt; idque beneficio aceti deſtillati, cum ſpir. nitri pauliſper acuati: & hoc eò felicius & citius, ſi dicta maſſa in pulverem redacta, prius bis terve cum ſulphure calcinetur, ad modum, uti chalybs cum ſulphure conflagrat, pro vitriolo ejus parando, admiſcendo quâlibet vice ſulphuris ℥jß. maſſæ antimonialis libræ uni. Abſtracto deinde aceto deſtillato, poſt extractionem nimirum ſalis, remanet materia ſalina ſubflava, quá cum aq. ſimpl. denuò ſolutâ, filtratâ, & ad cuticulam iterum ſolutione abſtractâ, concreſcant in loco frigido crystalli ſalini, qui diligenter aſſerventur.

Purgant leniſſimè: infantibus etiam exhibiti in vermibus, hydrope aliisque morbis, ubi ſanguinis purificatione opus eſt, ſalutares exiſtunt.

SAL ANTIMONII EX VITRO, ET SPIRITUS VITRIOLI ANTIMONIALIS PURGANS.

℞. Vitri antimonii ſine addit. ulla ſecundum deſcript. *Zwelferi* parati q. ſ. Cui in cucurbita vitrea parva ſuper affundatur

Spir. Vitriol. dephlegmat. ad duorum digitorum transverſorum ſupereminentiam.

Digerantur leni calore cinerum diebus aliquot, quousque ſpiritus nigro imbuatur colore: qui per filtrum ſeparandus, ac uſui aſſervandus eſt. *Cujus doſis eſt à gutt. V. VI. ad X. Mundificat ſanguinem, educit tartareas & ſuperfluas humiditates; uti etiam vermes: hinc & podagricis, ac vagâ arthritide laborantibus, conducit.*

Ex reſiduo verò vitro ab extractione relicto,

Sal

…l antimonii conficiatur, modo sequenti: Nimi…m, vitro relicto admisceatur pars quarta sul…uris triti, & in patella terrea, super igne leni, …lcinetur continuò agitando spatulâ vel tudiculâ …rreâ, quousque sulphur totaliter conflagraverit. …itro residuo, probè iterum trito, denuò sulphu…s tantundem, seu quarta pars admisceatur, eo…emque modo, quo suprà calcinetur; quæ cal…natio ter quatervè repetenda. Tandem ex vi…o hoc probè calcinato cum q. s. aceti destillati, …petitis vicibus affusi, extrahatur sal antimo…i: acetum per destill. abstrahatur ad siccita…m salis; qui porro aquâ simpl. aliquoties sol…tur, filtretur, & in crystallos reducatur. *Sal …e antimonii purgat leniter, & etiam gravidis & …fantibus securè propinari potest à gr. v. ad.* VI.

NITRUM CATHARTICUM.

FOl. sen. sine stipit. elect., Radic. asari ana ℥iij. hellebor. nigr. ℥iiß. Mechoacann. alb. …j, Crem. tartar. ℥j. incisa coq. repetitis vicibus …m q. s. aq. simpl. ad totalem virtutum extractio…em: colaturæ omnes & junctim cum albumine …vorum optimè clarificentur; quo cum decocto …lvatur Nitri puriss. ℔j. & denuò, abstractione …petitâ superfluæ humiditatis, crystallisetur, aut …salinam planè & siccam consistentiam reduca…r. *Laxat alvum, penetrat corpus, vim calidam …fringendo.*

TARTARUS VITRIOLATUS SOLUTIVUS.

RAdic. mechoacann. alb ℥j. asari ʒvj. hermodactyl. rhabarb. ana. ʒv. Crem. tartar.

ʒvj.

℥vj. Incisa & contusa crassiusculè coq. in q. s. aq. simpl. repetitis vicibus affusæ, quousque, omnes virtutes extractæ sint. Decoctiones & colaturæ collectæ, ac junctim, cum albuminibus ovorum probè clarific. & filtrentur. Hoc cum decocto clarificato & filtrato solvantur Tartar. vitriolati ℥iv. & leniter, humiditatis seu aquositatis evaporatione, vitreo in vase, ad pristinam salis siccitatem & consistentiam reducatur, usuiq; asservetur. *Operatur resolvendo & educendo per inferiora feliciter.*

TARTARUS VITRIOLATUS CUM SUCCO MERCURIALI.

℞. Tart. vitriolat. seu Salis tartar. cum spir. vitrioli sufficienter impraegnati & saturati ℥vj.

Solvatur cum succ. herb. merc. rec. express. opt. depurat. & clarificat. ℔ij. ac leni calore, & exhalatione aquositatis, ad siccitatem salis reducatur. Servetur usui. *Laxat alvum leniter.*

TURPETHUM MINERALE.

℞. Mercur. crud. Ol. vitrioli rectificat. ana ℥ij. Misc. & per retortam in sabulo ad siccitatem usque oleum vitrioli abstrahe, cohobater & tandem reperies mercurium in retorta solutum, in substantiam abscissam instar sacchari, estque calx mercurii. Hanc calcem recipe, minutissimè contunde, & cum aqua pluviali edulcora toties, donec aqua insipida maneat, tùm pulverem luteum exsicca, qui est Turpethum minerale dictum. *Vires. Turpethum hoc, instar*

tur-

rpethi radicis, purgat non humores solùm pi-
itosos, verùm serosos etiam; magnumque u-
m obtinet in purgandis catarrhis; item in
e venerea efficacissimum remedium est, mo-
ens quoque simul vomitum. Dosis est à gr.
v. ad VIII.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

MErcur. ℥j. Aq. fort. ex nitro & vitriol. ana parat. ℥ii. Misce & per noctem in gestione pone, donec Mercurius solutus fuerit, m post solutionem præcipita illum in aquam sal- m, & deindè pulverem album aquâ pluviatili a- quoties edulcora & exsicca, & habebis Mercu- um præcipitatum album. *Vires ejus sunt mira- les; purgat namque per superiora & inferiora, & idem humores pituitosos, convenitque maximè in venerea. Dosis est à gr. VI. ad VIII.*

ERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS EX SOLUTIONE MERCURII.

SOlutionis Mercurii q. s. Misceatur cum muria, & fiet lacti similis; affundatur aqua vialis ad partes quatuor, decantetur, & iterum undatur aqua pura, continueturque tam diu, ut uà plane insipidâ maneat hic pulvis cum pauca ua adhuc mixtus, filtretur, remanentia siccetur solem. *Usus ejus est in morbo Neapolitano. sis a gr. IV. ad VI. cum extract. Catholic. ℈j. Suprà*

præ dicta aqua calefecta, quæ tertiò affunditur, pediculos necat.

Solutio Mercurii hæc est.

℞. MErcur. viv. ℥j. Spir. nitri crud. ℥iij. Misc. in cucurbita vitrea, & solvatur in primo ignis gradu, ne amplius videatur mercurius; hæc solutio in frigore crystallisatur; eodemque modo parantur crystalli argenti, cupri.

MERCURIUS VITÆ.

℞. BUtyri antimon. liquidi q. s. præcipita in aqua pluviali, & videbis coagulum album petere fundum, à quo post aliquot horas aquam acidam decanta & serva; relictam verò materiam aliquoties aquâ pluviali edulcora, & posteà in charta sicca, & habebis pulverem album, qui Mercurius vitæ dicitur. *Vires. Per superiora purgat & inferiora, & quidem vehementer. Dosis ejus est in substantia a gr. l. ad iij. in infuso a gr. ij. ad* IV. *&* V.

MERCURIUS DULCIS.

℞. MErcur. sublimat. ℥j. Mercur. crud. ℥vj. Misce in mortario lapideo, donec Mercurius currens non amplius conspiciatur; tùm instituatur sublimatio in parva phiola in arena, & spatio trium horarum Mercurius sublimabitur ad latera phiolæ; undè fracto vitro separari, teri & de novo sublimari in phiola nova debet, per se, sine additione, & tum vocabitur Mercurius dulcis. *Hic insigne est hydragogum, serum & salivam expurgans. Dosis est à gr. X. ad XX. Magni usûs quoque est in ulceribus & vulneribus, peculialiter salivationem excitans.*

[E]XTRACTUM CATHOLICUM BENEDICTUM.

℞. Pulp. colocynthid. abjectis seminibus ℥vj. Agaric. alb. Radic. hellebor. nig. gialapp. [a]na ℥ß. Concidantur omnia crasso modo, infun[d]anturque cum spir. vini rectificat. ℥xx. Fiat di[g]estio in cucurbita oblonga per dies 14. tùm fiat [e]xpressio menstrui per manicam *Hippocratis*. Co[la]turæ admisc. Diagryd. ℥ß. Aloës opt. ℥j. Redi[g]antur simul in consistentiam pilularum; vocaturque vulgò Extractum catholicum. *Purgat feliciter omnes quatuor humores, nempe bilem, pituitam [m]elancholiam & serum. Dosis ejus est a* ℈ß. *ad* ℈j.

DIAGRYDIUM SINGULARE.

℞. Scammon. pulv. ℥ß. expande illum super charta, teneaturque hæc charta super carbo[ni]bus vivis, quibus aliquid sulphuris inspersum est, [u]t fumus sulphuris scammonium benè pervadat, [re]linquaturque scammonium colore gryseo in u[nu]m massam compactum. *Purgat bilem, idque per [in]feriora; est calidum, siccum in tertio gradu. Dosis [es]t a gr.* v. *ad* x. & xv. *præsertim in robustioribus.*

ELIXIR PANCHYMAGOGUM PURGANS.

℞. Cinamom. opt. ℥j. Zingib. ʒij. Spic. indic. ℈iß. Santal. omn. ana ʒj. Cortic. aurant. [ci]tri recent. ana ℥ß. Macer. ʒij. Fl. viol. bor[ra]g. genist. ana p. j. Quibus incis. & contus. [su]per affund. Spir. juniperi rectificat. ℥iij. anisi [re]ctificat. ℔j. & peractâ brevi digestione destill. [in] B. M. ad siccitatem usque. Spiritus fragrans destil-

destillatus studiosè interim asservetur, speciebus quæ à destillatione residuæ sunt, abjectis, postea

℞. Rhabarb. el. ℥iß. Agaric. elect. ℥j. Mechoacann. alb. ℥ij. nigr. ʒx. Turbith. alb. & gummos. ℥iß. Hermodactyl. ℥j. Radic. polypod. quercini, ari, asar, ana ʒiij. hellebor nigr. ʒvij. Cortic. radic. esul. præp. ʒvj. Fol. sen. Alex. sin. stip. ℥iij. Sem. ebuli ℥iij. Ex quibus omnibus incisis & grosso modo contusis fiat cum spir. vini rectificat. iteratis affusionibus (donec species totaliter extractæ sint) & abstractione per B. M. liquidioris consistentiæ extractum, cui superior destillatus spiritus super affūdatur, & post unius alteriusve diei digestionem & extracti solutionem essentia filtretur: si quid autem de extracto in dissolutum remanserit, perfundatur illud de novo spir. juniperi, anis. & foenic. ana rectificat. ℥ij. vel spir. vini simpl. ℥vj. & post brevem digestionem ac totalem extracti tenuioris dissolutionem ferè, fiat colatura, quæ superiori essentiæ commisceatur: quam, quotiescunque usus postulat, cum syrupo aliquo appropriato (utplurimum refrigerante, ad contemperandum spiritum vini, præsertim, si in regionibus calidioribus ejus usus sit) edulcoratam propinare convenit; plus enim ita operabitur, quàm si cum liquoribus aquosis permixta adhibeatur, ratione turbith, agarici, Mechoacann. alb. & nigr. quæ resinosum præbent extractum, quod facilè ab aqua præcipitatur & coagulatur; resinæ autem similes indissolutæ intra corpus sumptæ nihil operantur. *Dosis hujus egregii medicamenti est* à ʒß. *ad* ℥j.

ELI.

ELIXIR CITRI CATHOLICUM PURGANS.

COrtic. citri recent. ℥xij. Radic. Polypod. quercin. ℥ij. filicis ℥iß, helleb. nigr. præp. Fol. sen. Alex. sin. stip. ℥iij. Costi aromatic. Cinamom. acut. ℥j. Grossè incisis ac permix- superfunde Spir. vini rectificati. ℔xij. ponan- per diem ac noctem in digestione, posteà de- lla spiritum in B. M. Hujus Spir. ℞. ℔vj. in que iterum infunde per aliquot dies ac noctes isto modo incisa & contusa: Radic. gialapp. ℥j. Mechoacann. ℥iß. Turpeth. opt. ℥ij. Scam- n. ℥j. Gumm. ammoniac. ℥x. Extractionem nde & separa, in eaque solve Mann. elect. ℥jv, proedulcoratione add. Syr. rosar. solutiv. vio- solutiv. fl. acac. ana ℥jß. diaser. *Andernac.* Denique filtra & in vase probè obturato usu serva. *Dosis ejus est à ℥ß. ad ℥jß.*

MAGISTERIUM GIALAPPÆ VERUM.

RAdic gialapp. crassiusculè contus. ℔j. Cui affundantur. spir. vini rectificat. ℔iij. Stent igestione calore leni uno vel altero die; Spi- s vini tinctus per filtrum separetur, aliusque fundatur, qui labor tamdiu continuetur, quo- piritus vini non amplius coloretur: Tinctos itus omnes conjunctos & filtratos in cucur- vitrea ad remanentiam pauci liquoris (libræ s circiter) abstrahe, & affuso aquæ frigidæ illo residuo liquori (nisi jam tùm resina fun- cucurbitæ petierit, aut residuo liquori inna-

R   tet,)

tet,) præcipitatam resinosam substantiam ab aquositate separa, ablue & exsicca, exsiccatam denique in pulverem redige. Tali modo parata resina splendidior evadit & purior, nec tàm graveolens, uti alioquin, esse solet, quando spiritus vini non fuit abstractus, quæ graveolentia etiam nullo modo per ablutiones, quàm sæpissime etiam fiant, tolli potest. *Dosis ejus est a gr. v. ad x. & xII.*

TINCTVRA RHABARBARI
Rubicundissima sanguinis instar.

℞. AQ. Cichor. q. s. Rhabarb. pulveris. q. s. Macerentur per horam, deindè affundantur Salis tartari per deliquium in cella resoluti aliquot guttulæ. In momento, leni digestione elicitur tinctura elegantissima, quam vel sic asservare; vel spiritu vitrioli præcipitare, & in formam pulveris redigere possumus.

Gratiosissima hæc tinctura per se, vel cum alio vehiculo libenter ab ægrotis adsumitur; prodest mirificè jecoris imbecillitate & obstructione laborantibus, & in quacunque cachexia singulare est auxilium.

LIQVOR ALBICANS SCAMMONII.

℞. SCammon. gr. X. XV. vel XX. quibus benè contritis in mortario, affunde parum aquæ alicujus destillatæ, actu frigidæ, fumariæ videlicet vel alterius inservientis scopo proposito, & probè invicem agita; sic in momento crassa, tenax & nigricans quædam materia fundum petet, quæ

picis

..us liquidæ instar, ita concrescet, ut pistillo pos- ..iterum separari, quamdiu humida manserit; ..ue illa in mortario sinatur exsiccari, vix ab eo ..rum dividi poterit, suique notam fermè inde- ..ilem post se relinquet. Innoxium autem ..nmonium liquori affuso colorem albican- .. inducet.

Hic liquor albicans decapulatus, atque ægrè ..bitus, bilem utramque, imprimis verui- ..res, humoresque serosos in corpore redun- ..tes lenissimè, sed copiosissimè educit, adeò ..ubi scammoniata alias præscribuntur; scam ..ium sic præparatum, privilegio separatio- ..dictæ locum invenire possit & debeat. Le- ..mè enim operationem suam perficit, ut eti- .. infantibus & prægnantibus præberi pos-

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS ET SCAMMONII;

Medicamentorum ex Mercurio & Antimonio præparatorum incorporationem egregium.

COlocynthid. non recent. sed ab aliquot annis reservat. sine interioribus arillis ..cleis ℔ß. Scammon. pur. & el. ℥iij. In- ..trah. cum spiritu vini, donec omnia extra- ..erint, postea servato menstruo ad consisten- ..dem cum eodem spiritu vini anteà usurpato & rejectis fecibus servatoque menstruo,

per destillationem denuò coagula & serva. *Do[sis] per se à gr. X. ad XV. Ejus usus in pilulis cum codd[...] incorporandis valdè probatur.*

RADICES HELLEBORI NIGRI VITRIOLATÆ.

℞. Radic. hellebor. nigr. ver. q. s. irrora cu[m] phlegmate vitrioli eo, quod in rectific[a]tione spiritûs vitrioli primùm prodit; pone [in] scutella vitrea ad lenem calorem cinerum, sub[in]dè cum spatula lignea movendo. Foëtor nimi[us] exhalans ex ipsis radicibus venenositatem secu[m] rapit; perge irrorando amplius, & desinend[o] in leni calore, donec nempe foëtor omnis abact[us] radices relinquat grati odoris & summè nig[ri]cantes. Exsiccentur leniter, quamquam subi[n]dè quasi madore perfusæ maneant. *Dosis est* ℈ß. *ad* ℈j.

EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI.

℞. Radic. hellebor. nigr. mundat. q. v. Mace[]rentur in aqua pluviali calente, vase tecto: hæc ubi per horas aliquot in infusione steterit, a[c] vires radicum prolectaverit, transcolata seorsi[m] asservetur, & prioribus radicibus alia rursus aqu[a] puvialis fervens affundatur, idque sic ter iteretur. Tandem omnis aqua vim radicum hellebori ha[]bens, juncta ac diligenter colata ampullæ vitre[æ] indatur, exstilleturque indè omnis humiditas donec extracti spissitudo mellis instar in fundo cu[]curbitæ resideat. Extrahe hoc adhuc semel cum spiritu vini rectificato, quousque spiritus color[em]
rubre[um]

...pro tingatur: Videbis enim magnam prio-
...extractionis partem fœculentam à spiritu vini
...factam relinqui, nec dissolvi, quâ proindè reje-
..., hanc spiritu vini denuò paratam extractio-
...in filtratam in B. M. abstrahendo redige in for-
...m extracti justæ consistentiæ.

Melancholicum succum & alios humores ...stos solutu contumaces potenter evacuat. ...lepsiæ ac aliis id genus affectibus opem fert ...itarem, vermes necat, & animalia in ven... nata propellit: morbis inveteratis ac chro...is, qui levioribus pharmacis non cedunt, me...amentum auxiliare & egregium est. Dosis ...s habetur à ℈ß. ad ℈j.

Omnibus ferè antecellit Helleborus niger, ri... præparatus, ejusque extractum, infusum & ...ntia. Helleborus enim niger, qui ex Alpi... & vicinis regionibus in nostras defertur, ... vehemens medicamentum non est, ut al..., & is qui in calidis regionibus crescit, sicut ...yrupo de pomis solutivo patet. Sennert. lib. ...ed. pract. part. 2. C. 11. Henn. Scheuneman... de Med. reform. c. ult. hujus folia ob insi... ejus virtutes Lapidi philosophico ferè æqui...rt. Excell. Thom. Bartholinus cent. 5. Hi... Anat. 28. refert, D. Pieruccium JCtum Pa...inum de Germano quodam in Italia degente

sibi fidem fecisse, quòd 60. ætatis anno dentes novos & nigros capillos sibi refecerit solo hellebori nigri extracto cum vino & rosis, & ad plures annos ævum extenderit. Cl. D. Laurent. Blum nerost/*c. 46. pharmac. domestic. & port. tat. p. 141. hoc extractum in arthritide vaga maximè commendat.*

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM CROLLII PRIMARIUM.

℞. Spec. diarrhod. abb. diambr. ana ℥j. Ex his tinctura in digestione per quatuordecim dies, ut docet, quotidiè aliquoties movendo, per spiritum vini extrahitur, & seorsim custoditur. Deindè ℞. Pulp. colocynthid. ʒvij. Turpethi gummos. ʒv. Agaric. opt. ℥j. Radic. hellebor. nigr. ver. ℥j. Scammon. select. ʒvj. Fol. sen. Alex. fin. stip. ℥jv. Rhabarb. select. ʒiij. Elaterii ʒij. Sem. ebuli trit. ʒiij. Hermodactyl. ʒiij. Incidenda incidantur, & terenda terantur, ac spiritus vini speciorum tinctus his purgantibus medicamentis superfundatur, sicque in lento B. M. calore per dies 8. vel 14. macerentur (cave, ne spiritus vini vitrum rumpat) Tinctum posteà spiritum aufer per inclinationem, & recentem affunde, tamdiu, donec omnis tinctura & vis purgatrix extracta sit: Vltimò spiritum vini tinctum simul mixtum abstrahe in lento B. M. calore, donec crassamentum instar mellis in fundo relinquatur. Circa finem add. Ol. cinamom. caryophyll. nucistæ ana gt. X. Sal. perlar & corallorum ana ʒj. majoris efficaciæ ergò

gò admiſcere poteris. *Non datur melius cathar-ticum, quod minori moleſtiâ purget.*

Ex hac compoſitione ſumitur a ℈j. *ad* ℈ij. *ex vino malvatico, vel alio generoſo, e juſculo, vel aliis catapotiis aggregativis admixtis.*

Sunt qui in uſu aliquot guttas ſpir. vitrioli addere ſolent.

In pulvere liquiritiæ ſine moleſtia omnes noxios humores expurgat.

Poſſunt indè efformari pilulæ, & per ſe deglutiri; vel, quod optimum, diſſolvatur in haustu vini malvatici.

EXTRACTVM PANCHYMAGOGVM CROLLII SECVNDARIVM.

Pulp. Colocynth. ℥vj. Agaric. Scammon. ſelect. ana ℥ß. Hellebor. nigr. ſpec. diarrhod. ... Aloës ſuccotrin. ana ℥j. Extrahatur ex omnibus per ſpiritum vini eſſentia, à qua poſteà in balneo ſpiritus vini ſeparandus. Et quia in extractione purgantium ſæpè ſolet vis purgatrix debilitari, ideò quidam ſolent ad unam partem extractorum addere crudorum purgantium partem ...ram: addè ergò ſuperioribus, antequam extractum in fundo remanens planè inſpiſſetur, ...chiſc. alhand. ℥vj. Diacryd. præp. Agaric. ...hiſcat. ana ℥ß. Aloes hepatic. ℥j. Omnia ſint ...eriſata, & redigantur in maſſam juſtæ conſiſtentiæ, *Doſis eſt a gr. X. ad XV. & XX. in forma pilulari.*

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM NOBILE HARTMANNI.

℞. FOl. sen. sin. omn. stipit. ℥ij. Rhabarb. el. ℥iß. Radic. hellebor. nigr. *Austriac.* ℥j. Turpeth. alb. & gummos. Polypod. quercin. Trochisc. alhand. Agaric. trochiscat. ana ℥ß. Medull. sem. carthami, Myrrh. rubr. select. ana ℨiij. Spec. aromatic. caryophyllat. diambr. Cortic. citri ana ℨj. Concisa & contusa extrah. simul omnia cum affusione spiritûs vini boni & aq. cinamomi ℔jß. Posteà exprimatur; fœces denuò extrahantur cum sola aqua cinamoni tenuiori; percoletur posteà secundum mentem *Crollii.* Extracto add. Extract. aloës cum aq. betonic. vel veronic. fact. ℥iij. Fiat mistio; deincepsad majorem consistentiam in calido redigendam adde ol. caryophyll. gr. x. *Dosis est a gr. X. ad XX, vel XXVI.*

PILULÆ CATHOLICÆ.

℞. Aloës succotrin. ℥ß. Myrrh. ℨij. Mastich. ℨj. Croci orient. ℨß. Magnes. Saturnin. meteorisat. ℨj cum syrup. rosar. solutiv. f. Massa. *Dosis est à gr. xv. ad xxv.*

PILULÆ POLYCHRESTÆ.

℞. ALoës succotrin. ℥j. Mastich. ℨij. Macer. Galang. ana ℨß. Mercur. dulc. præcipitat. sine corrosiv. ℨiß. Misc. & cum syr. rosar. solutiv. q. s. fiat massa, *cujus dosis erit* ℨj. *vel* ℨiß. *Ejusmodi pilulæ ferè multarum sunt virtutum: clementissimè purgant: tutò noctis tempore exhibentur: cerebrum maximè purgant, ventriculum pariter ac intestina: vermes enecant, & mira etiam alia præstant.*

PI-

PILULÆ CEPHALICÆ SOLUTIVÆ.

ALoës succotrin. ℥ij. Scammon. Chymic. præp. Trochisc. alhand. ana. ℥j. Cum syro rosar. solutiv. f. Massa. *Dosis est à* ℈j. *ad* ℈iß. *fortius in robustioribus.*

ALIÆ.

AGaric. trochiscat. ℥j. Aloës succotrin. ℥ß. Scammon. Chimic. præp. ℥ß. Fol. sen. ont. ℥ij. Magnes. Saturnin. semel coctæ in balneo salis balsamici ℥iij. Cum syrupi rosar. sol. q. s. massa. *Dosis est* à ℈ij. *ad* ℥j.

PILULÆ STOMACHICÆ LAXATIVÆ.

EXtract. Zingiber. ℥ß. Aloës succotrin. Mastich. ana ℥j. Macer. Galang. ana. ℥ß. Magnes. Saturnin. semel coctæ in balneo salis balsamici ℥ij. Cum syr. absinthii f. massa. *Dosis est à* ℥j, ad ℥ij.

SCAMMONIUM VERE PRÆPARATUM.

SCammonium electum, in marmore tenuissimè tritum, Imbibe cum pauxillo spiritûs vitrioli vel sulphuris per campanam facti, adjiciendo vel 4. guttas (aliàs pro quantitate scammonii guttas aliquot) Ol. still. foënic. anis. Contere diligenter, & quàm diutissimè, ut fiat massa, instar pilulis, viscida; quam in vesica, ceu alias pilularum massas, adservare solent ad usum, reserva.

Hæc nimirum præparatio cum spiritu vitrioli planè Philosophica; cùm nimirum scammonium exuberanti calefaciendi qualitate, quæ à

mercurio & sale volatili mordicante dependent prӕditum sit, hoc nobili menstruo perfectè corrigatur. Nec nimirum potest mordicans illud sal amplius vigere, sed retunditur quasi, & ad beneficam operationem redigitur istud, per mortificationem, ab actione ex spiritu vitrioli & oleo anisi contraria proficiscentem.

Eandem rationem & modum in euphorbio ritè dextreque prӕparando & corrigendo necessarium esse observârunt Chimici, quod sanè nullo modo in pilulas aliaque concinnanda indè remedia admittendum fuerit, nisi genuinam hanc prӕparationem sapientis manus admiserit. *Hujus prӕparati scammonii dosis est à gr. x. ad xv. purgat leniter & sine molestia.*

MAGISTERIUM SCAMMONII.

SPagyrica & vera Scammonii prӕparatio & correctio, quâ secretiores Medici utuntur, hӕc est. ℞. Scammon. select. q. s. quam solve in spiritu vini; post debitam filtrationem iterum in balneo per alembicum ad medietatem saltem abstrahe. & tantum aquӕ rosac. quantum ad prӕcipitationem requiri videbitur, affunde, & prӕcipitabitur Resina Scammonii purissima, absque omni venenosa acredine, nauseoso sapore & odore omninò libera, quam, remoto phlegmate, sicca, & ad usum reserva.

Ex corpore humano utramque bilem aliosque humores diversos sine omni lӕsione & nausea deducit: propterea vix mitius, suavius & nobilius catharticum in rerum natura inveniri poterit. Dosis à ℈ß.

ʒß. ad ℈j. in conservis, vel aliis vehiculis appropriatis.

EXTRACTUM SEU RESINA SCAMMONII.

℞. Scammon. opt ʒj. in mortario redige in pulverem pistillo, quod sit oleo amygdal. dulc. illitum. Inde in mattacium, superfunde aquam endiviæ vel rosar. ad eminentiam trium digitorum, & vas optimè clausum in loco calido per triduum repone. Aquam colore obscuro tinctam decanta à fœcibus, & filtra, blandissimoque calore aut B. M. menstruum aufer, ut maneat extractum Scammonii in forma pulveris. *Hujus grana IV. ad VI. cum scrupulo Tartari vitriolati exhibe.*

TROCHISCI SCAMMONII ROSATI.

℞. Spir. vitrioli cum spir. vini prius rectificati ℥iij. Fl. rosar. rubr. exsicc. ʒiß. infunduntur, donec spiritus rubicundus evadat, quem per chartam filtra, & habes spiritum vitrioli rosatum. Posteà cum hoc spiritu dissolve scammonium crudum instar pultis, iterumque exsicca, & hunc laborem vice secundâ vel tertiâ repete. Tandem adde pauxillum spir. rosar. & (pistillo prius oleo amygdal. dulc. illito) tere fortiter, ut fit massa, ex qua deindè cum ol. still. rosar. & Cardamomi formentur Trochisci fragrantissimi & suavissimi odoris, qui per plurimos annos inviolati servari possunt.

Diversos humores, imprimis autem bilem flavam

flavam citra molestiam evocant hi Trochisci, & à vasis & sanguine exhauriunt. Hinc in multis morbis, evacuatione egentibus magno cum fructu exhibentur; leniter enim & sine omnibus torminibus alvum subducunt. Dosis à gr. X. ad XV. & XX. usque. Formentur inde pilulæ; vel in pulverem post exsiccationem teruntur, & in vehiculis appropriatis offeruntur.

In tota Republica Spagyrica nobilius scammonii correctorium hactenus non inventum est, quemadmodum ipsa testatur experientia. Hoc enim cætera omnia, imò ipsam scammonii Resinam superat; quia lentam, tenacem, viscosam & venenosam illius malignitatem dissipat atque corrigit, & certas dejectiones promittit, quæ semper ex resina assumpta non sequuntur.

TARTARUS VITRIOLATUS SCAMMONIATUS.

℞. Tinctur. scammon. filtratam, eamque cum ℥ij. Tartar. vitriolati conjunge. Conjuncta in balneo loca, & menstruum ad siccitatem avoca. *Purgat per inferiora, & obstructiones omnes tollit, si misceatur cum cathartico v. gr. Panchymagogo Crollii; vel offeratur in syrupo vel rosarum solutivo, vel violarum, aut melle rosarum solutivo.*

Vel.

℞. Scammon. electi ℥j. in mortario in pulverem (pistillo prius oleo amygdal. dulc. illi-

o, aliàs enim ſcammonium non poteſt teri) re-
uc; extrahe cum ſpiritu vini partes puriores; fe-
ibus abjectis; aufer menſtruum per calorem ex
alneo, & ſcammonium in forma pulveris in fun-
o manebit. *Hujus grana* v. vj. vij. *vel* viij. *cum*
j. *tartar. victriolati exhibita impuritates omnes*
iciter exturbant. Proindè de hoc teſtatum faci-
mus, quod eo ad febres præſertim chronicas arca-
num non detur præſtantius.

EXTRACTUM MECHOA-CANNÆ.

℞. Radic. mechoacann. elect. non carioſ. ℥iij. Turpeth alb. & gummoſ. ℥j. Zingiber. lb. ℥ij. Radic. polypod. ℥ß. inciſis craſſo modo ffund. Spir. vini opt. Aq. betonic. & quidem e-s, quæ ab aloë eſt extracta, ana ℔ß Stent ad bi-uum in loco calido, ac macerentur in vaſe vitreo lauſo, deinde fiat ſuccorum expreſſio fortiſſima b prælo: fœcibus relictis, aliam affunde aquam etónic. ut parum emineat, deindè maceratum ex-rime; expreſſi liquores colligantur, & add. lann. puriſſ. ℥ij. Scammon mundat ℥j. Agitando iſcantur, & add. ſpir. vitrioli gt v. Ol. Cinamomi t-iij. *Doſis eſt à gr.* xv. *ad* xx. *&* xxv.

Quæritur hic non immeritò: An ad ex-tracta purgantium medicamentorum Spiritus ini adhiberi debeat? Reſp. Utrum ad extracta rgantia conficienda Spiritus vini pro idoneo enſtruo adhiberi poſſit, poſt alios multos di-

ſputat

sputat Beguinus Tyrocin. Chimic. lib. 2. c. 9. de Extract. Existimat autem, quòd in nonnullis vis purgans digestione per spiritum vini infringatur: ast committere videtur elenchum; non enim infringit, sed eam ad se non rapit. Facultas enim purgantium hospitatur in sale volatili mercuriali: ea itaque desiderat simile menstruum, cujus symbolum est idem cum eodem, quod extrahendum est. Spiritus autem vini est sulphureus, naturamque sulphuris retinet: itaque ille attrahit ex rebus id, quod suæ naturæ est, nimirum sulphur; sales mercuriales intactos relinquit; is itaque potius ad eorum extractionem facit, quorum essentia consistit in sulphure, qualia sunt diaphoretica; de purgantibus non item. Nec hanc nostram sententiam labefactare potest eorum opinio, quæ contrarium persuadere conatur, quòd scilicet nulla vis purgandi in illis relinquatur, quibus spiritus vini affunditur, dicunt enim, extrahi quidem vim catharticam à spiritu vini, sed ab eo non facilè separari posse, sed dum abstrahitur, eam secum rapere. Verùm diversum dictat experientia: Nam primò, quomodo spiritus vini potest attrahere ad se id, quod non est suæ naturæ, ut modò dictum? Deindè si vim purgandi planè extrahat, quî fit, quod, ubi ejusmodi extractum, hoc menstruo inquinatum, posteà probè exsiccatum fuerit, accommodatum aliud affusum, vim cathar-

articam, in ipso adhuc delitescentem, opti- in apricum proferat? Et tandem quod ad- ar, vim catharticam à spiritu vini non faci- parari posse, huic itidem experientia mani- repugnat. Quis enim negabit, quòd spi- s vini, menstrui loco in extracto colocyn- lis adhibitus, non facilè à tinctura purgante rari possit? Quocirca nec vis purgandi in i spiritu figitur; magmata enim purganti- à spiritu vini, extractionis ministerio abso- , relicta, aliis menstruis posteà excitata, purgandi, à vini spiritu non attractam, de- mittunt, quæ nulla esset. Ad extracta que purgantium medicamentorum, exceptâ ynthide, scammonio, elaterio, quorum ve- entia per spiritum vini corrigitur, rectè ciendaá, inserviunt alia menstrua, qualia , hydromel vinosum, vinum Canariæ, se- lactis, aquæ pomorum rodolentium, beto- foënic. anis. rosar. ulmar. card. bened. fu- & simil. Vbi imprimis semper guttulæ a- t olei tartari per deliquium concinnati ad- æ fuerint; sic enim illæ sal mercuriale ci- aggrediuntur, ac ad se rapiunt. Ex his ibus satis liquet, quænam causa, quod in actis sæpè vis purgatrix debilitetur, ut non purgantia quædam in substantia in praxi adde-

addere soleamus. Quamobrem benè notandum & animadvertendum, quænam huic vel illi purganti menstrua sint adhibenda.

GUMMI DE PERU ROSATUM.

℞. GUmm. de Peru, seu Ghitta Iemou optimè pulverisat. ℥j. Aq. cichor. ℥ß Spir. vitrioli rectificat ℥j.

Hæc benè commixta tabulæ vitreæ, vel vasi Indico superilline, loco calido (sed non nimium tamen, aliàs nigrescit ac deperit) evaporare sine, donec materia terreum colorem induat. Hanc postea pulverisa, & adde pulv. fl. rosar. rubr. ℥j. Santal. rubr. ℥ij. Spir. vini q. s. affunde, per horas 24. circula, tùm quando refrixit, per chartam filtra, & paulatim, usque dum siccetur, evaporare sine: Et sic extractum habes rubicundum, validæ ac præstantissimæ efficaciæ, ipso etiam aspectu pulchrum & amabile, cùm Gummi per se, vel ejusdem magisterium ob colorem suum injucundè flavescentem, nauseam facilè pariat. Quo fine etiam inventum, non omnibusque hactenus, nisi dignis revelatum, & communicatum.

Aserosis humiditatibus totum corpus humanum sine omni periculo & difficultate purgat. Vndè ingenti cum fructu & commodo in cachexia, hydrope, arthritide, podagra, similibusque affectibus, uti etiam in scorbuto & morbo virgineo, instar singularis experimenti, usurpatur. Dosis est à gr. x. ad xx. præsertim in robustioribus.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS EGREGIUS.

PRimùm fiat aqua fortis ex Nitri ℔ij. vitriol. ℔j. A.

℞ Alumin. non calcinat. Sal. commun. ana. ℥j. Misce, destilla, & fiat more solito aqua. ℞ Mercur. purificat. q. v. solve cum hac aqua, [...]ntum solvere vis (Solvendum de mercurio, [...]ntum nempe solvi ab aqua potest, alioquin [...] libenter fit præcipatio.) Mercurio sic soluto [...]nde Aquæ fontanæ frigidæ ℥ij. vel ℥iij. & relin-[...] aliquandiu in loco tranquillo, extra ignem per [...]uot horas, ut suâ sponte ad fundum præcipi-[...]r mercurius. Quòd si igitur mercurius se [...]cipitaverit, affunde multum aquæ frigidæ, re-[...]ue ad subsidendam; aquam super natantem [...]nde, & aliam affunde, & relictam aliquandiu [...]ssim deplue, idque tantisper fac, donec nulla [...]monia in mercurio præcipitato animadverti [...]t. Hunc exime, & in matraciolo, vel bo-[...] lati orificii, sine alembico, lenissimo igne [...]re, usque ad siccitatem. Pulverem ex sicca-[...] exime, & ad partem unam hujus præcipitati [...] aceti destillati acerrimi partes quatuor; po-[...] cucurbita probè obturata, & digere per di-[...]num vel alterum in balneo; tandem sine de-[...]tione aceti, eodem modo in bocialo lati o-[...] exsicca, & exsiccatum reserva. *Dosis hujus [...]r. j. ad v. vel vj. Potest etiam infantibus exhi-[...]ranum unum, contra alvi obstructionem, si ne-[...]s postulat,*

[M]ERCURIUS PRÆCIPITATUS SOLARIS.

Auri puri & optimè purgati ℨß. Redige in scobem tenuem, & more solito solve in

aqua regia, ex sale communi, non verò armoniaa co, quia illud mercurium volatilem reddit. Vitr antimonii ℥ß, & Mercur. probè mundati ℥iij. in aa qua forti solve, singula nempe seorsim ac in sepaa ratis vitris, ita tamen, ut solutiones omnes probo sint claræ & transparentes. Omnes istas aquaa confunde, & aquam abstrahe per alembicum, & novam aquam regiam affunde, sæpiùs & identi dem evoca, idque fac tantisper, donec præcipita tus in ignita ferrea lamina penitùs nullum fumum de se emittat. Quo signo præsente, totum præ cipitatum diligenter sub tegula calcina, sic nimi rum spiritus aquæ regiæ omnes exploduntur & dissipantur. Tandem ab eodem spiritum vin sexies destilla, donec quodammodo figitur mer curius, denuò sub tegula igniendus, & lentè cal cinandus.

In morbo Gallico summum est remedium mundi ficativum; mundificat enim sanguinem in veni & arteriis, medullam in ossibus, & quicquid in car ne, nervis & sub cute latet, immunditiei, expur gat.

In hydrope magnum est solamen; quia aquan ducit, & fontem exsiccat: caducis prodest: Coli cam sistit: quartanis medetur: ictericis convenit lupum, cancrum, fistulas & alia ulcera curat: In pe ste & venenis auxilium præstat egregium.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS GRYSEUS.

℞. MErcur præcipitat, commun. flavi vel a

q.s. Sæpiùs cum aqua rosarum abluatur & ...
etur. Posteà cum spiritu vini optimo in bi-
ur, & addantur æquales partes camphoræ cum
ritu vini; Soluta conjungantur, ac vicissim
to igne spiritus vini indè evocetur ad siccita-
: & mercurius evadet gryseus.

Hic cum extracto theriacæ mistus ad horas ante paroxysmum exhibitus, mirificè pellit ...es febres, per secessum tantùm operando. ... etiam in peste, morbisque epidemiis aliis, ...sertim vero in sudore Anglico pretiosa anti-...us. Dosis est à gr. iii. *ad* vj.

MERCURIUS INCARNATUS. PRÆCIPITATUS.

Olve mercurii vivi benè purgati ℥j. in ℥ij. Aq. fort. Solutioni adde Aq, commun. calid. ℥iij. ...nfunde postea urinam sani hominis recen-..., tantum, quantum ad deliquium ipsius mercu-... equiritur. Præcipitabitur mercurius incar-...us, qui aliquoties aquâ edulcorandus. *Solùm ...uidem mirificè per secessus movet. Dosis est à ... ad x.*

MERCVRIVS PRÆCIPITATVS LVTEVS.

...mili modo super mercurium in aqua forti ...ommuni antea solut. funde aquam commu-..., posteà paulatim oleum tartari correctum ...atim adde, & præcipitabitur mercurius instar ... *...i probè à corrosivis per aquam simplicem ...* *... quàm per inferiora*

ima...

impuritates exturbat. Dosis est itidem à gran.i. ad x.

MERCVRIVS PRÆCIPITATVS EX OPTIMIS OPTIMVS.

℞. MErcur.purific.℥iv.affunde Olei sulphuri per campan. facti ℥viij. Digere per duo dies in arena; deindè per retortam destilla cum tribus cohobiis; ultimò igne violento, ut retorta candeat, massam albam exime & tere: aquâ destillatâ calidâ sæpius ablue, donec præcipitatum videas versum in pulverem flavissimum: super quem spiritum vini ter accendas; ita securè intra corpus dari poterit.

*Dosis ejus est à gr.*iij.*ad* vj.*in extractis purgantibus, non verò in conserva rosarum aut sacchâro rosaceo; non commodum enim vehiculum hujus præcipitati sunt illa, quia citra masticationem aliqualem vix possunt sumi, præcipitati verò omnes masticati dentes lædunt. Valet in infirmitatibus causatis ab humorum putredine & morbis deploratis. Purificat sanguinem in podagra, hydrope, & in omnibus febribus continuis summum est arcanum.*

MERCURIUS PRÆCIPITATVS RUBEUS, PRÆSTANTISSIMUS.

℞. MErcurium à sole vel luna destillatum & purgatum, vel per se, vel cum octava parte solis vel lunæ prius amalgama-

tio

nem adeptæ præcipita in pulverem ru-
um, modo quo ſequitur: Accipe matra-
m parvum, ſubtùs loricatum, colli pro-
oris, cui impone mercurii præparati vel
tificati ℥iv. deindè ſuper laminam ferre-
in fornace arenæ colloca, dando ignem
ntinuum, ſpatio quadraginta dierum.
llum matracii ſuper arenam eminere
et ad 6. vel 8. pollices: & primis decem
duodecim diebus mercurius, qui ad
um matracii aſcenderit, debet aliquo-
quotidiè baculo ferreo, cui alligatus ſit
nus lineus, ad fundum ignitum detrudi
ræcipitari. Eſt autem hic modus præci-
ndi mercurium non modernorum, ſed
iquorum philoſophorum. Commo-
r verò fit operatio, ſi phiola vel matraci-
lateraliter non ſurſum poſitum ſingulis
is 12. vertatur, ita, ut ſuperior ejus pars
n inferiore commutata præcipitatio-
n acceleret.

Tempore finito, ſi quid mercurii crudi
matracio repertum fuerit, ſeparari debet
ulvere rubeo, *qui admirandas habet in*
licina facultates. Eſt enim catharticum
ſtantiſſimum in lepra & aliis fœdis ulceri-
, blandè adeò alvum ſolvens, ut pueris &
gnantibus dari poſſit: acres humores miti-

 gans

gat: pituitosos expurgat: calidamque ac siccam viscerum constitutionem emendat. Dosis est à gr. v. ad x.

MERCVRIVS PRÆCIPITATVS SVBRVBER PER SE, AZOTH Quibusdam dictus.

℞. MErcur. benè purgati, idest, aceto loti, & per corium trajecti. q. v.

Ambitiosi ajunt, se adsumere mercurium solis, qui tamen est non ens. Reconditur in phiala vitrea, ovalis æmulâ, depressâ, exili canali perforato præditâ, Foraminulum obturetur exquisitè, vel Hermetico sigillo claudatur. Phiala exactè ad æquilibrium in arenam vel cineres collocetur, ut mercurius æquali crassitie fundum tegat. Accenditur ignis primùm lentus, pòst fortior, dierum & noctium 5. intervallo. Rupto vase, in vitreo mortario, pistillo teritur in pulverem subtilissimum & iterum arenæ examini committitur in phiala vitrea aperta, donec remoto alembico vel operculo ejus omnia nigrescant, quod ferè dierum 4. aut 5. fit spatio.

Rupto vase pulverisatur iterum materia, novæque phialæ concreditur, ac in arena in-

intentis ignis gradibus calcinatio instituitur, donec quasi adsurgant arbustula & virgulta exilia, auri instar ex rufo flavescentia, quæ paulatim iterum subsidunt.

Pulvis hujus Mercurii præcipitati alvum, vomitum, nonnunquam etiam sudorem movet, ad grana iij. vel IV. exhibitus, in liquore convenienti.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER COMPOSITUS, SEU RADIX AUREA ZEHNERI.

℞. MErcur. vulg. opt. & purgat. part. VIII. Auri Vngaric. limatur. part. I. Fiat malagma.

In phiala detineatur per duos menses, in lento & continuo arenæ vel cinerum calore.

Sensim massa adsurgit in speciem fruticeti aurei, & quasi crescere videtur: sensim rursum ad fundum vergit. Exempta pulverisatur, rubicundo colore resplendens, & ad usum servatur.

Vires panaceæ huic attribuuntur magnæ à Zehnero, Physico olim Mainunensi. Purgat solùm ἄνω καὶ κάτω, si do-

sis exaltetur; διαφόρησιν autem excitat, si minuatur.

Infanti pro dosi gr. I. puero gr. I ½. ab anno 5. ad 7. gr. ij. commendantur. Aetatibus reliquis sensim augetur dosis.

Omninò tamen in hoc & aliis medicamentis mercurialibus omnibus maximâ cautione & prudenti medico opus est; nisi enim mercurius dextrè adhibeatur, verum est, & diligenter tyronibus notandum, quod Guil. Fabricius in respons. ad D. Michael. Doringium scribit: *Mercurius sive crudus, sive in mercurium vitæ transmutatus fuerit, aut negligenter præparatus, aut iis, quibus non convenit, empiricorum more & absq; ratione exhibitus, imò exterius admotus in mercurium mortis plerumq; evadit, rectéq; illum mercurium vitæ æternæ appellare possum.*

ELIXIR VITÆ ET LAVDANVM MERCVRIALE.

POne arcan. corallin. suprà descript. in phiola Hermeticè sigillata ad calorem cinerum integrum octiduum, extrahitur tinctura auri, instar sanguinis rubea, quam denuò, relicto in fundo albicante auri corpore, in alia phiola Hermeticè clausa coagula lento igne in athannore in lapidem rubeum, quem super lapide porphyrio in lo-

co

o frigido humido solve in oleum, quod denuò, rejectis fecibus, coagula, & tertiò eandem coagulationem repete.

Est summum Elixir vitæ & laudanum mercuriale probè in vitro servandum. Ejus dosis st à gr. 1. ad 3. cum extract. theriac. & pulv. quirit. q. s. ad incorporandum in formam pilularum, superbibito haustu vini in quolibet moro, repetitis, si necessitas flagitat, dosibus. Exibetur etiam in aq. theriacali. Humores rassos & viscidos leniter expurgat, illisque xpurgatis, sudorem movet: arthriticorum & e venereâ infectorum singulare remedium abetur.

LAVDANVM MINERALE.

EX eodem arcano corallino deinceps etiam aliud & quidem præstans admoum alexipharmacum fieri potest. Extrae illud aceto destillato, in leni calore, mdiu, donec acetum fiat coloris lutei. osteà sevoca indè acetum & ex relicto exacto rubedinem cum spiritu vini extrahe, uo ablato, manet pulvis rubeus, quem ser. *Ejus grana ij. in convenienti liquore, in orbis etiam deploratis, propinata, vesperi alum laxant, tandem sudorem & somnum conliant.*

MERCURIUS DULCIS.
PANCHYMAGOGON QVERCETANI:
DRACO MITIGATVS.

℞. Mercur. ſublimat. puri & ſinceri ℥viij. Mercur. probè purgat, ℥iij. Terendo invicem, partem poſt partem miſce in mortario lapideo, donec in ſublimatum mercurius vivus abſumptus fuerit, deindè ſublima ex phiola, ad medietatem tantùm impleta, in arena, donec totum ad ſuperiorem phiolæ capacitatem adſcenderit; id quod plerumque ſpatio 8. vel 10. horarum fit. Fracto vitro mercurium crudum hâc primâ deſtillatione ſimul prodeuntem curiosè aufer, reſiduum denuò priore pacto ſublima, idque tertiò aut quartò repete ſine ulla additione rei externæ, & evadet ſublimatus inſtar cryſtalli pellucidus, qui omnem acrimoniam ſubitò depoſuit. Spiritus nimirum vitriolati in mercurio ſublimato reſtantes & vigentes, per homogeneum artificium, hoc eſt, per mercurium crudum currentem rectificatur. Non nimirum actione & paſſione illà mutuâ miſtionis & triturationis illi ſpiritus diſcedunt, & pulverem relinquunt quaſi mortuum. Sed planè emoriuntur, ut iidem, vel acres alii ſpiritus ab aliis ſolent mortificari. Finitis ſublimationibus, maſſa denſior in pulverem redigitur ſubtilem, aquâ roſaceâ ſæpius eluendum.

Ejus grana XV. ad XX. vel etiam XXX. in robuſtis, cum extracto aliquo purgante, ut extract. trochiſc. alband. gr. IV. aut V. in pilulas parvas conformata, dentur. Omnes humores

es noxios sine aliqua perturbatione expurgat. Exhibetur in omnibus affectibus; ac da i solet onuenientius post mediam noctem. Evidentior ejus operatio est, si ad grana XVI. hujus admisceantur grana duo florum antimonii, seu mercurii vitæ, probè prius & diu inuicem terendo pistillo, non metallico, nec ligneo (huic nimirum adhærescerent) & posteà doses in pilulas conformando (tres horas debent teri, & ita melius operantur; quò magis teritur, eò major est operatio, nec nimium vomitum ciet) posset secundo die repeti. Si nihil vitii adest, nihil expellit. Post assumptionem quiescendum est. Hoc medicamento quidam singulis mensibus usi sunt. Non exhibendum est in aliquo vehiculo, ut liquore, sed tantùm in forma pilularum.

MERCVRIVS VITÆ,
VEL
PVLVIS EMETICVS;
ITEM
PVLVIS ANGELICVS,
VEL
PVLVIS ALGAROTHI,
ITEM
AQVILA ALBA.

℞. ANtimon. *Vngaric.* & Mercur. sublimat. ana ℔j. terantur ac misceantur diligenter in retorta vitrea luto obductâ, in arena medio-

cri

criigne destillentur, tunc liquor instar butyri seu glaciei egreditur, si concrescit in collo retortæ, ut sæpè fieri solet, tunc admotâ prunâ forcipe comprehensâ liquescat, ne obstructione impediatur destillatio. Hunc liquorem vulgò vocant Mercurium vitæ, cum tamen sit summè corrosivus: & fuerunt quidam ita temerarii, qui cum illo impunè luserunt de corio humano. Si aqua calida illi affundatur, tunc salia corrosiva resolvuntur, & flores albi petunt fundum, diligentissimè ab omni salsedine multoties aquâ calidâ edulcorandi: Ille pulvis siccus servatur ad usum medicum, & in complexionibus fortibus exhibetur majori cum successu intrà corpus, quàm vulgares antimonii flores albi per sublimationem præparati. Qui butyrum illud antimoniale prius rectificari volet, antequam aquam affundat, ei liberum esto: ita enim habebit flores candidiores. Num in Chimia aliquid præstare possit hoc oleum, indicent ii, qui illud cum auro radicaliter soluto fermentare, & per rotam philosophicam secundum artem requisitam deducere nôrunt.

In peste, capitis morbis, febribus, lue venerea, lepra, hydrope; item in ulceribus malignis per inferiora hic vitæ Mercurius suas operationes feliciter perficit; & si fortè moveat vomitum, non formidari debet. Duo, tria vel quatuor grana cum panchymagogo aliquo, vel conserva rosarum, violarum, vitello ovi, syrupo cydoniorum exhibeantur. Vomitum simul & secessum hic pulvis movet, datus cum vehiculo convenienti. Idem felicius obtinetur, si

pulvis

ulvis emeticus diligenter edulcoratus & exsiccatus a matracis seu phiolis, in igne arenæ fovetur, do- ec nimirum rubere inceperit. Hic itaque pulvis postea sæpius abstracto spiritu vini dosi quatuor vel uinque granorum tantùm per alvum purgat quas- unque impuritates. Quod si cum sale communi liquoties, diutiusque tritus, & salsedo postea dili- enter per aquam communem eluendo ablata fuerit, lam vim per secessum purgandi obtinet. Alio odo vis emetica mercurio tollitur. Nitrum fun- e in crucibulo, adde Mercurium vitæ, sensim eum njiciendo & agitando, crucibulum ab igne removea- ur. Postea refrigeretur, & mercurium infundo astar reguli invenies, quem exemptum aquá edulc ora. Ex Mercurio vitæ, prius denuò per retor- am evocatis partibus minus fixis (hâc nimirum ra- ione, si fortius urgeatur, emanabit vicissim liquor leaginosus butyri antimonialis, reliquum, verò in etorta fixum manet) in crucibulo strenuè igne li- uefacto fit vitrum transparens opacum, vel etiam, diu in igne contineatur, hyacinthinum, quod mino- i cum molestia à gr ij. per se ad gr. iij. in infusione urgat, sæpius etiam nullos ciendo vomitus. Ex- rabitur idem vitrum, quod succinum antimonii à uibusdam appellatur, cum aceto destillato, quod po- eà minori dosi gr. ij. vel iij. sudorem movet.

MERCURIUS CUM AURO PRÆPARATUS.

℞. AUri puriss. part. I. Mercur. viv, part. VI. Fiat s. a. amalgama. Mercurium ab a- algamate super igne lento carbonum evolare si-

ne

ne in tigillo, & remanebit calx folis in fundo. Calcem iterum cum aliis partibus VI. mercurii f. a. amalgama, optimè agitando, ut calx omnis in mercurio diſſolvatur, & unum atque homogeneum corpus appareat. Amalgama hoc inde retortæ parvæ lutatæ, & ſuperfunde aquam fortem ad eminentiam trium digitorum. Retortam in cineribus loca per diem ad digerendum igne mediocri. Die ſequenti igne fortiori collige aquam fortem in recipiens retortæ appoſitum, & ignem ſub finem auge eousque, ut fundus retortæ incandeſcat, & omnes ſpiritus aquæ fortis corroſivi deſtillent. Vaſis refrigeratis materiam exime, tere, iterumque retortæ inde, & ſuperfunde aquam fortem antea abſtractam, iterumque igne forti arenæ deſtilla, ut prius, ut retorta in fundo in candeſcat. Vaſis refrigeratis, materiam in retorta reſiduam & rubicundiſſimam exime, abjiciendo illud, quod fortè ad latera retortæ ſublimatum eſt. Tum ſume laminam ferream quadratam, quam in igne, ut incandeſcat, tene. Cum optimè candet, inſperge pulverem mercurialem, ut optimè exſiccetur, &, quod volatile reſtat, evaporet. Cum ferrum frigere incipit, materiam aufer, & in vaſe clauſo ad uſum reſ ſerva.

Lentè & ſine omni vomitu per ſeceſſum purgat, niſi ventriculus quibuslibet impuritatum mineris refertus ſit. Doſis eſt à gr. II *cum paucula terebinthina, aut ext*

ynthidis aut, in horum defectu, cum pilulis ochiis minoribus, aut aliis. Summum est arcanum in hydrope, lue venerea, & omnibus cutaneis affectibus ac defluxionibus, atque ubi orpus humiditatibus pituitosis scatet

PANACEA MERCURII ALBA VULGARIS.

Mercurius in aqua forti dissolvitur: In solutionem aqua salsa infunditur, ut mercuius ad fundum præcipitetur. *Qui ab omni saledine per iteratas ablutiones liberatus, exhibetur um terebinthina à gr. V. ad XV. in morbis venereis maximè, non tamen inveteratis: purgat per nferiora tantùm.*

MERCURIUS LAXATIVUS.

℞. Mercur. viv. q. s. Superfunde Olei sulphuris per campanam facti, aut Olei viiioli tantum, ut digitum transversum superemieat. Deindè in arena calida tamdiu pone, doec materia calida in vase coaguletur: quod fiet atra tres horas. Matracium papyro saltem teatur, quo spiritibus volatilibus pateat exitus. Inctracto matracio, materiam aufer, &, siquid ortè mercurii vivi adhuc infundo restat, illud seara. Materiam pulveratam in crucibulum inde, t igne patenti per horam digere, ut totus in igne abeat. Hînc, ab igne remoto crucibulo, mateam in aquam calidam injice, & convertetur in ulverem flavissimum qui, abjectâ aquâ, aliâ reens affusâ, lavetur & postea exsiccetur. Hînc matracium in datur, & cum spiritu vini per 15. dies

dies digeratur. Posteà spiritus vini decantetur, & mercurius super candens ferrum ponatur, ut optimè exsiccetur. *Dosis est à gr. V. ad X.*

In exhibitione mercurii quomodocunque parati notandum, Primò, convenientissimam omnium exhibendi formam esse pilulas, ne scilicet mercurius nimiâ morâ noxam palato adferat, movendo ptyalismum, & tonsillarum tumorem inferendo, attractis undique ad palatum humoribus tenuioribus propriâ quâdam naturæ familiaritate.

Secundò, Incorporaturus mercurium semper consultum puta addere guttam unam vel alteram olei sulphuris. Etenim hoc ipsius malignitatem compescit, & figit volatilitatem, quâ sursum tendit, ac symptomata, quæ infert, corrigit.

Tertiò, ut post sumptum mercurium, ad summum horis duabus, detur jusculum, & dimidiâ horâ post cibus, quò ne diutius in ventriculo hæreat.

Quarto, ne sæpè vel multum biliosis exhibeatur: quia educendo serosam humiditatem, frenum bilis, nocumento esse illis valdè potest.

Quinto, ut semper exhibeatur cum terebinthina aut extracto colocynthidis & scammonii; cujus descriptionem jam fideliter communicavimus.

SPE-

SPECIFICUM PURGANS PARACELSI.

DEstilletur spiritus tartari, sine tamen adjectione spiritûs vini. Istius ℔j. adde Spir. ...ni ℔ij. Spir. vitrioli rectificati ℥ij. & simul super ...lcothar vitrioli & caput mortuum tartari, ex ...o nempè spiritus prolectus, posteà autem ad ni...edinem calcinatum fuerit, affunde, inque vase ...nè clauso digere in B. M. per dies plusculos. ...andem destilla per retortam igne nudo, sed ab ...itio admodum miti & lento, ne nimirum spiri...s, qui tenerrimi sunt, exhalent & pereant. In ...e urge igne vehementiori: Hæc destillatio vix ...um dierum spatio absolvitur. Ex eo capite ...ortuo, quod post destillationem hanc reliquum ...erit, prius tamen in furno figulino probè vehe...nterque calcinato, elice vulgari modo sal, ac ...m præcedenti spiritu destillato per quindecim ...s in B. M. digere, tandem utrumque cum argil... ...icca, vel etiam cum pumice calcinato impasta, ...ex retorta terrea igne aperto destilla. Sic pro...it cum spiritu ipsum sal omne spirituosum fa...m, ac eidem liquori prolecto miscebitur. Hunc ...ò liquorem per iteratas vices cohoba, hoc est, ...quoties destilla, vel saltem in balnei digestione ...nque, donec sponte suâ sales in fundo reper..., apparere inceperint, exoptatæ denique pur...oni inservientes.

...ecretioris Chimiæ perscrutatorum nonnulli ...i uni Specifici hujus purgantis addunt partem ...am Essentiæ croci orientalis cum spiritu vini

T extra

extractæ, à qua spiritus vini non separatus est: circulant hæc duo duas vel tres septimanas, & ad usum servant. Datur etiam hoc Specificum purgans sine essentia croci, sed præstat cum propter cordis confortationem. Quidam addunt adhuc Specificum aliquod vegetabile, & si Specificum hoc purgans ex vitriolo & tartaro factum, & cum croci essentia mistum pondere suo in hujusmodi Specificovegetabili seu liquore rubicundo propinatum fuerit, felicius effectum suum sortietur: atque hâc ratione tàm realgaria, quàm terrestres impuritates exactius ex corpore exterminabit,

In omnibus ergò morbis evacuatione egentibus, sine discrimine, non considerato scilicet eo humore, qui peccare videtur, sive sit bilis, sive pituita, feliciter exhibetur.

In omnibus item putrefactionibus & superfluis humiditatibus corporis, undecunque proveniant, mirabilia præstat.

Datur in vino, vel absinthite, vel maluatico, f... sculo, succo rosarum, ventriculo jejuno. Provectioris ætatis hominibus, utpote 20. 30. 40. & 5... annorum grana quatuor dantur: adolescentibus ... quindecim annorum granatria: Pueris & infantibus grana duo. Incalescant per horam post sumptionem in lecto; deindè surgant patientes, ambulent vel sedeant; Si in duabus horis non operatur, eandem dosin denuò exhibe, jejunent tres horas cum custodia integri diei ab aëre: alioquin gravia ... quuntur symptomata. Quâcunque viâ operetur, ne sis sollicitus, sive per vomitum, sedes, sudores

u...

nam. Sequenti die quiescant patientes. Ter- die auge dosin dimidiâ parte (ut si antè grana tuor exhibueris, jam sex offeras.) Servant diæ- primi diei: sequenti iterum quiescant. Sine- tas flagitat, offer tertiâ, quartâ, quintâ, sextâ vi- prout morbus est longus; semper tamen respi- dum est ad ipsius ægroti naturam, Sufficientiæ gantis hoc signum est: Dum super est in corpore puritas, purgat, & discurrit in membris hinc in- & præcipuè in centro morbi dolorem excitat. In ctu impuritatis non facit dolorem, & vix am- s purgat, quia humorem radicalem non vulga- m catharticorum more aggreditur, nec ita vires efactat.

SPECIFICUM SEU ARCANUM VEGETABILE.

Ossunt ex herbis & radicibus hellebori nigr. card. bened. imperatoriæ: radicibus petro- n. angelic. centaur. major. pimpinell. tormen chelidonii: herbis & floribus cichorii; herbis eric. aron. vincetoxic. verbasc. pentaphyll. omn. pro libitu, quemadmodum ex aliis o- ibus arcana subtilia quodammodo extrahi, dum quidem multis cognita: sed tamen pla- philosophica: Conservantur nimirum inte- omnes virtutes, quibus alioquin crudæ vi- t, præterea rediguntur in liquorem palato & macho gratum, cujus minima pars tantum po- , quantum integra quotacunque. Eum mo- n fideliter omnibus commendamus, ut fince- ibi traditum sanctè quoque custodiant.

Ex herbis & radicibus hisce jam nominatis, sive omnibus viridibus, sive quibusdam exsiccatis (uno & eodem tempore omnes haberi non possunt) fermentatis aliquantum & digestis fac spiritum & phlegma.

Ex capite mortuo calcinato more communi cum phlegmate sal elice, ut fiat lixivium, quod evaporatum ad olei formam quandam, conjunge cum suo spiritu antea reservato, ac misce cum triplo vel quadruplo aut argillæ, aut pumicis calcinati, & ex retorta, igne paulatim invalescente destilla in receptaculum amplissimum, cujus in fundo prius posita etiã sint hæc vegetabilia, in mediocri quantitate conjuncta (non quidem plane sicca, sed aliquantulum flaccida, humore scilicet elementari vel adventitio aliquantum jam tùm absumpto) prodibit spiritus, ac simul quoque sal aliquod spirituale; quæ injecta vegetabilia calcinabuntur, quasi in se se contracta videantur, ac liquor erit rubicundus. Peractâ destillatione, omne quod in receptaculo fuerit, destilla per retortam ex reverberio clauso, & prodibit liquor rubicundus cum aliquo foëtore, omnibus aliis vehiculis posteâ miscibilis, in sese retinens totam facultatem totius mixti. *Potest exhiberi per se, vel in aliis appropriatis vehiculis à ℈j, ad plures; vel etiam vehiculum appropriatum & conveniens est, in quo Specificum purgans feliciter propinatur.*

SPIRITUS VITRIOLI PURGANS.

QUando vitrum antimonii pulverisatum, aut etiam flores cum oleo vel spiritu vitrioli non

(quod

quod probè notandum) rectificato ad superemi-
nentiam duorum digitorum olei vel spiritûs in-
fundantur in matracio, & relinquantur aliquan-
diu in calore leni, fit extractio nigro punicea.

ejus guttæ IV.V.VI. *usque ad* X. *in aliquo liquore convenienti exhibitæ tantùm per alvum impuritates ventris feliciter, sine omni noxa, nausea & vomitu educunt; Catharticum admodum utile & multis morbis accommodatum. Ab experientia itaque petendum potius, quàm temerè pronunciandum.*

ELIXIR PROPRIETATIS PURGANS.

ALoës, Myrrhæ, ana ℥ij. Croci oriental. ℥ij. Radic. rhabarb. gialapp. resinos. ana ℥. Scammon. ℥ß. Fol. sen. *Alex.* Sem. ebuli ana ℥. Sal. tartari ℥iij. Cortic. citri, aurant. ana ℥ij. Pulveris. incisa s.a. Misc. iisque adfundatur vinum malvaticum vini spiritu exaltatum, & vitrioli spiritu modico impraegnatum. Per digestionem extracta tinctura effunditur. Novus spiritus affunditur. Conjuncti simul digerantur per dies & noctes 6. Pòst colentur per linteum subtile.

Alvũ leniter subducendi vim hoc Elixir habet, seq. commendat in actu præservationis & curationis. Exhibetur ℥ß. pro dosi in jure carnis vel pulli, aut cerevisiæ cum pane coctæ.

ELIXIR PURGANS D. MICHAELIS.

RAdic. gialapp. ℔iß. Sem. cartham. ℔j. Gumm. de peru, Scammon. rosat. ana ℥ß.

Extrah. cum Elixir. citri, adde aliquid cinamomi & syr. è succ. citri. *Dosis est à* ʒij. *ad* ʒiij.

Essentiam citri quis quocunque modo parare potest; insignior tamen est Dn. *Oswaldi Archiatri Elector. Bavar.*

Rescinde flavas citri cortices subtilissimè, relictam pulpam pone super fornacem sex vel octo dies, deinde exprime, succum destilla per cucurbitam, exibit spiritus, spiritum vini æmulans, sum perfunde corticibus, extrahet tincturam flavescentem, palato & oculis jucundissimam. Corticibus, ne interea temporis pereant, insperge paa tum aquæ citri vel rosarum.

CATHARTICUM ARGENTEUM.

℞. ARgenti puri ℥j. Aq. fort. ex sal. nitri & vitriol. exsiccat. ana partibus æqualibus destillatæ & per retortam in arena lentissimo igne prius rectificatæ ℥vj. Solve Lunam in hac aqua, & solutis adde recentis aquæ fortis ℥jv. Nitri purificati ℥ß. & invicem benè mixta per alembicum in B. M. vel arena vaporosa ad tertium cohobium destilla, liquorem scilicet destillatum fœcibus semper reaffundendo f. a. Posteà in arenam siccam pone cucurbitam, inferius luto munitam & apertam, ut reliquus humor aquæ fortis usque ad siccitatem indè penitùs eliciatur. Tunc fracto vitro materiam coagulatam, exterius nigricantem, intùs verò albicantem & crassiusculè priùs contusam dissolve in aquæ fortis superius cohobatæ ℥jv. vel circiter, donec pulvis niger, qui vera luna est, fundum petat; tunc liquorem cla-

...arum aufer per inclinationem, & in loco frigi-
...o, ut cryſtalli concreſcant, repone. Hos cry-
...allos exime, ad ignem ſicca, non verò ad ſolem,
...iàs nigreſcunt, & ſunt inutiles. Cumque ſatis
...eſiccati ſunt, ad uſum ita abſque edulcoratione
...bi ſerva.

Catharticum eſt forte, quo peritiores Chi-...iatri in cachexiâ, hydrope omnes ſeroſas ſive ...quoſas humiditates corporis, & externorum ...embrorum tumores in complexionibus for-...oribus purgant; retentas etiam & occultas ...quoſitates, in angulis laterum, vel alibi colle-...as, & varia ſymptomata cauſantes, expellunt, ...& degravatas corporis partes relevant. Do-...is eſt à gr. IV. ad V. in vini calidi bono hauſtu: ...ſus verò decreſcente lunâ, & falcatâ ſeu cor-...iculatâ (niſi affectûs ratio temporis hanc mo-...am diſſuaſerit) maximè eſt conducibilis.

LIQUOR ANTIMONII NOBILIS,

Per inferiora tantùm purgans.

℞. Vitri antimonii q. pl. pulveriſa', affunde in matracio ſpiritum vitrioli non rectifica-...um, ut ſupereminieat duobus digitis, relinque in ...alore moderato aliquandiu, & ſpiritus redditur ...igropuniceus: *Ejus guttæ IV. V. VI. usque ad X. ...n aliquo liquore convenienti exhibitæ, ſine omni no-...a, nauſea & vomitu alvum tantùm ſolvunt.* Ca-

ibarticum admodum utile, & multis morbis accommodatum.

SPIRITUS ANTIMONIALIS
Per inferiora purgans.

℞. SPir. anisi ℥vj. Antimonii ʒij. Stent in infusione in loco calido per aliquot dies. Posteà filtrentur. *Dosis est a* ʒij. *ad* ʒiij. *&* ℥ß. *In julebo violarum vel syrupo de Cinamom.*

ESSENTIA ANTIMONII PURGANS.

℞. FL. antimon. alb. ℥iij. Affund. vini albi ℔ij. In quo ebulliant, donec extrahantur, filtrentur per chartam emporeticam, & addantur huic extractioni Salis essentificat. ℥vj. Evapor. ad siccitatem; huic materiæ siccæ si affundatur aliquid aquæ fontanæ, in cella resolvatur in liquorem, *cujus dosis est a* ℈iß. *ad* ℈ij. *&* ℈iij.

ELIXIR ANTIMONII.

SUme bonam mineram antimonii, tere subtiliter, & sublima cum media parte salis armoniaci, quicquid sublimatum fuerit, impone retortæ vitreæ, & ter destilla, post singulas destillationes feces separando, tandem sal armoniacum aufer dulcorando, & materiam antimonii, probè clausam, reverbera igne moderato, non nimium pellendo, donec fiat instar terræ cinnabaris, quo facto, affunde acetum forte vini destillatum, & extrahe eius rubedinem, acetum abstrahe, donec remaneat pulvis, quod fieri debet in B. M. Deindè extrahe cum spiritu vini, ut feces separentur, & habebis extractionem claram & puram. Hoc per-

tracto, impone hunc spiritum vini cucurbitæ unà cum extractione, appone nonnihil tincturæ corallorum & quintæ essentiæ rhabarbari, *& exhibe dosin trium aut quatuor guttarum. Efficit molles secessus & purgat sine ventris torminibus, si quidem præparando benè processeris, efficit sanguinem agilem, & iis apta est medicina, qui desiderant molliores secessus.*

FLORES ANTIMONII CORRECTI.

FLores antimonii in usum medicum accersendi non sunt, nisi corrigantur; id quod de vitro ejusdem rectè à veris Chimiatris pronunciatum est. Primò itaque ut flores antimonii probè corrigantur, habeantur flores antimonii albi, qui communi more fiunt, per sublimationem scilicet in aliquot ollis supernè ad orificium cucurbitæ sese excipientibus; quæ via quidem expedita; sed felicius pro veniunt, si fictilis cucurbita ex bona materia facta inferius propè fundum sit tubulata, eique posteà firmiter in furnum collocatæ ad aptentur alembici cœci invicem sese capientes: itaque quâ se capiunt, sint perforati: Eorum sint numero sex vel plures; in summitate verò apponatur alembicus vitreus rostratus, cui cucurbita regalis adjecta sit. Primùm itaque ubi ignis gradibus admotis cucurbita tubulata per se vacua fuerit ignita, ex antimonio trito cochleare unum paulatim & post vices est injiciendum, statim liquescet, & vi ignis sursum tolluntur flores, super impositos alembicos cœcos: antimonium verò iniectum est

cum ferreo ſtylo incurvato aliquoties per tubulum movendum : ſic enim citius & velocius furſum fertur.

Omnibus ritè rectéque inſtructis, etiam add diſtantiſſimum alembicum roſtratum flores eleelevantur, cum aliquota parte phlegmatis acidi, quod in cucurbitam annexam dilapſum colligendum eſt, ſuoque uſui deſtinatum reſervandum. *Præſtat nimirum mirè in lumbricis expellendis cum aqua vel decocto radicis gentianæ gt. iij. iv. vel v. ſumptæ,* Et hic eſt modus florum alborum eliciendorum tutiſſimus.

Poſtea ℞. Sal. tartar. frequenti ſolutione & coagulatione ſummè depurati q.v. (quæ ſanè purificatio ſalis tartari apprimè eſt neceſſaria, alioquin apparatus hic non procedet] & affunde tantum de aceto deſtillato, vel potius de ſpiritu vini, quantum pro ſolutione ſalis ſufficit, abſtrahe acetum, ſive vini ſpiritum, lento igne in balneo, ut evaporet; nonnihil enim acredinis ſimul progreditur, affunde viciſſim acetum deſtillatum novum, ut dictum, & abſtrahe eodem modo reiterando laborem, donec tandem acetum ejuſdem ſaporis deſtillando egrediatur, quod octavâ vel nonâ imbibitione & deſtillatione fiet; & hoc Chimicis eſt imprægnare.

Hujus igitur Salis aceti ſpiritibus imprægnati & exſiccati accipe, exempl. gr. ℥iß. Fl. antimon. alb. modò præp. ℥j, Miſce, & in crucibulo ad ignem ſubitò liqueſcant, maſſam lique factam ferè inſtar ſanguinis rubram effunde ſupra marmor, ubi

pi refrixit, erit coloris cineritii: posteà tere materiam, & affunde illi in vitro sequentem aquam vitæ aromatisatam.

℞. Galang. Galliæ moschat. Caryophyll. Cinamom. vel Cass. lign. ver. Maceris ana. ʒß. Croci ʒiij, Terantur mediocriter, affundatur alcohol vini, in lento cinerum calore tincturam extrahe, posteà per declinationem aufer tinctum spiritum vini, & affunde recentem, donec non amplius tingatur: demùm omnem spiritum vini tinctum & aromatisatum affunde tataro & antimonio simul, ut dictum est, liquefacto, addendo Sal. vel Magister. perlarum & corallorum ana. ʒij.

Omnia vitro clauso digerantur in calore cinerũ per duos dies. Posteà adaptato capitello destilletur lento igne spiritus vini, & remanebit in fundo tinctura aromatum præcedentium cum pulvere antimonii & tartari; abstrahantur omnia ad siccitatem; Color erit instar caryphyllorum. Ita habebis antimonium optimè præparatum. Servetur in vitro clauso pulvis, quoniam in aêre resolvitur: sine ulla formidine tutò intra corpus exhiberi potest.

Mirabilia operantur hi Flores correcti in peste, febribus acutis, mania, philtris, dementia, fascinationibus. Morbis omnibus in universum opitulantur, quos atrabilis excitat. Epilepsiis & aliis plurimis morbis succurrunt. Per alvum, per superiora, per poros, per insensibilem transpirationem noxia copiosè expurgant. Dosis eorum est à gr. v. ad x. præsertim in robustioribus,

FLO-

FLORES ANTIMONII
Alio modo præparati & correcti.

Fiant primùm flores antimonii albi sequenti modo. Sumatur olla aut cucurbita fictilis ampla & juxta fundum perforata, cui in furnum locatæ applicentur perforatæ aliæ quatuor vel quinque, invicem se excipientes, & in summitate apponatur alembicus rostratus, atque accendatur ignis lentus, donec inferius vas per gradus candescat. Hinc antimonii pulverati ℥ß. per foramen, in infima olla relictum, injicitur. Quo injecto, statim elevantur flores in superpositas ollas. Foramen apto subindè operculo exactè claudatur. Relinquantur per horam continuato igne, donec olla inferior candeat. Horâ elapsâ aliam antimonii pulverati semiunciam injice, iterumque per horam relinque. Hic labor, quoties visum fuerit, repetatur. In principio semper aliquid phlegmatis per alembicum destillare solet; quod cum stillavit, rostrum claudatur chartâ & sublimatio, ut dictum, continuetur. Floribus hoc modo præparatis, ex melle aqua destilletur lento cinerum aut balnei calore. Quæ primò exit, insipida est. Priorem cum æqua spiritûs vini rectificati portione misce, & in phiolam super flores affunde, ad eminentiam quatuor digitorum. Circulentur hoc modo flores in sole, vel alio loco calido per mensem. Posteà, menstruo abjecto, flores exsicca leni calore, & serva. Videbis violentiam florum antimonii, quæ à cruditate erat, per coctionem & nobilis menstrui præsentiam concoctam atque sublatam, *ac tantùm sedes movere, sine*

omni

mni vomitu. *Dosis est à gr.* v.*ad* vi. *vel* vii. *In vehiculo idoneo.*

FLORES ANTIMONII RUBEI.

℞. ANtimonii ℥. x. & in bocciam seu cucurbitam dictam, adaptatis instrumentis reliquis, obliquè jacentibus, urge ignis gradibus remissis primò, posteà auctis, tandem vehementioribus per 30. horas, & prodit antimoniũ in floribus partim rubeis, partim purpureis in adjectum instrumentum eminens, scilicet capitellum, sine omni capite mortuò, nisi quòd crystalli ad superiorem partẽ retortæ ex ipso antimonio crudo elevati fuerint, Flores omnes post finitam operationẽ diligenter colligendi sunt. *Dosis eorum est à gr.* ij.*ad* iij. Hi flores quidem vomitivi sunt, sed si ex vini & mellis spiritu calcinentur vel circulentur, omnem deponunt violentiam, retinebuntque solam dejiciendi facultatem, Violentia nimirum est à cruditate, quæ menstruorum nobilium clementiâ & coctione mitescit. Spiritus vini affundatur melli, stet in sublimatorio aliquandiu, posteà destilletur, inde augeatur ignis, ut spiritus quoque mellis transeat, & jungatur spiritui vini. Quin imò

imò, iidem flores, si in scutella vitrea, chartâ supernè duntaxat tectá, ponantur ad mediocrem calorem fornacis, per hyemem ad mensis unius vel alterius spatium: agitentur quotidiè bis, ne non agitati nigrescant, flores manent rubei, sed tamen benè porosi & leves. *Movent sedes duntaxat sine vomitu, per benignè fæces expurgando.*

FLORES ANTIMONII RUBEI,

Per alvum duntaxat purgantes.

SOlve tartarum calcinatum in aqua fervente, trajice per filtrum, & posteà phlegma leni evaporatione tolle (si sal tartari aceti spiritu sæpiùs impraegnatum cum triplo argillæ pòst destilletur per retortam, prodit *arcanum tartari, præstantissimum in affectibus ventriculi, renum &c. remedium; & quod reliqua suâ aperiendi facultate ferè superat.* Solutionem verò mundam in vasculo serva. Funde in crucibulo antimonium crudum, fusumque in priorem tartari solutionem immitte. Præcipitabuntur ad fundum flores antimonii rubei. *Quorum, priùs per aquam communem ab omni salsedine liberatorum & exsiccatorum ℞. gr. vi. vel viij. vel x. adde Sulph. vitrioli gr. ij. & propina in syrupo capillorum veneris, vel alio extracto conveenti. Mirificè, sed admodum leniter exhauriunt*

etiam

*iam à distantissimis locis vel partibus, tra-
endo fluxus capitis & podagricos.*

PILULÆ ANTIMONIALES DUPLICES.

EX floribus antimonii albis nobiles admodum pilulæ confici possunt, quæ mirabiliter operantur, & majorem partem per alvum purgant, sæpiùs per superiora, sed tùm demùm fortius, quando prima ventris regio impuritatum mineris, ideoque etiam ex indicationum lege exterminandis, referta fuerit. Hæc autem vis vomitiva facile tolli potest, relictâ tantùm facultate purgandi per inferiora. Possunt igitur Pilulæ antimoniales duplices præparari: priores sunt emeticæ, hoc est, ἄνω καὶ κάτω per inferiora & superiora purgantes.

Posteriores saltem per alvum purgant. Ambarum compositionem & usum fideliter hîc communicamus. Primò omnium fiat aqua fortis, ex vitrioli ad flavedinem calcinati & salis comm. ana. ℔iij. quibus adde terræ figulinæ duplum aut triplum, & misce. Posteà ex retorta fac igne nudo aquam, deinceps in balneo à phlegmate deliberandam, ut soli nimirum spiritus maneant.

℞. Deindè flores antimonii albos, adde æqualem partem istius aquæ, & per balne-

um

um lento igne phlegma inutile evoca: Spiritus nimirum coacervantur cum floribus, & aquositas tantùm mittitur. Affunde recentem aquam præparatam, atque denuò evoca phlegma, idque tantisper fac, quantisper flores à spiritu adjecto probè imprægnati nihil amplius spirituum ejusdem aquæ apud se retinere queant. Hoc igitur modo prægnantes flores ex retorta destilla, & diligenter excipe humiditatem aqueam, primò quidem prodeuntem. Est nimirum ea seperanda. Exeuntibus verò guttulis albicantibus ponderosis & parvis, aliud excipulum adponendum est, & oleum colligendum tamdiu, donec omnia prolecta fuerint, relicto post se capite mortuo inutili. (Hic liquor prodit consimili planè modo & facie cum butyro antimonii seu mercurio vitæ: quare istius loco hîc sumi posse videtur.) Hoc oleum paulatim in excipulo coagulatur, & in crystallos concrescit; qui de novo secundâ vice per retortam sunt purificandi. Prodit nimirum idem oleum, sed purius & elegantius. Hoc oleum est basis istarum pilularum emeticarum, tùm per alvum tantùm purgantium. Nam si ejus olei particula in aquam destillatam puvialem injecta fuerit, præcipitatur in pul-

erem albissimum, rarum & mollem, sæ-
ausaquâ destillatâ ab omni acrimonia e-
endum, *qui postea cum extractis purganti-
us, quantum ad incorporandum satis sit, in pi-
las à gr. i. ad iij. redactus omnes humores
xios per alvum & secessum purgat.* Si vero
ei istius particula injiciatur inæqui pon-
erans oleum tartari, per deliquium fa-
um, atque per unum atque alterum
em sibi relicta invicem, tandem aliquoties
uendo purificata & dulcificata fuerint,
ores redduntur admodum molles & de-
ati, *qui similiter cum extractis purgantibus,
pilulas redacti à gr. i. ad iij in dosi tantùm
r alvum movent leniter & sine omni mole-
a ac tormine. Vtriusque vero sortis pilulæ
omnibus morbis, ubi evacuatione opus est,
hiberi commodissimè possunt.*

ELECTUARIUM ANTIMONII.

VItrum antimonii, fusum, Sole & Lunâ in aquario seu piscibus existentibus: tera subtiliter aliquoties affundendo spiritum vi- oli, & iterum exsiccando in cineribus: sic ha- bis massam albam, quam in pulverem teres. ujus pulveris sume ℥ij. Theriac. *Andr.* tantun- m, Nucis moschat. Mastich. Cortic. aurant. rall. rubr. præp. ana ʒij. Lapid. Bezoar ori-. ʒß. Caryophyll. Sem. föenic. Coriandr. p. ana ℈ij. pulveris. optimè & commisc. fiatque

cum Myv. cydonior. q. s. Massa, de qua formentur pilulæ in forma pisorum,

Mirabiliter hæ pilulæ operantur in peste, febre quartana, hydrope, longis & obfirmatis morbis, diuturnis putridis febribus, cachexia, melancholia, insania, delirio, ac venenorum haustorum symptomatibus. Debiliori datur pilula una, vel per se vel cum debito liquore deglutienda. Fortiori duæ, habitâ ratione ægrotantis virium.

In hujus autem Electuarii antimonii cæterorumque ex antimonio præparatorum medicamentorum exhibitione cavendum. 1. ne sint alvi constipationes, dolores colici, aut unum membrorum principalium vehementer læsum ne pulmo scilicet valdè sit exulceratus, aut hepar simili etiam affectu laboret, alioquin à gravi vomitu & commotione periculum; Antimonium enim in ejusmodi adfectibus ac etiam frequenter nimis usurpatum tandem humiditates innatas extrahit & convulsiones excitat. Vnde etiam in biliosis corporibus & siccis tàm frequens esse non debet,

2. Quibus antimonium offertur, iis antè ejus assumtionem, & pòst vena non est facilè incidenda, nisi summa necessitas id requirat. Nam helleborus vehementius etiam movet vomitu

scat

[...]et igitur antimonialibus virtutibus: at [...]s unquam vetuit post, vel ante hellebori ex[...]itionem, indicatione requirente, phleboto[...]m?

3. Ubi sese vomitus movet, solet exhiberi [...] aut jus pisorum leviter coctorum, vel gal[...]rum non pingue, aut calidæ cerevisiæ hau[...], reiterando, si opus, aliquoties, ut quis faci[...] vomat, & medicamenti actio acceleretur.

4. Offerantur semper duabus vel tribus ho[...]ante & post pastum.

5. Picrocholis, & iis, qui difficulter vo[...]nt, ac qui viribus imbecillibus sunt præditi, [...] temere offerri debent, ne stomachus ex eo[...] usu gravius vellicetur distendaturque, & [...]es ægri in totum dejiciantur.

[...]. Iis recte dantur, qui ad vomitum sunt [...]lives, stomachum fortem habent, thoracem [...]lum & latum, longum item collum, quique [...]ere aliàs sunt assueti, & quibus humorum [...]eria sursum fertur.

7. Si morbus occurrit contumax, vel alius [...]nicus, hic maturandus cum usu digestivi, [...]ari vitriolati per duos dies, posteà antimo[...] exhibeatur.

[...] In peste si offeratur antimonium, obser[...]dum, ut unâ operâ supra bubonem empla-

strum maturativum attractivum, supra anthracem attractivum ponatur, alioquin instar scirrhi indurescit, & aliquot menses durities illa non remittit.

9. *Ad compescendum etiam vomitum nimium in hypercatharsi offertur theriaca recens, vel succus cydoniorum crudus, vel rob de iis, vel granum unum laudani opiati, quod citissimè etiam vomitum compescit. Emplastrum de crusta panis ventriculo imponitur: & plantis pedum panis tostus aceto madefactus. Si summus adsit dolor capitis, apponitur capiti & fronti linteum madefactum aquâ verbenæ, cum aceto & oleo rosarum.*

OLEUM ANTIMONII DULCE.

ANtimonium calcinatur ad summam albedinem. Ex eo per acetum, vel per spiritum vini in balneo essentia salina extrahitur. Deindè abstrahitur acetum, & denuò eadem essentia extrahitur aquâ pluviatili, ac trajicitur per chartam bibulam aliquoties. Hunc laborem repetendo, fit sal nitidissimus, qui in cella frigida liquescit, & solvitur in oleum rubicundum, quod fit instar sacchari dulce. *Hujus guttæ* VII. *per alvum clementer purgant.*

SUCCINUM ANTIMONII.

QUod ut fiat, mercurii vitæ vulgaris partes volatiles igne lento evocari in retorta, & in oleum destillari debent. Ex eo, quod relinquun

in crucibulo fundatur, conficitur vitrum colore ccini ferè. *Dosis grana* ij. *vel* iij. *cùm per se, tùm infuso.*

ITRVM ANTIMONII PVRGANS.

Vltrum antimonii in veram chilistem laxativam sequenti modo abit. ℞. Vitri antimoi pulverisat. ℥j. Instilla Spir. vitriol. optimè reâficat. tantundem. Misce diligenter in mortao, atqui in catino ad ignem lenem exsicca, & enuò eandem quantitatem spir. vitrioli affunde, que iterum exsicca, idque septies repete, semper tendendo, ut pulvis benè exsiccetur. Interim ℞. Mastiches ℥j. Affunde illi Spir. vini ℔j. Digere r quatuor horas. Tunc spiritum vini decan-, atque in eo vitrum antimonii præparatum per iduum macera. Deinde flores seu vitrum cum iritu vini in crucibulum inde, & spiritum vini cende, ut totus deflagret. Quod ut rectius t, cum flammam non amplius concipit mate-a, colloca crucibulum in igne rotæ, ut totus spitus vini exhalet. Pulvis residuus leni igne cinem per 12. horas in scutella vitrea exsiccetur. *osis ejus est à gr.* ij. *ad* VI. *Dicta hæc medicamen-, ut majori cum voluptate assumantur, misceri porunt cum conserva rosarum, aut quâcunque aliâ, t cum saccharo rosato Quod dum adhuc calet, catino eximatur, & super tabulam mundam tendatur, &, cultro designatâ magnitudine tabu-rum, in singulas tabulas indantur quatuor grana tri aut florum antimonii pulveratorum, & sic rmentur tabulæ, quas in aëre leniter exsicca.*

Vel saccharum rosatum cum pauca aqua rosa-rum in mortario contunde, ut fiat massa. Hujus ℞ quantum libet, eique admisce dosin antimonii prapa-rati, & cum instrumento apto tabellam manu for-ma; & sic procede, donec habeas, quantumvis. Vel subigatur farina cum aqua rosarum, addito cinna-momi tantillo, ut fiat massa. Ex hac placentulas oblata formâ formatas in instrumento appropriato coque, ac singulis in sperge dosin vitri antimonii pra-parati.

Vel pira moscatellina sunt ita conficienda, ut in singulis foramen fiat, cui indatur dosis dicti purgan-tis, iterumque proprio operculo exactè claudatur & conficiatur confectio humido-sicca. Idem & in aliis fructibus conficiendis fieri potest.

Circa hoc vitrum antimonii purgans non sine ra-tione hanc quaestionem ventilamus: An detur Anti-monium solùm per inferiora purgans? Quæ de desi-derato antimonii solâ per alvum deturbandi vi pol-lentis voto Crollius in Basilic. Chimic. dicit, recla-mant dissidentium opinionum judicia, quæ sunt ex-perientia & testimonium tot clarissimorum virorum: præparatur nimirum antimonium solâ per alvum movendi vi præditum: Antimonio nimirum o-mnis vis emetica adimitur, ita ut nec suprà nec in-frà moveat, solam diaphoresin procreet. Id autem fit ab arte. Si itaque ars omnem potest adimere vim purgandi: ergò solam, quæ per alvum ducit, in ea-dem retinere potest, alteram mitigare vel prorsus tollere: Vtrumque nimirum est pars operationis so-lius tàm per alvum, quàm per vomitum. Quod i-

taq-

aque totum abolet, potest etiam alterutrum abole-e. Sic enim flores antimonii ita corrigantur, ne imirum tam vehementer sursum moveant. Sic idem flores circulatione per nobiliora menstrua spi-itûs vini & mellis, denique per simplicem digestio-em cicurantur, ne sursum moveant. Et flores an-imonii solâ tritione cum sale communi aliquandiu ontinuatâ, vim movendi amittunt.

AURUM VITÆ PURGANS.

EX auro paratur Aurum vitæ purgans cum re-gulo antimonii, qui labor sic peragitur: pri-nò fit amalgama cum mercurio, & solutio cum a-qua regis, solutiones confunduntur, aqua regis ab-trahitur, massa teritur, & iterum aqua regis affun-litur, & hic labor quinquies vel sexies reiteratur, semper ea, quæ ad vitri latera vel alembicum sub-imantur, rejiciendo, tandem materia exempta arbonibus imponitur, quoad puniceum colorem ontraxerit, postmodum aquâ calidâ diluatur oties, donec pulvis insipidus fiat, cui affundi-ur spiritus vini, & tandem aqua rosarum. *Dosis st à gr. iij. ad vi. & potest cum aliis purgantibus ex-beri, veluti cum extract. Panchymagogo Crollii, ellebor. nigr.*

TERRA TARTARI FOLIATA SE-CRETISSIMA,

℞. TArtarum bënè calcinatum, affunde ace-tum ad extrahendam animam tartari. E-aporet phlegma, rursusque affundatur aliud ace-um, idque tamdiu, donec in evaporatione ace-um sentias, tunc tarterus est animatus & erit ni-er. Affunde aquam vitæ, solve, filtra, coa-

gula; sæpius reiterato, & efficietur terra foliata candidissima. *Purgat corpus blandè & egregiè in morbis quibuscunq; deploratissimis. Dosis est à gr. v. ad x.*

Hanc descriptionem Terræ foliatæ secretissimæ brevissimam omnibusque numeris absolutam primus luci publicæ tradidit, Phil. Mullerus l. 3. c. 4. Miracul. Chymic. Locatellus in Arcan. Chimic. pag. 205. eam hactenus in secretiss habitam, & ænigmatum nube ob velatam, à se multas tandem sumptuosas post aberrationes indagatam gloriatur, vocatque eam Terram foliatam Philosophicam. Aliqui vocant Sal tartari essentiale. Schrödero Pharmacop. Lib. 4. Tit. d. Tartar. nomine venit Magisterii tartari purgantis. *Zwelferus in animadvers. Pharm. Augustan. pro Arcano tartari Sennerti habet. A nonnullis censetur esse Sal secretum Zwelferi, cujus mentionem facit Mantissâ Hermeticâ, sub tit. Essentia Martis veræ. Descriptionem ejus dilucidiorem habet Rolfincius l. 5. chim. in art form. redact. s. 1. c. 14. Et egregiè de ea scribit. Dn. D. Sachs Ampelograph. p. 666.*

ESSENTIA IOVIS.

℞. STanni q. v. liqua agitando spatulâ ferreâ, donec in pulverem abeat, huic affunde acetum philosophorum ad eminentiam quatuor digitorum, digeratur

tur per tres dies in balneo, ut melius stanni calx solvatur, reaffundendo toties acetum, donec stanni calx soluta sit, solutiones omnes abstrahendæ, magma aceto acerrimo solvendum est, quæ solutiones reiterandæ sunt, ad minimum quater, tandem magma spiritu vini solvendum, in balneo digerendum, & abstracto spiritu vini, spiritus per ignem fortem eliciendus est, ubi exibit spiritus albus cum oleo subflavi coloris, quod cũ suo spiritu septies rectificandum, ex fecibus sal fixum extrahendũ, depurandum & spiritu volatili connectendum cum suo sale; quæ tria in unum abeunt per circulationem. *Hujus Essentiæ dosis est à* ℈j *ad* ℈ij. *Purgat summo cum effectu sursum & deorsum in mania, hydrope & morbis hepatis,*

TITULUS IV.

DE DIURETICIS.

ABsoluto titulo superiori de purgationibus, pergimus in hoc titulo admodum evacuandi vitiosos humores per urinam. Cùm enim per alvum non excerni possint omnium morborum impuritates, diuretica & diaphoretica usurpanda sunt.

Nam etsi per urinam præcipuè humor aquosus, qui ex potu superest, & cum sanguine miscetur, atque ὄχημα τροφῆς est, evacuetur, & gibba

pars hepatis, renes, vesica & his inservientia vasa purgentur, attamen etiam per eandem reliqui humores attenuati imprimis serosi, pituita tenuior & biliosus humor evacuari, ac universum genus venosum & arteriosum purgari potest. Non verò hoc loco silentio præter eundum, inter se differre medicamenta urinam cientia & διουρητικὰ propriè dicta. Urinam enim ciere quoddam genericum est, & plura sunt, quæ urinam movent. Quædam enim id faciunt, quod plurimum aquosæ materiæ suppeditant, quæ cum ad renes deducitur, simul etiam humores in venis & arteriis educuntur. Talia sunt: vinum album, semina melonum, cucurbitæ, cucumeris &c. Quædam urinam movent, quòd vim abstergendi humores, qui in renibus & viis ad eos sunt, habent. Sunt & alia quæ utrumque præstant, & aquositatem plurimam suppeditant, ac vim abstergendi habent, quales sunt quædam aquæ thermales.

Διουρητικὰ autem propriè dicta sunt medicamenta calida & sicca, quæ vim habent incidendi serosa à sanguine separandi, & humores fundendi atque in aquosam substantiam mutandi, de quibus jam nunc in hoc titulo agemus. Neque, quoties urinam movere opus est, quodlibet ex his competit: nam in renibus, vesica, & his ministrantibus partibus, si humores crassi evacuandi subsistant, ut *Sennertus* loquitur, competunt solùm διουρητικά. Nam si illa hîc adhibeantur, quæ solùm urinam augent, obstructiones ita augerentur.

tur. Ita hydropicos juvant διουρητικά: quibus si urinam moventia & aquositates simul augentia quis velit propinare, valdè eos læderet. Sic etiam tùm competunt, διουρητικά, ubi in venoso & arterioso genere hærent humores crassi; eos enim attenuare & educere valent. Quæ verò solùm urinam movent, aquosam suppeditando materiam, iis conveniunt affectibus, qui ex crassis & adustis humoribus fiunt, hos enim commixtione aqueæ substantiæ fluidiores reddunt.

Insuper circa hoc auxilii genus diligenter observandum, quod humor multus & copiosus per urinam commodè non evacuetur; nam metus est, ne sui copiâ, dum ad vias angustas ruit, eas obstruat, & sibi & aliis transitum intercludat. Conveniunt etiam minùs diuretica calidis & siccis affectibus, ut febribus ex calidis humoribus, tabidis & macie confectis. Diuretica enim calefaciendo & siccando malum augerent. Neque etiam urinæ provocatio est utilis, si renes, vesica eorundemque vasa ac viæ exulceratæ, vel inflammatæ sint. Sed ad propositum revertimur, de præstantioribus ac nobilioribus diureticis initium facturi.

TINCTURA SALIS.

℞. Salis calcinati q. v. Solve in aq stillatitia petroselini, vel ononidis, & coagula, idque repete tantisper, donec sal purum sine fecibus dulce reddatur. Hinc ℞. hujus part. ij. Aluminis ust. part. 1. destilla nudo igne paulatim, donec spiritus omnes propulsi sint; spiritum hunc re-

ctifica

ctifica vicibus aliquot. Deindè ex capite mortuo sal cum aqua destillata elicito, idque optimè solutionibus ac coagulationibus purificatum calcina in phiola ad rubedinem (fit spatio mensis) Huic demùm superfunde spiritum priorem, digere, & elicies tincturam rubicundam, quæ nec recusat per retortam propelli.

Diureticum & diaphoreticum est insigne, tartareas mucilagines incidit, putredini omnigenæ resistit; corroborat itaque balsamum nativum, adeoq; usûs præcipui est in peste, febribus, hydrope, calculo (atterit nimirum) obstructione hepatis, lienis &c. Quin imò & sanguinem mundificat; undè maximè prodest in cutis pruritu, doloribus arthriticis & simil. Dosis est à ℈j. ad ʒj.

SPIRITUS SALIS DULCIS.

℞. SPir. salis rectificat. ℥j. Vini *Hispanic.* vel malvatici rectificat. ℥ijß. Misce & digere in phiola vitrea, per primum ignis gradum, quinque vel sex septimanas; & sic separantur feces à spiritu salis, in quibus acrimonia & ingratus consistit sapor; deindè affunde declinationem & serva ad usum; vel destill. rursus ex cucurbita vel retorta vitrea in primo caloris gradu, cohobeturque bis terve, rejectis semper fecibus, erit spiritus salis dulcis optimus, *qui maximam vim diureticam possidet. Dosis ejus est à guttis V. ad X. & plures.*

SPIRITUS SALIS.

OMnium elegantissimè fit spiritus salis, si ille ex sale marino, *Hispanico, Gallico*, cum terra sigillata cruda in tripla aut quadrupla proportione

ne mixto, tandem per retortam igne forti & nudo per gradus aucto destillatur. Sed in hisce salis destillationibus primò non totum sal in spiritum abit, sed in capite mortuo tùm adhuc residet; potest verò ex eodem capite mortuo sal liberari, per aquam communem, in qua illud caput mortuum coctum fuerit. Undè idem sal si spiritui primo loco advenienti adjectum, inque loco calido aliquandiu digestum, tandem cum nova terra sigillata diligenter exsiccata conjunctum fuerit, subindè repetitis vicibus universa substantia salis in forma spiritûs transibit. Quantum nimirum salis primò destillati spiritus in repetitis digestionibus solvunt, tantò singulis destillationibus spiritus augeatur; ut nimirùm postremò totus sal, si ita placuerit, in spiritum abiturus sit. Hoc spiritu puriori aurum potabile optimum præparatur. Extrahit nimirum tincturam, relicto in fundo corpore auri albo, luna fixa nominata.

Vires & virtutes hujus spiritus secundum *Paracelsum* sunt mirabiles. Sal simplex omnium condimentorum condimentum, omne stomacho insuave insuetumque suave & nutritioni aptum facit, & cùm putredinem nesciat, maximè omnia à putredine vindicat, & naturali corpori salutaris, humanæ naturæ adeò conducibilis, ut sine eo vivere nesciamus; corporibus inditus, quicquid adest humidi, absumit, & quod reliquum est solidæ substantiæ, adstrictione contrahit; undè corpora condita siccat, & à putredine vindicat. Hæ igitur

igitur virtutes cùm crudo in sint sali, quantò potiores spiritui ejus convenienter præparato?

Non solùm autem spiritus hic salis urinam remoratam egregiè pellit; verùm etiam Paracelsus illo usus est in omnibus morbis, in septimana semper tres guttas exhibendo: Renovat hominem, præsertim si aliquot folia auri in illo solvantur. Sal enim omnia conservat. Alioquin etiam spiritum salis feliciter cum spiritu vitrioli proportione longâ miscuit, & posteà ad varios morbos intra corpus cum maximo successu exhibuit, præsertim in hydropicis cum aqua absinthii. Leprosos, & alios tàm virorum quàm mulierum morbos; cutaneos in vino sumptus sanat, & sanguinem purificat. In hydrope miscetur sali absinthii; vel aliquot guttæ offeruntur quotidiè in aqua absinthii, donec hydrops in paucis diebus evanescat. Ad confortationem capitis, in aq. lavend. majoran. salviæ feliciter exhibetur. Cor, in aquis cordialibus frigidis violar. rosar. item borrag. melissæ sumptus mirificè confortat. Ad stomachum, cum aq. menth. utiliter usurpatur; ita enim cibi appetentiam auget. Ad hepar, cum aq. cichor. lactuc. Card. bened. Ad splenem cum aq. endiv. & portulac. laudatur. In peste, cum aqua cordiali appropriata exhibitus magna præstat.

astat. In secta etiam corporis regio si illo ngatur, apostema retrocedit, & venenum sine oxa per aliud emunctorium expellitur. Si uttæ quatuor cum ℥ß. electuarii juniperini offerantur, exspectato sudore, ut singulare commendat Paracelsus in peste & venenis, quia cor onfortat & sanguinem purificat. In aceto si fferatur non solùm sudorem Anglicum, sed tiam humores alios superfluos pellit. Renes & vesicam expurgat, & calculum rumpit. Usus jus est cum balneo diuretico, emolliente, ex erb. parietar. malv. & fl. meliloti parato; & ùm certè juvat. Lumbricos pellunt aliquot uttæ, in aq. artemis. & mellis. Herniosi reentes, si cum pinguedine erinacei in loco affecto ngantur, adhibito balneo hernioso, quod fit ex Chamomilla, meliloto, debitâ insuper ligaturâ on neglectâ; & aliquot etiam guttæ intra corus dentur, ita intra paucos dies ipsi sanabunur. In colica, præsertim flatulenta, si alvus tiam sit libera, duæ vel quinque guttæ in forti vino propinatæ præsentaneum remedium pollientur. Pellunt febres præsertim ventriculi, tiam diuturnas guttæ quatuor in aqua vitæ nte paroxysmum exhibitæ. In ictero planè nveterato tres vel quatuor guttæ in decocto ragariæ manè & vesperi sumptæ prosunt; contimu-

tinuetur hoc, donec patiens sit restitutus, quod fit inprimis diebus. In iliaca passione, dysenteria, paralysi, apoplexia, podagra in aquis appropriatis & convenientibus oblatus medicamentum maximæ utilitatis est. Vlcera interna etiam sanat. Dosis guttæ IV. V. & VII. in cochl. vini malvatici, vel in aqua Cinamomi, vel alia appropriata. Cum aquis appropriatis mixtus, utiliter parti dolenti podagricæ inungitur. Penetrat omnes venas, carnem, ossa, & omnium ulcerum curam promovet. Vbi membra contracta, & de sede mota sunt, sive sit contractura, sive apostemata, inunctio instituatur cum appropriatis unguentis. Omnia ulcera cacoëthea, insanabilia, foëtida, ut fistula, cancer, lupus & similia phagedænica cum inunctione continuata parvo tempore sanantur.

SPIRITUS SALIS COMPOSITUS.

Est & alius spiritus salis, elegantior & purior, magnarum virtutum, seu compositus ex nitro & sale communi. Cujus præparatio compendiosior est talis. ℞. Nitri purif. & Sal. comm. decrepit. ana q. s. Misc. cum tripla quantitate (etiam quadruplá) argillæ siccæ, & exinde igne nudo more solito spiritum provoca.

Hujus Spiritûs ℞. ℔j. add. Salis comm. fusi ℥jv digere aliquandiu, ut nimirum sal adjectum à spiritu solvi possit, & protinùs per retortam destilla. Augebis hâc ratione spiritum & fortiorem red-

des

...s, quem eodem planè modo cum novo sale fu- ... eâdem quantitate sumpto pro lubitu toties au- ...bis, quoties & quamdiu placuerit, Ab illo ...iritu per B. M. phlegma abstrahe, & deinceps ex ...torta spiritum rectifica, tandem cum alcohole ...ni conjunge, ana, posteà circulando, cohoban- ...o invicem spiritus istos, vini nimirum & salium ...separabiliter unitorum. *Hic spiritus egregiè uri- ...m pellit, ac siti quoque adeò resistit, ut hydropici ...n expetant potum per triduum.*

OLEUM SALIS DULCE.

EX sale marino dulce oleum hoc modo elicitur. Solvatur illud in aqua pluviali destillata, & ...tretur, & calcinetur igne moderato, semper ...ovendo, ne fluat, idque fiat 15. aut sæpiùs; po- ...à idem sal extrahatur cum spiritu vini optimo, ...o ablato, sal lapillescet. Ex istis crystallis cum ...gilla vel terra sigillata cruda impastatis fiat mora ...tato spiritus fulgescens, ulterius cum alcohole ...i conjungendus, & sæpiùs cum eo percohobia ...stillandus. Tale nimirum oleum salis dulce, ... spiritus salis dulcis, ab ipso sale nullâ destilla- ...ne elici potest absque spiritu vini vel ol. tartari. ...iritus itaque vini solus est, qui dulcedinem ...c procurat, sive ab initio cum sale destillando ...njungatur, sive posteà spiritus salis cum eodem ...iùs cohobando, destilletur. Sic nimirum non ...o modo omnem acrimoniam à spiritu salis ...ert, eumque sub dulcem reddit, simili modo ... æteris spiritibus idem efficiendo. *Oleum hoc ...dem cum spiritu salis dulci efficacia est.*

CRYSTALLI SALIS DULCES INSTAR SACCHARI.

SAl etiam in summam dulcedinem hâc genuii & philosophicâ ratione redigitur. Fiat p mò retorta terrea, ampla & fortis: ita tamen, ex superiori capacitate ventris exterius fistula te rea perpendiculariter penè in medium corpus r tortæ desinat, quæ sit foris orificii latioris, intùs angustioris. Jam igitur Salis comm. marini, qui melior est, ℔iij. vel ℔jv. imp nantur, & vase ad destillandum cum recipien adaptato capacissimo, tamdiu per gradus aug tur ignis, donec sal intùs fluat, tùm per fistulam na vel altera guttula aquæ frigidæ immittatur, vestigio orificio fistulæ prominente, terrâ fig nâ præparatâ obstructo, in retorta spirituum pia mediante humiditate solvitur. Hoc ni rum toties cum aqua frigida continuandum donec massa salis hâc ratione in spiritum fue redacta. Ab eo autem per lenem destillation balnei removeatur phlegma, reliquumque fri diori loco reponatur, & subcrescent lapilli star nitri, sacchari dulcedinem referentes, qui deliquium in liquorem dissolvi possunt, *& g V. vel VI. pluribus diebus hydropicis exhibita omn sitim tollunt, illis integro quatriduo, vel etiam pl bus diebus potum nullum expetentibus. Essent lem nimirum humiditatem, quæ multum in hyd picis exhauritur, spiritus salis adjuvat, & ven culum & reliqua viscera corroborat.*

SPIRITUS SALIS NITRI.

NItrum sive salpetræ misceatur cum tribus partibus terræ figulinæ, & destilletur per re-ortam igne reverberii, spatio decem vel duode-m horarum. Ex libra una nitri accipies li-ram unam spiritûs, si benè operatus fueris.

Spiritus hic est verus ignis naturæ balsami-s, quoniam omnes spiritus corrosivos mirificè ortificat. Hinc etiam non remoratam solùm rinam pellit, sed in colica etiam, pleuritide & gina mirabilia efficit. In colica miscetur um ana spir. vini, ac datur de illa mistura ℨj. el ad minimum ℈ij. Spiritus verò non debet e purus, sed adhuc cum suo phlegmate conjun-us: prius tamen solvenda est alvus. Nã si vi- & nitri spiritus puri confunderentur, facile visceribus fieret inflammatio. Aliàs opti-è etiam valet in colica flatulenta. Si in co-ca eo spiritu utimur, tunc ab extrà umbilicus eo nucismoschatæ expresso cum tantillo zibe-æ admixto inungitur. Intolerabiles crucia-s & dolores non solùm sedat confestim, sed aligwosetiam, crudos, nitrosos atque vitiosos umores discutit & resolvit, qui nisi impedi-tur, ne ad partes nervosas & articulos re-nt, quod non rarò fit propter certam sympa-iam, quâ cum talibus membris habent ill

humores aliquid mixti, condolenda sequitur articulorum impotentia, laxatio & resolutio

SPIRITUS NITRI ALIUS.

℞. Nitri opt. non adulterati sale communi subtiliss. trit. & cribrat. ℔j. Boli vulgaris rubri pariter contriti & cribrati ℔iij. Misce exactè, & ex retorta terrea *Coloniensi* fiat destillatio per ignem reverberii, applicato recipiente vitreo satis amplo, cujus juncturæ cum collo retortæ claudantur luto ex capite mortuo vitrioli, calce viva, ana cum albumine ovi subacto. Continuetur destillatio per 14. horas, & cum primo atque secundo ignis gradu prodibit phlegma, cum tertio atque quarto vitrum evadet rubicundissimum, quod est color spiritûs rubicundi prodeuntis: lapsis quatuordecim horis recipiens removeatur, & orificio clauso reponatur, donec nubes rubicundæ consederint, tùm ℞. illud, quod in recipiente reperitur, & ex retorta vitrea in sabulo rectifica; sic habebis spiritum genuinum rectificatum, purum putumque. *Vires. Hic spiritus maximè movet urinas; insignem quoque possidet vim diaphoreticam; undè magni usûs est in febribus dissipandis, in discutienda pleuritide, si cum spiritu vini rectificato & vino Hispanico misceatur. Extinguit sitim, arcet putredinem, & in peste plurimùm conducit, præcipuè si prius cum æquali parte spiritûs vini rectificatissimi aliquoties cohobatus & edulcoratus fuerit.* D

ejus est à guttis V. ad VI. in vino aut alio liquore appropriato.

SAL SUCCINI VOLATILE.

Salem in olei succini destillatione sublimatione vi ignis elevatum collige & solve in aq. majoranæ, & filtra aquam; in balneo paulatim abstrahe: iterum solve, filtra & coagula; hoc aliquoties reiteretur: tunc habetur Sal diureticum efficacissimum. *Dosis hujus est a gr. iij, ad IV. VI. & VIII. vel etiam X. in aq. petroselin. seu ononid. Mirabiliter pellit remoratam urinam. Summum etiam secretum in partu difficili facilitando est.*

SAL SUCCINI FIXUM.

Sal succini fixum fit, quando capite mortuo post destillationem olei reliquo & in fornace figulino calcinato, è calce sal extrahitur. *Dosis est* ℈j. *ad* ʒß. *in convenienti liquore.*

VINUM DIURETICUM.

Silices albissimi è flumine collecti & igniti in vino generoso extinguantur toties, donec penè in pulverem redacti fuerint. *Vini ejus per tertrum trajecti haustus unus subitò urinam pellit, propter salem silicum. Vrinæ enim restagnans in corpore, per salem alium curatur.*

OXYMEL DIURETICUM.

R Adic. valerian, vincetoxic. eryngii ana ʒß, fœnicul. petroselin. ana ʒvj Herb. origan. hyssop. veronic. scabios. marrub. ana Mj. sem. anis. fœnic. ana ʒij. Fl. genist. sambuc. ana

p. iij. Mell. colat. ℔ij. Aceti squillitici ℔ß. Aq fontan. ℔jv. Misc. & lentè ebulliant, ac stent loco calido cooperta per 8. dies. Deindè co quantur & exprimantur. Fiat. l. a. Oxymel. *Do sis ejus est a ℥ j. ad ℥jv. vel ℥vj. urgente necessitat Hoc apud Medicos probatiores in usu est frequen tissimum.*

JULAPIUM DIURETICUM.

℞. SAl prunell. à ʒß. ad ʒj. Aq. ononid. petro selin. ab ℥iij. ad 10. Syr. Fl. ononid. vel vio lar. vel è succ. borrag. aut limon. ℥j. Misc. f. a. fiat julapium.

SPIRITUS DIURETICUS.

AQua ex nucleis persicorum cum malvatic vel alio vino generoso prius maceratis pe dies 6 destilletur per balneum vel cineres. *Ej cochlear unum exhibitum efficacissimum est.*

SPIRITUS DIURETICUS NOBILIS.

℞. RAdic. vincetoxic. valerian. pimpinell. a ʒj. liquirit. ʒvj. Herb. betonic. capill. v ner. ana M. j. Sem. bardan. mil. sol. fœnic. an cuscut. Bacc. juniperi ana ʒij. Fruct. Alkeken No. x. Fl. genist. p. ij. Vini alb. q. s. Destillen f. a.

Est efficax diureticum, quod morbida illam materiam excernit per vesicæ & renu meatus urinam movendo. Datur à cochl. ad ij. vel plura, prout morbus requirit.

TINCTURA DIURETICA ET APERITIVA.

ACid. tartar. pulverisat. Tartar. vitriolat. ana ℥jß. add. Spir. tartar. correct. vini ...ctificat. ana ℥ij. vel etiam ℥iij. vitrioli, salis ...a ℥j.

In funde hæc omnia mixtim in vitro benè mu...to, stent in digestione per tres septimanas; de...nta & filtra. *Dosis est à guttis X. ad XX. in aq. ...blear. centaur. min. raphani.*

TINCTURA SEU SULPHUR TARTARI.

HUjus descriptionem in *Tit. de Diaphoreticis*, Deo clementer adsistente, dabimus, *...us guttæ IV. vèl VIII cum vino vel alio li...ore exhibitæ vehementer pellunt inferio...m viscerum morbos per urinam, & quod mi...ri licet, alui segnitiem, siue à medicamento...m usu, siue à natura contractam, mirifice re...tuit, senibusque est accommodatissimum.*

BALSAMUS SULPHURIS TEREBINTHINATUS.

OL. terebinth. *Venet.* ℥iij. Fl. sulphur. ℥j. Misc. & digeratur, quod optimum est ...phiola arenæ primo gradu calidæ impositâ per ...es 5. aut 6. Vel si statim vis habere, appona...r phiola, vel vitrum igni per dimidiam horam, ...ulliatur. & erit paratus. Eodem modo fit ...niperinus & anisatus, *Dosis ejus est à guttis ... ad* viij. *in vehiculo convenienti.*

OLEUM BACCARUM JUNIPERI

℞. BAcc. juniperi q. v. infunde eas in aq. fontan. q. s. adde, si spiritum simul expetas, parum salis, & fermentando stent in digestione per 5. dies, aliquoties materiam movendo, posteà destilla per vesicam, & exibit aqua cum oleo. Separa singula seorsim, aquam aliquoties rectifica, & erit instar spiritûs.

Hoc oleum medicamentum est nobilissimum & præstantissimum.

1. *Curat paralysin, in aq. herb. paralys.*
2. *Epilepsiam, apoplexiam, in aq. lil. convall.*
3. *Catarrhos, in aq. betonic.*
4. *Tusses, in aq. ungul. caballin.*
5. *Asthma, in aq. hyssop.*
6. *Hepati & lieni confert, in aq. hepatic. nobil.*
7. *Datur in ictero flavo & nigro, in aq. chamæmel.*
8. *In hydrope, in aq. endiv.*
9. *In calculo renum & vesicæ, in aq. petroselini.*
10. *Gonorrhæam sistit, in aq. rutæ.*
11. *Menstrua retenta curat, in aq. artemisiæ.*
12. *Foëtum emortuum expellit, in aq. sabin.*
13. *Vrinam mirabiliter propellit, ob quod diureticum æstimatur maximum, in aq. petroselin.*
14. *Secundinam expellit, in aq. sabin.*
15. *Datur in colica, peste, in aq. menth. crisp. & card. bened.*
16. *Sanguinem mundificat. Ergò morbum Gallicum curat, in aq. cuscut.*

17. Sca-

17. *Scabiem tollit & aufert in aq.fumar.*

18. *Febres tertianas & quartanas, in aq.centaur, min.*

19. *Sudorem Anglicum. in aq.borrag.*

20. *Podagram, gonagram & chiragram, in aq. va arthetic.*

Datur intra corpus à gutt. V. ad X. in vehiculo convenienti Externè adhibetur cum unguentis.

OLEVM DE TEREBINTHINA.

OLeum ex terebinthina sic elicitur: ℞. Terebinth. ℔ij. Inde cucurbitæ terreæ ... ri, affunde triplum aquæ. Nonnulli injiciunt ... cum contusorum, vel arenæ lotæ M. ij. vel ... mponunt alembicum & destillant per cineres, vel per arenam, atq; exstillabit liquor purissimus ... uæ innatans. Eundem ignem continua, d... mnis spiritus adscendat, quod visu dignosc... est, & forsan fiet per horas 12. Tùm m... ipiens, & exstillabit oleum flavum; au... kcipere placet, posteà separentur. Et spirit... t oleum ab aqua per infundibulum separe... Alii oleum terebinthinæ per vesicam, mu... uâ affusâ, ut in processu destillandi oleum ... arum juniperi dictum est, destillant.

Oleum hoc terebinthinæ eximiam ob virtut... iam laudem meretur.

1. *Sopit capitis dolores, in aqua betonic.*

2. *Pectoris affectus, ut phthisin, asthma, t... m antiquam quàm recentem, sputum sanguin... m (ut experimenta comprobant & sæpe ...*

in plurimis optimo cum successu experti sunt Practici) curat, in aq. scabios.

3. *Pleuritidem, in aq. papav. rh.*

4. *Hepar languidum, in aq. endiv.*

5. *Ventriculum debilem, in aq. menthæ crisp.*

6. *Lienis vitia corrigit, in aq. scolopendr.*

7. *Vrinam promovet, in aq. petroselin.*

8. *Impedit calculi generationem, in aq. ononid.*

9. *Gonorrhæam sistit, in aq. agn. cast. vel rutæ.*

10. *Si quis ex alto ceciderit, hujus olei usus levamen sentiet, in aqu. fl. tiliæ.*

11. *Alvum movet, in aq. malv.*

12. *Colicæ confert, in aq. carvi.*

13. *Arthriticas passiones lenit, ex aq. ivæ arthetica.*

14. *In casu, ictu, punctione, ulceribus veteribus & novis rectè datur in aq. veronic. Datur item intra corpus a guttis V, ad X. in prædictis vehiculis.*

Extrà unguentis admiscetur, vel per se externè adhibetur in sequentibus morbis.

Usus ejus ad extra quoque nobilis est

1. *In ulceribus malignis, corrodentibus, cancrosis, lupo &c. præstantissimum est medicamentum.*

2. *Contra impetigines.*

3. *Purgat & mundificat ulcera, vetera apostema.*

stemata, vulnera; Vix dici potest, quàm bis sit singulare remedium.

4. *Tumores tollit confestim.*

5. *Vsus ejus est præstantitissimus in ulceribus mammillarum fistulis.*

6. *Omnes tumores, contusiones, dolores illius usu externo tolluntur.*

7. *Membris paralyticis confert.*

8. *Apoplecticos adjuvat.*

9. *Auditum amissum reparat, gossypio instillatum, & auribus inditum, quod sæpiùs probavi.*

10. *Ventriculum confortat.*

11. *Colicos dolores sedat.*

12. *Nervis mirè auxiliatur.*

13. *Arthriticis passionibus, contracturis, & id genus aliis morbis confert.*

14. *Fissuras labiorum manuumque: item scabiem inquacunque corporis parte perfectè sanat,*

OLEUM FOENICULI.

DEstillatio olei fœniculi sequenti modo perficitur:

℞. Sem fœnic. ℔ij. Contunde parum, & infunde in aquam fontanam nonnihil tepidam; adde Salis comm. ℥iß. Tartari ℥j Stent in digestione per aliquot dies. Hinc adde adhuc salis ℥j. & destilla per vesicam

ficam recto ignis regimine. Posteà separa oleum ab aqua.

Oleum hoc valet multùm in medicina.

1. *Ad capitis morbos confert, in aq. betonicæ.*

2. *Confortat miraculosè memoriam & cebrum, in aq. lil. convall.*

3. *Vertiginem tollit, in aq. carvi.*

4. *Epilepsiæ, maniæ, apoplexiæ est præstans medicamentum, in aq. herb. paralys.*

5. *In Ophtalmia, ut & macula, conglutinatione, pano delibilitateque visûs sananda, primas tenet partes, in aq. euphras.*

6. *Auditum amissum reddit, in aq. fl. tiliæ.*

7. *Tussi, asthmati, pleuritidi, sputo sanguinolento mirè confert, si rotulis vel morsulis pectoralibus immisceas, ut experientiâ didici, vel in aqua veronicæ exhibeas.*

8. *Confortando cor auget lætitiam, & impedit ejus palpitationem, in aq. borrag.*

9. *Ardorem stomachi sopit, in aq. violar.*

10. *Ventriculo est arcanum, in aq. menth. crisp.*

11. *In omnibus affectibus hepatis utilissimè datur, in aq. endiv. vel hepatic. nob.*

12. *In*

12. *In hydrope, tympanite, anasarca, in aq. sisymbrii aquatic.*

13. *In ictero flavo & nigro, in aq. chamæmel.*

14. *Lienis oppilationes curat; item melancholiam hypochondriacam, in aq. scolopendr.*

15. *Ructus, flatus, dolores dorsi adimit, in aq. cymini.*

16. *Vrinam ciendo calculum aufert, in aq. ononid.*

17. *Cruentæ urinæ confert. in aq. sangui sorb.*

18. *Ischuriæ, dysuriæ & stranguriæ opitulatur, in aq. malv.*

19. *Sperma & virilitatem auget, in vino malvatico.*

20. *Lactis copiam promovet, in aq. anis.*

21. *Colicas & arthriticas passiones funditùs exstirpat, in aq. ivæ arthetic.*

22. *Sudorem promovet, in aq flor. sambuc.*

23. *Et hominem usque ad vitæ terminum sanum atque incolumem conservat.*

Datur à guttis V. ad X. in prædictis aquis, bro-

brodio carnis, morsulis, rotulis, syrupis & conservis.

Usus ejus externus quoque laudatur.

1. Vertici & naribus illitum Catarrhos suspendit, memoriam & caput confortat.

2. Sic quoque rubedini pustulisque faciei confert.

3. Oculorum affectus, cujuscunque generis sint, curat.

4. Dentium dolores, cum dolenti denti cum gossypio inditur, sedat.

5. Eodem quoque modo auditus reparatur.

6. Ventriculi concoctionem promovet.

7. Colicæ, flatibus, ructibusque confert.

8. Dolores dorsi, renumque obstructiones curat.

9. Tumores, apostemata, contusiones sanat.

10. Iis, qui appoplexiâ, paralysi, affectibusque arthriticis laborant, optimè convenit.

11. Pectori quando illinitur, sputum promovet, tussim lenit, asthma aufert, & phthisi opitulatur.

Externè vel solùm partibus affectis illinitur,

tur , vel aliis unguentis admixtum adhibetur.

OLEVM CERÆ.

℞. CEræ opt. ℔j. Aren. aut Ciner. ℥iv. Ex cucurbita vitrea in arena ignis reverberii destilla, donec nihil amplius prodeat, & accipies oleum butyri instar crassum. Hoc oleum butyraceum cum aqua pluviali mixtum denuò destillatur, & liquidum evadit, necamplius coagulatur, diciturque oleum rectificatum, & ab aqua tritorio separatur.

Insigne est diureticum hoc oleum, valdè laudatum à Crollio & Hartmanno. Emollit namque tumores duros, doloremque aufert. Dosis intrà corpus est à guttis iij. ad V. in aq. radic. urtic. maj. præsertim si perineum, & renum regio simul inungantur oleo è later. scorpion & ceræ.

OLEUM CERÆ RECTIFICATUM.

℞. OL. ceræ butyrac. q. pl. affunde ei ad aliquot digitorum eminentiam aquam pluvialem, & destilla per alembicum; sic unà cum aqua ascendet oleum ceræ subtilissimum, sed in parva quantitate, optimi tamen odoris & coloris, nempe genuinum oleum ceræ, laudatum *Hartmanno* aliisque Chimicis; major verò copia olei butyra-

butyracei manebit in fundo cucurbitæ; quod ab aqua separatum poterit cum cineribus misceri, & per retortam rectificari, donec non amplius coaguletur.

Vsus olei hujus rectificati est internus ad urinam movendam; Olei verò butyracei & reliquorum usus est externus; emolliendo nimirum & aperiendo poros, dolorem sedat.

TITULUS V.
DE DIAPHORETICIS.

SUdor in peste, morbo *Vngarico* febribusque malignis omnibus est universalis evacuatio veneni totius corporis, non in sanguine solùm, sed etiam in habitu corporis, adeòque in omnibus partibus, scilicet tota substantia, membranis, musculis & carne hærentis. Hujus sudoris beneficio venenum, quod circumstans frigus ad cor propulerat, excluditur: Nam ut attractione spiritûs seu aëris per anhelationem, simul etiam venenatam auram attrahimus, ita sudore oportet illud ipsum ex omnibus membris exterminari; nulla enim corporis pars, licèt parva, aëris est expers: proindè sudare omnes possunt; ideò sudor est universalis evacuatio, siquidem

ferè

ere tertia pars omnium morborum, qui
corpus humanum infestant, per sudorem
curari possunt.
Ad hanc ergò medicamentorum clas-
sem, nimirum universalium evacuantium,
quæ hactenus exposuimus, meritò perti-
nent ὑδρωτικὰ, à nonnullis etiam διαφορητι-
κὰ dicta, sudores provocantia. Nam si na-
tura per vias priores nimirum per alvum,
vel urinam materiam morbificam expelle-
re comodè non potest, habet illa adhuc aliã
viam, per quam eam evacuet, nimirum po-
ros cutis, per quos non rarò concitatis su-
doribus noxios humores expurgare potest.
Sudor etenim totum corpus evacuare va-
let. Nam etiamsi primò è corporis ambi-
tu & habitu evacuat: humores tamen e-
tiam à reliqua corporis parte, & pri-
mò quidem è venis & arteriis, deindè &
iis partibus omnibus evacuare potest, è
quibus nimirum humores commodè per
arterias ad ambitum corporis propel-
li possunt. Nam ex cavitatibus ventricu-
li, intestinorum, uteri & similibus commo-
dè ad habitum corporis non detruduntur,
sunt aliæ viæ, per quas ex iis longè facilius
evacuantur. Idem autem humor, qui, ut

ſuprà diximus, per urinas evacuatur, per ſu‑
dores expellitur, humor nimirum aquoſus.
Hic enim non totus ad renes deducitur,
ſed pars quædam ejus, ut cum ipſo ſanguine
miſceatur, & poſtea ille facilius in univer‑
ſum corpus diſtribui queat, relinquitur in
vaſis, qui poſtea, cum perfecerit officium
ſuum, vel inſenſibiliter evaporat, vel per ſu‑
dores è corpore exturbatur,

Deindè poteſt per ſudorem evacuari hu‑
mor quilibet bilioſus, tenuis, ſicut & alii, ſi
attenuentur. Sicut videmus quòd natura
in febribus è putridis humoribus quibus‑
cunque utiliter ſudores moveat, & morbi
reliquias per eos diſcutiat. Undè etiam in
inveteratis & frigidis affectibus, ut deſtillati‑
onibus diuturnis, paralyſi, iſchiade, & aliis
articulorum doloribus, ſudores utiliter arte
provocantur.

Variorum autem ſunt hæc ὑδρωτικὰ gene‑
rum, quorum quædam è mineralibus vel
metallis; quædam è vegetabilibus vel ani‑
malibus parantur, ex quibus tantùm jam
nunc ſelectiora, notiſſima, elegantiora &
ſæpius probata in medium producemus.

AN‑

NTIMONIUM DIAPHORETICUM SOLARE SEU AURATUM.

REgul, antimon. puriss ℥ij. Auri fini & puri ℨij.

Fundantur in crucibulo igne forti, & illi effundantur in mortarium calidum, ne cadat nuò regulus. Hujus Reguli nunc aurati & btiliter triti ℥ij. circiter adde Nitri puriss. ℥j. rem. tartari ℨv, Mixta hæc, & in pulverem recta detonent paulatim (uti loquuntur Chimi) hoc est, cochlear unum pòst aliud hâc mixturâ enum, prunæ vel crucibulo candenti inspergen. Peractâ hâc primâ calcinatione, massa resia in pulverem, iterum conterendo, redigatur, ditisque illi porrò Nitri purissimi ℥j. Crem. tarri ℨß. denuò, uti primò, detonent, sed in crucilo jam candente, intra prunas collocato, paulan etiam mixturam inspergendo. Et hæc rentium specierum, nitri scilicet & tartari, ad masn residuam additio, ut & detonatio seu calcina in crucibulo ignito & candente, tertiâ vice retatur. Massa hînc residua, & in pulverem recta, edulcoretur sæpius affusâ aquâ tepidâ, quo omnis auferatur salsedo: Pulvis verò in fun albus relictus, separatâ studiosè, per decantanem aquâ salsâ, exiccatur, ac crucibulo immiss, tribus vel quatuor horis, igne aperto, modeè calcinetur ad majorem fixitatem & vim sudoeram ac alexipharmacam ipsi conciliandam. *Et efficitur pulvis sub flavus elegans, diaphoreticus cordialis, in peste, febribusque malignis præstans. sis ejus est à ℈ß. ad ℈j. & ℨß.*

DIAPHORETICUM EX SULPHURE ANTIMONII.

℞. SVlph. antimonii, Regul. antimonii solar. a-na. ℥j. Hæc in pulverem subtilem redacta probeque mixta, immittantur retortæ vitreæ: quibus super affundantur Spir. vel Ol. sulphuris per campanam facti, vel etiam Spir. vitrioli dephlegmati ℥iij,

Digerantur calore leni septimanâ circiter una: posteà abstrahatur spiritus totus; qui tamen iterum affundendus & abstrahendus; & hoc vel secundâ tertiâ ve vice repetendum est, augendo ultimum ignem, ut retorta horis decem circiter candeat. Massa in fundo relicta, & aquâ rosaceâ sæpiùs lota, usui asservetur: cui tamen (si lubet) Lapid. Bezoar oriental. ver. & occidental. ana, ʒij. circiter admisceri possunt.

Sudoriferum est præstans; hinc in morbis venenatis & malignis, ubicunque sudore proliciendo opus est, cum emolumento adhibetur.

Sulphur autem antimonii ex Cinnabari hoc modo paratur.

CInnabaris antimonii in pulverem redacta coquatur cum lixivio forti ex tartaro calcinato, & calce viva, in sartagine ferrea, horis circiter tribus, vel quousque lixivium rubicundo imbuatur colore: tinctum decantetur, aliudque super affundatur & coquatur, quod tàm diu continuandum, quousque lixivium colore rubeo non amplius imbuatur. Tincturæ omnes, dum a-

h

ic calent, filtrentur, & in loco frigido quietè po-
eà relinquantur, donec pulvis rubicundus (qui
rum antimonii sulphur) fundum petierit: quod,
gregatâ aquositate, vel lixivio, per decantatio-
m & filtrum, sæpiusque aquâ recenti affusâ, quo-
que omnis salsedo ablata sit, exiccatum sulphur
ndem asservetur.

BEZOARTICVM MINERALE.

BVtyr. antimonii corrosiv. ℥iij. cui cucur-
bitæ vitreæ parvæ immisso affundatur Spir.
itri opt. tantum, quousque oleum seu butyrum
taliter solutum fuerit, nec ulla ex contrarietate
irituum effervescentia vel ebullitio amplius per-
piatur. Hinc in arena abstrahatur spiritus ni-
omnis ad siccitatem massæ albissimæ. Hæc è vi-
o recepta massa, ac super porphyrite probè tri-
cucurbitæ parvæ denuò indatur, superaffunden-
illi spir. nitri recent. ad supereminentiam duo-
m circiter digitorum transversorum, iterum-
le destillando abstrahatur: quod & tertiâ vice
petendum, augendo ignem ultimò, ut retorta
luti candeat; quoad omnes spiritus expellan-
r. Massa residua albissima super porphyrite pro-
trita, accrucibulo immissa, igne aperto per u-
m atque alteram horam leniter calcinetur, ac in
ro probè clauso usui asservetur.

*Est medicamentum sudoriferum & alexiphar-
scum, in morbis venenatis & contagiosis summè
ficuum ac salutare. Datur à ℈ß. ad ℈j. & ʒß.
dò legitimè fuerit paratum.*

BEZOARTICUM MINERALE ALIUD.

℞. Butyri antimonii glacial. q. s. & affunde Spir. nitri rectificati eam quantitatem, donec non amplius effervescat. Tùm digere per 24. horas; posteà abstrahatur spiritus nitri ad siccitatem usque, & retortâ refrigeratâ fiat cohobatio, quæ tertiâ quoque vice repetatur; & habebis ultimò pulverem albissimum, qui in crucibulo in igne apto paululum reverberari debet, donec nempè foëtorem suum deponat; Et paratum erit Bezoarticum minerale.

Diaphoreticum insigne est, fermenta acida extinguens. Dosis gr. X. aut. XII.

BEZOARTICUM MINERALE ET SPIRITUS BEZOARTICUS.

℞. Butyri antimonii rectificati ℥iv. Spir. nitri ℥v. Misc. & effervesc. in cucurbita vitrea ad siccitatem usque in tertio caloris gradu, & evadet Spiritus nitri bezoarticus, *qui flatus discutit.*

Dosis est ejus à gutt. ij. *ad* iij. *in vino vel spiritu vini.*

Residuæ in retorta materiæ affunde aq. pluviali stillatit. q. s. edulcoretur, filtretur, exsiccetur, & in crucibulo mundato per horam unam aut alteram calcinetur, usuique servetur. *In febribus malignis & peste præstantissimum sudoriferum est. Exhibetur à gr. V. ad X. in vehiculo convenienti.*

AN

ANTIMONIVM DIAPHORETICVM.

℞. ANtimon. purificat. ℥ij. Nitri purificat. ℥vj. Misc. & fiat pulvis subtilissimus. Detonetur in crucibulo ignito; posteà incandescat in majori igne per horam unam aut alteram; deindè ponatur hæc materia ex crucibulo in ollam vitream, affunde aq. pluvial. q. s. coquatur per horam, ac filtretur aqua, tunc exsiccetur, servetur. *Dosis hujus est à ℈ß. ad ℈j.*

ANTIMONIVM DIAPHORETICVM.
alio meliori modo præparatum.

℞. ANtimonii purificati ℥iv. Nitri crystallini ℥v. Misc. teraturque subtilissimè, detonetur paulatim in crucibulo s. a. edulcoretur aquâ pluviali, & habebis Crocum metallorum.

℞. Croci hujus & Crystal. nitri ana. part. æqual. pulverisetur, detonetur unâ vice simul in igne maximo, edulcoreturque iterum, filtretur & exsiccetur ad solem, eritque antimonium diaphoreticum optimum, *cujus dosis est à ℈ß. ad ℈j.*

ANTIMOMIVM DIAPHORETICUM
TARTARISATVM.

℞. ANtimonii diaphoretici fixi, Salis tartari ana. ℥iij. Misce in catino & sine ad ignem horis quatuor simul fluere. Refrigerata tere, & marmori vel tabulæ vitreæ impone, atque in cellam loca, & mensis spatio in oleum rubeum solventur. Hujus olei ℞. ℥ij. Ol. tartari per deliquium parati ℥j. & procede ut in tartaro vitriolato parando. Materiam exsicca, & habebis pul-

verem album, *qui à gr. V. ad X. commodè & utiliter exhibetur.*

Hoc Antimonium diaphoreticum tartarisatum resistit corruptioni, mundificat sanguinem, conducit adversus omnes obstructiones, licèt inveteratas hepatis, lienis, mesenterii, aliarumque partium internarum: adversus retentionem mensium, cachexiam virginum, hydropem, melancholiam hypochondriacam, luem veneream, ulcera tàm interna quàm externa, scabiem: presertim confert in febribus malignis, exanthematibus & variolis, rumpit interna apostemata; verùm non subitò, sed paulatim operationes suas exserit.

SAL VOLATILE ARMONIACVM.

℞. SAl. armoniac. Salis tartar, ana. ℥iv. Misce, & ex retorta vitrea in arena ad siccitatem usque destilla, & reperies sal volatile lateribus recipientis adhærens, instar nivis. *Sudorificum est & diaphoreticum valdè tenuium partium; fermenta acida extinguit, gravissimisque doloribus depellendis materiam prabet. Dosis ejus intra corpus est à gr.* VI. *ad* X. *&* XII. *in spiritu vini rectificato, aut alio liquore destillato.*

SAL VOLATILE OLEOSVM.

℞. SPir. nostri aromatic. ℥j. Sal. volatil. armoniac. ℥ij. Tinctur. Caryophyl. gutt. VI. Misce in vase clauso, per noctem repone; sequente die liquorem à pulvisculo ad fundum præcipitato decanta, & habebis sal volatile oleosum, seu spiritum aromaticum sale volatili impraegnatum, aut, si mavis, sal volatile temperatum, quododore & gustu

gratum eſt; *eſtque valdè tenuium partium, at-
tenuans, diſcutiens, vim diaphoreticam poſſidens,
conveniensque omnibus morbis frigidis, & quià ſucco
quodam acido ſeu fermento acido dependent, quæ
fermenta in momento feliciter deſtruit, liquoreſque
reddit inſipidos. Doſis eſt à gutt. v. ad x. in liquore aliquo deſtillato.*

Spiritum hunc aromaticum vide in *Tit. de Stomachicis.*

SAL BILIS FIXUM

℞. Bilis bubul. q. l. exempl. gr. ℥xx. fiat deſtillatio per alembicum in ſabulo; ad ſiccitatem uſque cohobater, & ultimò fortiter abſtrahe, ita ut cucurbita maximè candefiat: tùm ℞ illud quod prodit, rectifica per phiolam, ita ut ſexta vel octava pars tùm abſtrahatur, & habebis aquam ſive ſpiritum, qui effervecit cum ſpiritu acido, undè ſalinæ naturæ eſſe judicatur. Fæces verò relictæ in prima deſtillatione comburantur in crucibulo; ex combuſtis extrahatur cum aqua calida ſal ſcilicet lixivioſum, quod evaporatum poſteà ad ſiccitatem redigatur, & habebitur ſal fixum bilis in parva quantitate. *Medicamentum hoc eſt diaphoreticum nobile & inſigne, attenuans & diſcutiens. Experimentum quoque eſt, demonſtrans in bile utrumque ſal, & vo-*

latile & fixum reperiri, unà cum copioso phlegmatè & paucissima terra; aliàs utrumque sal bilis easdem vires habet cum sale volatili & fixo urinæ. Dosis ejus est à gr. v. ad x. in liquore appropriato.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI.

℞. SAl. tartar. Sal. armoniac. ana ℔ß. Misce ac solve in aqua pluviatili, tùm destilla per retortam aut alembicum, quamdiu sal volatile exit; cum sal volatile incipit solvi in liquorem, tùm prodit phlegma; desiste tùm à destillando & habebis in recipiente spiritum salis armoniaci. In retorta verò relinquitur materia pro sale febrifugo. *Spiritus hic est instar salis volatilis urinæ; extinguit fermenta acida, sudorem movet, attenuat & discutit. Dosis est à gutt. vj. ad xij.*

ALIUS.

℞. SAl. armoniac. ℥j. Lixiv. stram. fabar. ℥ij. Misce ac destilla per cucurbitam vitream in primo caloris gradu ad dimidiam partem; & habebis spiritum salis armoniaci non rectificatum.

ALIUS.

℞. SAlis armoniac. Tartar. ana ℥j. Misc. solvaturque ac destill. in primo i-

gni

ignis gradu ad dimidium uſque ; & erit ſpiritus ſalis armoniaci non rectificatus.

ALIVS.

℞. SAl. armoniac. ℥iß. Sal. aceti ℥j. Solve in aqua pluviali , ac deſtilla in ſecundo ignis gradu , uſque dum phlegma veniat ; & erit ſpiritus non rectificatus.

ALIVS.

℞. SAl armoniac. q. v. Solvatur in triplo nimirum aquæ pluvialis, vel cochlear. vel vini; deindè adde ciner. ſtraminis fabar. q.ſ. id eſt, triplo plus, & deſtilla per veſicam ſeu retortam terream in primo ignis aperti gradu ad phlegma uſque.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI RECTIFICATUS.

℞. SPir. ſalis armoniac. q. v. deſtilla in cucurbita vitrea in primo ignis gradu ad dimidiam partem , & erit rectificatus.

MAGISTERIUM OCULORUM CANCRI,

℞. OCul. Cancri contrit. ℥iij. Spir. aceti ad eminent. [illegible] vel quatuor digitorum; Miſc. & per 24 horas in ſabulo digere , tùm filtra per chartam. Quod tran-

transit in solutionem oculorum cancri. *Magisterium hoc siccat & adstringit, imprimis verò fermenta acida extinguit; undè vulgò diaphoreticum & etiam alexipharmacum dicitur. Movet quoque urinas, & materiam calculi expellit; undè imprimis diureticum est: febres quoquo intermittentes extinguit; unde eas à fermento acido pendere cognoscitur. Dosis ejus est à ℈ß. ad ʒj. in liquore convenienti.*

SULPHUR AURATUM DIAPHORETICUM.

℞. Scor. regul. antimonii q. v. effundatur aqua pluvialis ad eminentiam trium aut quatuor digitorum: Coque & filtra, quod remanet in filtro, exsiccatum vocatur Sulphur auratum Diaphoreticum. *Dosis ejus est a ℈ß. ad ℈j.*

SVLPHVR AVRATVM DIAPHORETICVM ALIVD.

℞ FEces regul. antimonii, easque reduc. in lixivium per digestionem vel ebullitionem, illudque calidè per chartam emporeticam trajice. Huic lixivio frigefacto adde parum aceti destillati, & videbis crocum multis abluitionibus dulcoratum, & desiccatum seorsim collige, *qui admirabile erit sudorificum & sanguinis mundificativum, multis morbis depellendis aptissimum; Cujus dosis itidem est a ℈ß. ad ℈j.*

TINCTVRA SVLPHVRIS AVRATI.

℞. Sulphur. aurat. ℥j. Spir. vini rectificat. ℥iij. Misce. digere in phiola per dies tres vel quatuor in primo ignis gradu; deindè effunde per declinationem & erit parata. *Dosis est à gutt. V. ad X. & XV. in aqua aliqua destillata, vel vino generoso.*

OLEVM TARTARI PER DELIQVIVM.

℞. Lixiv. salis tartari ad siccitat. evaporat. q. l. Contunde in pulverem, quem impone tabulæ lapideæ, & in loco humido lixivium sive sal tartari beneficio aëris humidi in liquorem resolvitur; qui liquor per chartam filtratur evadit limpidus, vocaturque oleum tartari per deliquium; estque nihil aliud quam sal tartari resolutum. *Oleum hoc tartari vim diaphoreticam possidet; intra corpus enim assumptum potenter attenuat & incidit, fermenta acida in momento extinguit; cujus experimentum patet ex eo, quod aceto instillatum, aut mixtum cum cerevisia acida, aciditatem omnem in momento auferat. Dosis est* ℈ß. *aut ultrà.*

SPIRITUS ET OLEUM TARTARI PER DESTILLATIONEM.

℞. Tartar. crudi seu purificati q. v. destilla ex cucurbita, vel retorta vitrea, sive terrea, primo gradatim ascendendo ad quartum ignis gradum, donec nulli amplius restent vapores albi, & habebis oleum cum spiritu mixtum. Separabis verò spiritum ab oleo, filtrando illum per char-

chartam emporeticam; quod remanet, oleum est: *Spiritus hic egregius est in sudore promovendo. Dosis à ℈j. ad ʒj. & ℈jv.*

MERCURIUS DIAPHORETICUS OLEOSUS FACTUS,

℞. MErcur. cum stanno coagulat. q. s. redigatur in tenuissimum pulverem, qui in aurea scutella in aceto vini constituta, ac vino sublimato repleta aliquandiu asservetur: Tandem vinum alcoholisatum accendatur, idque aliquoties iteretur, & videbis vinum, mercurium & stannum in quandam oleitatem resolvi. *Usus hujus olei est granum unum in vino optimo, atque æger stragulis optimè tectus ad sudorem se componat; sudoris autem normam ac modum experientia abundè docebit.*

AURUM DIAPHORETICUM.

PRo auro diaphoretico recentiores nonnulli putant intelligendum esse Magisterium auri cum aqua regia factum; nec in totum errant. Nam dictum aurum cum duplici portione florum sulphuris, istam amittit volatilitatem suam, & in pulverem rubicundissimum vertitur. Id si in vase circulatorio sub fimo equino circuletur per quindecim dies, cum aqua vitæ alcalisata, acquirit magnam tenuitatem, & penetrandi potentiam. Ejus usus satis est eximius, modo verò sequenti præparari potest. ℞. Auri puriss. partem unam, Mercur. antimonii q. s. dissolve, & fiat amalgama: hoc verò coque blando igne per spatium quatuor dierum, in vaso vitreo sesqui cubitum

alto

to, cujus pars inferior ſit ampla & lata, ſuperiorò ſtricta & longa. Ignis ſit blandus & continuus. Hoc modo amalgama in rubicundiſſimum pulverem vertitur, qui per dies quindecim reculetur cum ſpiritu vini in fimo equino. Spiritum tandem evoca, & habes aurum tuum præparatum. *Doſis eſt a gr.* iij. *ad* v. *aut* vi. *ex conſerva* *anis, etiam in vino aut juſculo carnis.*

AURUM DIAPHORETICUM THEOPHR. PARACELSI.

AUri ℥ij. Ex eo duæ patellæ fabricentur, ac per eſſentiam vini ſ. a. in primo gradu hannoris illæ in liquorem reſolvantur. *Doſis* *eſt a gutt.* iij. *ad* v. *in vino. Hoc lib. de malè curat.* *ſtitut. lib.* 3. *c.* 25. *habet.*

MAGISTERIUM TARTARI VITRIOLATI SOLARE.

CEraunochryſi communi modo parat. part. 1. Tart. Vitriolat. part. iij. pulverita miſc. diligenter, & in crucibulo, anemio furno concredito, mediocri igne caleſcant & calcinentur. Non fulminat aurum in hac calcinatione, ob ſpiritus acidos vitriolatos, qui ſclopetandi vim edomant, ferè mirabili ſpectaculo. ve fluant, ſive non, perindè eſt. Exemptâ è crucibulo maſsâ, apparebit ſolare corpus, quod ob acidi admiſtionem in tartari magiſterio latentis reſeratum, ut tincturam ſeu ſulphur ejus ex occulto factum fuerit manifeſtum, ac in apricum productum, ut tartarum vitriolatum etiam tinctura ſuâ ditarit, qui ſuâ privatâ operâ, quocunque

tam-

tandem modo calcinetur, regiam rubram han vestem nunquam induisset. *Vires hujus Magisterii sunt diaphoretica & mirabiles. Cor enim au reliqua viscera interiora corroborat.*

TARTARUM VITRIOLATUM ANTIMONIALE.

℞. TArtarum, & sine fluere in furno anemio, addeque antimonium pulverisatum, quod exemptum cum aqua coque ad consistentiam sa lis, quod in illo vase per se fluat in oleum seu liquorem auratum, qui, additâ certâ proportione olei vitrioli, facessit in rubrum coagulum. *Virtus hujus medicamenti est egregia, ac diaphoreticam facultatem habet insignem. Dosis est a gr. vj. ad* x.

AURUM VITÆ.

℞. AQ. fortis ex vitriolo, nitro & alumine ana factæ ℥jv. Sal. armoniac. ℥j. Misce & destilla ex alembico per arenam, ut fiat aqua regis. In hujus ℥j. dissolve auri finiss. ℥ß. & solutionem reserva in calido: deindè in aq. fortis comm. ℔j. dissolve Mercurii crudi benè purgati ℥vj. Solutionem posteà utramque tàm auri quàm mercurii simul misce, & illicò omnia apparebunt nigerrima: deindè ex arena per alembicum destilla lento igne, sed gradatim aucto, donec, quæ in fundo sunt, rubescant, & spiritus evaporâsse videantur; tandem auge ignem, ut subtùs cucurbita aliquandiu candeat. Eximc & pulverem sub capula incatillo subindè cum ferreo baculo misto, calcina, donec spiritus ab aqua forti probè separati

ci fuerint. Tandem aquâ dulci omnem salsenem aufer, & postquam extremô spiritus vini orrectus ab eodem sæpiùs per cohobia destillatus erit, pulverem auri vitæ serva. *Vsus ejus egreus est in peste & aliis morbis plurimis a gr. v. ad x. o dosi.*

ERCURIUS PRÆCIPITATUS LUTEUS DIAPHORETICUS.

MErcur. per salem communem & vitriolum sublimat. q. v. coq. in aqua fontana, ulliendo ad ignem lentum: deindè in hanc soctionem claram & puram, à fecibus nempè rentibus, per inclinationem, vel etiam per filtrum paratam guttatim immitte Olei tartari per delinium facti ex sale ejus q. s. ac statim præcipitatur ercurius ad fundum instar pulveris lutei colo. . Deplue aquam per inclinationem, & pulrem aquâ destillatâ, vel pluviali, vel fontanâ alioties eluendo edulcora, donec aqua, quâ elui, retineat nihil saporis acris. Postremò pulven sedulò & quidem lento igne exsicca & serva. *ejus vis mirificè est diaphoretica a gr. V. VI. & I. in theriaca vel mithridatio, aut horum alterus extracto; datur jejuno stomacho bis in hebdode. Egregiè solvit omnes obstructiones, imprivero icterum. Vsus igitur ejus loco alicujus diivi est, ad oppilationes internorum viscerum, sæpe merò gravissimorum morborum causas aperien, admodum utilis & necessarius. Est præterea idum contra ipsa venena experimentum.*

TINCTURA AURI DIAPHORETICA.

OLeum fl. antimonii rectificatum, ex quo pilulæ antimoniales duplices conficiuntur, si cum calce auri, diligenter præparatâ conjungitur & digeritur aliquandiu per mensem unum, aurum extrahit rubicundissimè; quod si illud oleum vicissim indè destilletur, aurum elevatur, quod spiritus vini statim solvit in aurum potabile non contemnendum. *Ejus vires sunt diaphoreticæ; nam ejus guttæ* iij. iv. *vel* v. *in vino exhibitæ confestim sudorem movent, ut indusium sit aliquoties mutandum. Oleum vero antimonii, quod primâ hâc destillatione ab auro prodiit, purgat leniter, solvit omnes obstructiones, & multa alia præstat.*

PULVIS BEZOARDICUS MINERALIS

Πολύχρηστος.

℞. MErcur. sublimat. per vitriolum & salem, Antimonii Ungaric. ana ℔iß.

Terantur invicem & misceantur, ac retortæ vitreæ luto munitæ omnia indantur, adjuncto receptaculo clauso, destillatio fiat in arena cum ignis regimine, ne guttæ in collo instar butyri congelentur; eo apparente, mox carbo unitus cum forcipe admovendus erit, tàm propè, ut vitro non noceat, & tamen resolvat, idque toties iterandum quoties necesse fuerit: Liquorem egressum semel per retortam rectifica, posteà calore liquefactum effunde in cucurbitam, quæ collum longum habeat, & affunde spiritum nitri; guttatim saltem

Sal

at, propter strepitum & effervescentiæ pericu-
um, ubi videris totam materiam esse planè solu-
am, affunde exempl. gr. si ℔ ß. olei fuit, etiam lo-
onem unum auri in aqua regis seorsim prius so-
ıti, ita mixtio manebit clara, non turbida, &
ubicundissimi coloris, alioquin nisi ita processe-
s, turbida fiet solutio, & aurum non verè se in-
orporabit, ac post abstractionem apparebunt ad-
uc auri scintillæ micantes.

Totam hanc claram & rubicundissimam solu-
onem pone in alembico benè lutato, addito ca-
itello & receptaculo, juncturis benè munitis,
ervatis posteà ignis gradibus, incipe phlegma ab-
rahere (spatio duorum dierum operatio absol-
tur) ultimò fortificando ignem ita, ut fundus
ucurbitæ candescat, parum se sublimat, quod
bsoluto opere, vase refrigerato & fracto, abji-
endum: reliquum in fundo etiam in parietibus
erebit, colore subflavo, instar terræ siccissimæ
hiantis, nullius ferè saporis; adhæret linguæ
e corrosione instar cornu adusti & calcinati.
℔j. Olei habebis post exsiccationem libram
rræ dimidiam. Calx illa fixa non est edulco-
nda, nisi velis, sed in crucibulo per duodecim
ras ignienda: Mirum, quod examen ignis in
ucibulo sustineat, & omnia corrosiva in ipsa
ortua sint.

*Arcanum summum est hic pulvis bezoardicus
neralis in variis & ferè omnibus morbis per sudo-
m & urinam efficacissimè operans; non per supe-
ra, nec inferiora purgat, neque etiam ægrotante-*

debilitat, sed plurimùm sudorem & urinam moderatè ciendo, ratione auri additi, etiam sine auro naturam confortat. In lue venerea, cum aq. persicariæ: in peste, cum aq. ulmariæ, scordii, scorzoneræ: in podagra, cum aq. filicis & chamædrios: in hydrope, cum aq. ebuli: in febribus, cum decocto centaur. minoris & aqua febrifuga: in obstructionibus & doloribus lienis, cum aq. scolopendriæ: in calculo cum aq. ononid. petroselin, fragar. & saxifrag. miranda certè præstat. Pro dosi sunt grana iij. v. vij. viij. *in aquis appropriatis & convenientibus.*

BEZOARDICUM SOLARE VERUM.

IN destillatione prima spiritus nitri vel aqua fortis ab ipso butyro antimonii progreditur, menstruum colore rubicundissimo transparente, illudque denuò posteà suæ radici, ex qua prodiit, nempè ipsi antimonio conjungitur per repetita nimirum cohobia. Quod si verò illud menstruum primâ vice productum asservetur, & cum eo solvatur aurum finum, hoc est, finatum, q. placet, de auro verò soluto abstrahatur illud menstruum leni calore usque ad pelliculam, seu oleositatem, ac recens rubicundum menstruum ab eodem auro soluto denuò, idque tertiâ vel quartâ vice destilletur, ex retorta oblongioris colli, benè loricata & Hermeticè clausa semper leni calore, ne nimirum spiritus prodeant; ac iis destillationibus finitis, tandem hæc ipsa solutio, auro impragnata à spiritibus illis ex retorta aliquantum fortiori igne pellitur, quod destillatum fuerit

rit, iterum affunditur, idque tantiſper fit, donec ipſum aurum rubicundiſſimo colore inſtar rubini elevabitur. Hoc aurum ſpirituale redditum butyro antimonii in ſpiritu nitri vel aqua regis ſoluto, junctum prioribus deſtillationibus neceſſariis repetitis, cum illo uniri, ac denuò figi, & poſt extremam calcinationem in Bezoardicum purpurei coloris (quod ſignum eſt auri ſpiritualiter ſoluti, & per minima conjuncti) præparari poteſt. *Medicamentum eſt magnarum in medicina virium.*

BEZOARDICUM SOLARE ALIUD.

SOlve aurum in aqua philoſophica ſeu regia ex nitro & ſale armoniaco facta, Cujus præparationem docet *Beguinus* à *Glückradio* editus, *Tyrocin. Chimic. l. 2. c. 3.*

A ſoluto eandem aquam toties per retortam deſtilla, recenti ſolvente ſubindè affuſâ, donec per retortam aurum tranſierit rubicundiſſimè, quod poſteà cum mercurio vulgari ad fundum præcipita, (Mercurius iſte debet eſſe benè purificatus, aliàs noxiæ mercurii feces manent cum auro) denuò præcipitatum, & ab eodem per calcinationem liberatum prodit purpurei coloris. Hunc pulverem denuò in aqua regis ſolutum, & ad ſolutionem butyri antimonii decuplâ proportione cum eadem aqua regis junctum, evocato per retortam menſtruo, ac deſtillationibus ſæpè repetitis, poſteà per calcinationem ſub tegula reduc in pulverem rubeum, ſi lenis, ſi verò in

tensior calcinatio instituatur, in purpureum. *Bezoardici cum est nullis non laudibus dignum (propterr eaque magnificiendum.*

Idem assequeris, si aurum per spiritum nitrii fortificatum, solutum & quantitate auctum, dictâ proportione cum butyro antimonii junxeris, & per menstrui repetitas separationes demùm calcinando in pulverem rubeum verteris.

BEZOARDICUM LUNARE.

LUna in aqua forti solvatur, & digeratur tamdiu, donec solutio fiat viridiuscula. Abstrahe tunc per alembicum ad mellaginem usque aquam fortem, & ex luna cum spiritu vini tincturam extrahe viridem. Hanc extractionem repete, donec non amplius tingatur. Iterumque spiritu vini ablato, remanentem tincturam butyro antimonii, in spiritu nitri soluto, junge proportione suboctupla ad butyrum, & l. a. destilla ad siccitatem, atque bis terve fige eodem modo, quo Bezoardicum commune sive minerale simplex figitur. *Et hoc ad capitis affectus utilissimum est, præsertim ad erysipelas capitis muliercularum valdè usitatum. Dosis a gr.* VI. *ad* XII. *& plura.*

Omnium verò præstantissimum futurum est Bezoardicum Lunare, si luna cum spiritu nitri in vitriolum redacta, & cum butyro antimonii l. a. in pulverem fixum mutata fuerit. Hâc nimirum ratione corpus lunæ à spiritibus nitri aliquomodo tenuius redditum facilius cum butyro antimonii per minima miscetur, atque ad effectum medicum producendum efficacius fit.

BE-

BEZOARDICUM SATURNINUM.

Simili prorſus modo Bezoardicum Saturninum paratur, ex vitro nimirum Saturni (quod fit ex minio & ſilicibus ſimul fuſis) & aliquoties cum eodem butyro antimonii rectificato extrahe tincturam, atque cum ſpiritu nitri dicto modo fige. *Est in omnibus affectibus ſplenis remedium efficax.*

BEZOARDICUM JOVIALE.

℞. Regul. antimon. ſine marte facti ℥vj. cui in crucibulo fuſo adde jovis *Anglici* puriſſimi ſimiliter fuſi ℥jv. ut fiat amalgama, poſteà in marmore reduc in pulverem ſubtiliſſimum, cui adde Mercurii opt. ſublimati ℥x. ac ex retorta destilla, indeque factum butyrum ternis deſtillationibus cum ſpiritu nitri fige, poſteà calcina, ignemque in ſpiritu vini extingue, & exſicca. Fit pulvis gryſeus. *Doſis a gr. j. ad ij. Potentiſſimè movet ſudores; ad omnia, maximè verò ad obſtructiones hepatis polychreſtum.*

BEZOARDICUM MARTIALE.

Ex Croco martis ſolius ignis beneficio ad normam præſcriptam *Beguini Tyrocin. Chimic. l. 2 c.* 15. facto, cum butyro antimonii rectificato in digeſtione elice tincturam rubicundiſſimam: butyrum tincturá antimonii impraegnatum fige cum menſtruo ſpiritus nitri more uſitato. *Est ſpecificum & præſentiſſimum remedium in omnibus fluxionibus ventris, præſertim ab hepate ortum ſuum capientibus. Color ipſius hepatis colorem refert.*

BEZOARDICUM VENEREUM.

EOdem planè modo ex squama æris elicitur tinctura cum butyro antimonii correcto per digestionem, & cum toties decantato menstruo, spiritu nimirum nitri figitur. *Præter cæteras virtutes obtinet vim alexitericam in qualibet gonorrhæa certissimam.*

BEZOARDICUM MERCURIALE.

EX vitro mercurii vitæ cum butyro antimonii correcto elicitur tinctura rubea. Idem figitur per spiritum nitri fixatum, ac transit tandem in Bezoardicum excellens, virtute prioribus non cedens.

DIAPHORETICUM SOLARE.

EX auro fit etiam Diaphoreticum aliquod solare magnum. Cum alcohole nimirum vini præstantissimo illud solvitur, separatisque fecibus hæc solutio in pelicano ad certissimum calorem balnei per mensem digeritur: Interea temporis aurum spirituale ab ipso spiritu vini sponte suâ se separat, inque fundo vasis seorsim quiescit, fluctuando desuper nobili menstruo solo, quo per inclinationem cautè separato, calx auri aquis dulcibus aliquoties eluitur, & lentissimo calore exsiccatur. Tandem in justæ proportionis phiola Hermeticè obsignata lento primùm calo-

lore athannoris, post auctiori figitur, donec in lverem purpureum desinat, qui deniq; in spiritu vini optimo solutus, *inque una exigua dosi guttrum* iij. *aut* IV. *exhibitus vitam sanitatemque nservando omnes morbos per sudorem expellit. iaphoreticum tale, cui vix ullum comparari sset.*

FLORES ANTIMONII FIXI.

FLores antimonii fixi fiunt, si antimonium diaphoreticum coquatur in aqua fontana per iquot horas, posteà calens decoctum per filum transmittatur, & in loco frigido relinquatur: nimirum per hanc ebullitionem, id quod sublius in aqua solvitur, & tandem præcipitatur in lverem admodum albicantem & tenuem, sæùs eluendum & exsiccandum. Quod si acem destillatum immittatur in idem decoctum filatum, facilius & celerius pulvis iste cadit, estque ajorum virtutum.

asilius Valentinus in Curru Triumphali antimonii aldè hosce flores commendat ad interiora apostata; eorum enim grana quindecim propinat inquies singulis diebus. Idem medicamentum aximè prævalere ait in lue venerea, eodem modo dosi usurpatum. Neque verò utrumque extra m. In posteriori adfectu cum spiritu guajaci exbitum mirabiliter totam substantiam sanguinis novat, & morbum Neapolitanum funditus expat. Hujusmodi etiam flores, si à ℈ß. ad ℈j.

 non.

nonnunquam etiam ultrà dentur cum conserva rosarum vel aqua convenienti, & particula theriacae veteris, vitiosos humores per sudorem optimè pellunt.

PANACEA SULPHURIS ANTIMONII.

EX Cinnabari antimonii post destillatum butyrum antimonii in collo retortæ collectae primùm eliciatur sulphur rubrum hoc modo. Fiat lixivium fortissimum ex cineribus clavellatis vel calce viva, ut moris est, cum quo exactè depurato perque filtrum trajecto, cinnabaris antimonii pulverata ebulliat per tres vel quatuor horas in cacabo ferreo. Lixivium redditur rubicundum propter sulphur, argentum verò vivum currens ad fundum confluit. Tinctum lixivium per inclinatonem separetur, & calens per chartam bibulam coletur, ac seponatur per horas aliquot. Tùm sulphur antimonii fundum petet in forma pulveris rubei. Quod à lixivio separatum deinceps edulcorandum est aquà communi, ac posteà lento calore exsiccandum. Hujus Sulphuris & Reguli antimonii ℞. Verb. gr. ℥j. atque Olei sulphuris per campanam facti, vel Olei vitrioli ℥iij. Digere per aliquot dies in retorta vitrea & loco calido. Deindè destilla ex arena, ter minimum aut quinquies cohobando. Urge postremâ vice ignê in qvarto gradu per duodecim horas, & erit totum fixum in igne manens: quod exime & cum aqua rosar. lava. Hujus ℞. ℥j. Sal. seu Mag. Corallor. ℥ij. Misce

exactè

actè,& fiat pulvis. *Panacea hujus ex sulphure ...timonii dosis est à gr.x. ad xv. Est autem ...regium sudoriferum, præsertim in morbis ...alignis & epidemiis, in aquis appropriatis ...doriferis. Datur etiam in conserva aliqua ...el mithridatio, vel cum decocto rasur. ...c. Sanguinem egregiè mundificat, ideoque ...ibuslibet morbis per sudorem sanabilibus ...servire potest, præcipuè lui venereæ, foëdi...ti cutis. Repetenda est dosis sæpius in qui...slibet morbis, præsertim verò in epide...iis, & malignitatem aliquam secum ve...ntibus.*

...INNABARIS ANTIMONII PERLATA ET CORALLI ...SATA.

Cinnabaris antimonii cum ana. Magist. Corallor. & perlar. permixta.

Dosis ejus est à gr. VI. ad VIII. vel etiam XII. ... æquale pondus ad hanc mixturam addatur ...agisterii cranii humani, fit egregium diapho...ticum in epilepsia. Dosis posterioris sunt gr. ...decim vel viginti.

FLORES ANTIMONII DIAPHORETICI.

ANtimon. calcinat. ℔ß. Salis tartari ℥j. Sublimentur, ut flores antimonii semel

mel atque iterum & tertiò eleventur cum sale tartari. Tandem abluantur in aqua simpl. aut rosar. Sic habebis flores diaphoreticos, *qui maximâ efficaciâ sudorem eliciendi ac sanguinem mundificandi pollent. Dosis est à gr. V. ad X.*

PULVIS ANTIMONII FIXUS ET RUBICUNDUS.

℞. ANtimon. q.l. tere subtiliter, impone pulverem cucurbitæ, & affunde aquæ fortis tantum, ut superstet latitudine sex digitorum; ponatur in calore subtili decem diebus benè lutatum & clausum, ut extrahatur : hanc extractionem puram & claram per decantationem effunde, eamque filtra , ut omnibus fecibus & impuritatibus liberetur , tùm extractionem vitro impone, & omnem aquam fortem extrahe per destillationem in cineribus vel arena manebitque in fundo pulvis antimonii flavus & siccus: huic affunde aquam pluvialem destillatam, ponaturque in simili vitro in calore moderato, & consequeris extractionem rubram; hanc iterum filtra, & per B. M. leniter destilla aquam pluvialem, manebitque pulvis rubicun-

ndus; huic denuò acetum destillatum
rte affunde: hoc acetum iterum destilla,
rumque remanebit pulvis rubicundus:
nc pulverem reverbera, operatione nun-
am intermissâ, tribus continuis diebus
ne aperto, tùm demum illi abstrahe tin-
uram per spiritum vini; feces remanent,
s separa à tinctura. His omnibus tanto
ore perfectis, separa iterum spiritum vi-
, destillando per B. M. remanetque pul-
fixus rubicundus, qui admirabiliter o-
ratur.

*Hic pulvis egregiè & mirabiliter sudorem promo-
t, & insensibiliter quasi operatur, si ʒß. ter de die
natur, manè scilicet, meridie & vesperi. Non
no nocet homini. Expellit omnem grumosum san-
nem ex corpore; diutius sumptus aperit securè
iculosa omnia apostemata, eaque expellit, radica-
r curat morbum Gallicum; Crines novi, facit, ut
scant, & renovat notabiliter totum hominem.*

VLVIS ANTIMONII ALBVS ET FIXVS BASIL. VALENTINI.

Ape antimonium purum, quod ex *Hungaria* adfertur, aut in similibus plagis monta-
invenitur, tere id subtiliter; cape item men
am eandem Salis nitri purissimi, quod tertiò o-
bi diligentiâ mundatum est; hæc composi-
simul oritur in olla nova vitreata, quæ nul-
lâ un-

la unquam pinguedine fuit infecta, igne circulatorio, non quidem tota simul, sed diversis vicibus partes adjungendo. Hâc operatione peractâ, tere materiam duram, quæ in olla remansit, subtiliter, ei in olla vitreata affunde aquam vulgarem mediocriter calefactam, & ubi materia resedit, innova hanc affusionem aliquoties, donec sal nitri omne extrahatur: denique sicca materiam; & tantum salis nitri novi appone, quantum ejus est pondus; exure rursus, & repete eandem operationem tertiò: tandem tere id, quod post tertiam operationem manet, subtiliter, affunde spiritum vini optimum, circula mense uno diligenter clausum in cucurbita seu circulatorio: dum eximitur, novies vel decies, spiritum vini toties affusum desuper exure; hoc peracto, sicca pulverem molliter, & integro die excande fac in crucibulo, quali auri fabri ad lique facienda metalla utuntur: hunc pulverem in loco humido resolve super mensa lapideá vel vitreâ; vel in ovis duriter coctis fit indè liquor, qui expositus calori iterum siccatur, & in pulverem revertitur.

Hic pulvis efficit egregia quædam & mirabilia. Sudorem moderatè prolicit. Quicunque interius laborat apostematibus, sumat de hoc albo fixo pulvere antimonii in spiritu vini, vel alio vino generoso quartam drachmæ partem quinquies vel sexies per diem, experietur internum apostema aperiri, & omnem co-

agu-

ulatum sanguinem paulatim sine ullo vitæ ut sanitatis periculo expelli. Qui morbo Gallico interius laborat, utatur hoc pulvere & experietur hoc malum toto in corpore consumi, que ex eo expelli. Producit praterea novos ines, & innovat hominem in novum statum d stuporem omnium; dat novum, sanum & erum sanguinem & tantum efficit boni, ut ossit ne minima ejus pars à vero Chimico describi vel enarrari.

TINCTURA HEPATIS ANTIMONII.

EX hepate antimonii non vulgari sed peculiari aliquo modo præparato per iritum vini extrahitur rubedo, quæ votilis fit, & transalembicum destillatur, uæ sine periculo omnibus exhiberi poest. *Dosis ejus est à gutt. V. ad X. & XX. em XXX. XL. & L.*

Hæc tinctura leniter sudorem excitat, neum purgationem aut vomitum movet. Sed irabilia illa, quæ, sanguinem purgando, radices morbi extirpando & hominem vegetum ddendo facit, per insensibilem exspirationem ilicet & occultas suas vires efficit. Vino ic vendibili opus non non est eloquentia hedrâ, quâ commendetur ægrotis; qui semel vi-

res

res ejus experti sunt, sciunt, quid valeat, & quantis illud exspectant votis, quantis æstiment pecuniis.

Basilius Valentinus in Curru Triumphali Antimonii hepar hoc antimonii ita præparat: Sume Antimonii, Tart. crudi ana partes æqual. benè inter se trita impone crucibulo forti, quod non sinat spiritus perrumpere, & ure hanc materiam, donec tartarum sit omninò combustum, quod in furno ventoso faciendum est. Hanc materiam exustam tere subtiliter, affunde aquam vulgarem anteà calefactam, edulcora materiam lixiviando. Fiet hepar, ita jam multis antè temporibus à majoribus nominatum.

Verùm in hac Hepatis antimonii operatione nos advertimus, loco tartari melius sumi salem tartari, non tantùm ad operationis compendium (nam aliàs tamdiu fundendum est, donec tartarum in salem commutetur) sed vel maxime, ut vitrum accipiat colorem longè meliorem. Obliviscitur etiam, vel ob rationes quasdam omittit Basilius admonere, quod vitrum effundi debeat in pelvim ante calefactam, & contundi in mortario antè calefacto, aliàs vitrum hoc propter salem tartari ita quamprimùm aëre imbuitur

...itur, ut continuò in coënum vel pultem ...andam commutetur. Omittit præterea de...rminare aquæ quantitatem, in qua pulvis jam ...itus ſolvendus eſt, ut colorem accipiamus pul...riorem & magis ſaturatum, in qua coloris ex...atione præcipua vis ejus ſita eſt. Præcipita...nem præterea hepatis ex aqua, quæ aceto fieri ...bet, ſilentio involvit.

...INCTVRA VITRI ANTIMONII AURATI.

...Rimò fiat regulus antimonii, docente id *Tyrocinio Chimico Beguini. c. 12. lib. 2. ſub ... Regul. Antimon.*

Hujus Reguli antimonii cape ℥ij. Auri puriſſ. ... funde ſimul, & in canaliculum infunde, ut ... virgula fragilis. Indè probè terendo paretur ...vis ſubtilis, deinceps ſuper tegulam lentò i..., continuè movendo bacillo ferreo infrà lato, ...inandus, donec ceſſantibus omnibus fumis ci... omnem fuſionem in cineres albicantes tranſie... Hos cineres funde in tigillo, ac tantiſper in ...u ſerva, donec in vitrum rubicundum abierint, ...uod ſæpiùs explorare poteris, bacillo ferreo in ...lum immiſſo, & ad examen coloris deſiderati ...tidem revocato; quo ſanè animadverſo, totum ...elvim orichalcinam ſubcalidam effunde, & ...creſcet in vitrum, ipſumque aurum magnâ ...arte itidem in vitrum concreviſſe videbis. Re...ã verò ex eodem auro denuò cum regulo no-

vo, eâdem, quà suprà proportione funde, calcin & deinceps in vitrum redige, tantisper pergend donec omne aurum cum antimonio transparen factum fuerit, & in vitrum totum abierit.

℞. Hujus pulverisati vitri ad placitum, affunc Spir. vini opt. & diligentiss. rectificati ad eminen tiam 4. digitorum, digere in calore balnei, vas diligenter clauso, donec spiritus vini tingatur ru bicundissimè, quem effusum serva, alium insupe pulveri residuo affundendo, & tincturam extra hendo, si volucris sæpiùs.

Hic spiritus tinctus à ℥j, ad ℥iij. vel plu res exhibitus movet sudores, mundificat san guinem ab omnibus feculentiis, podagricos ju vat, ut & hydropicos. Dolores exlue vene rea in periostiis brachiorum & tibiarum orto mirificicè tollit, ac insuper in lue venerea feli citer curanda utilis est, facitque omninò iden ad omnes morbos, qui sudoribus expelli volun

ACIDVLA, LAVACRUM, ACETVM VEL CLYSIS ANTIMONII.

℞. Antimonii, Sulph. Nitri ana. ℥iv. Ali hoc pondus observant. ℞. Antimon ℥iv. Nitri ℥iii ß. Sulphur. ℥iij. Tartar. ℥j. Misc & fiat Pulvis subtilissimus.

Posteà tibi sit in promptu retorta longio ri ventre, in cujus parte postica sit tubulus hæc collocetur in fornacem, eique recipi

en

p, quod aquæ cichor. menſuram conti-
t, adaptetur. Deindè ubi igne incaluit
orta, ʒß. vel ʒj. partitis vicibus injicia-
&. & poſt quamlibet particulam inie-
n foramen vel tubulus claudatur, atque
per integrum diem continuetur. Alij
aqua cichor. aquam betular. id eſt,
ckenſafft) ſumere ſolent; quia aqua
ularum vernalis acidulis proportiona-
Argumento hoc: quia per id tem-
maxime aquâ abundant betulæ, ſub
dè centro terræ ſub æquinoctio in ter-
perficiem ſcaturit naturæ hoc mercu-
ſal acidum, ſive radicale. Naturæ hu-
dum, ex quo cuncta revireſcunt.
principio Clyſis hæc vehementer ſul-
olet, quod tamen ſenſim exhalare ſo-
Eſt autem antimonii Acidula lavamen-
mineræ antimonialis calcinatæ per ni-
& ſulphur, vehens in ſeſe eſſentiales
s, ſive mercuriales antimonii ſpiritus,
ſeu ſtabiles factos per acidos ſpiritus
ſtabileſque nitri & ſulphuris.
prietates hujus Acidulæ antimonii ſunt:
re, coagulare, dolores medicari & au-
habere vim beZoardicam. Harum pro-
tum ſunt hæc effecta: incidere bilem craſ-

sam, tenuem & fluentem verò incrassare, sud[...] vi anodynâ bilis fervorem dolorificum & an[...]gentem tranquillare, putridos humores expu[...]gare, & venenatos ex illis vapores, imò ma[...]giam ipsam putredinem corrigere, reducer[...] compescere, & expurgare per sudores. Præter[...] tartarum educere, & per urinam expurgare[...]

Hinc ejus usus erit in febrib⁹ ardentib⁹ an[...]feris, putridis, apostematib⁹ internis, angina, c[...]tarrhis, ardore & anorexia ventriculi, scorb[...]to, præservatione pestis, cholera, dysenteria &[...]

Usus ejus ab extrà est, mitigare & restring[...]re ardorem ulcerum & tumorum: incidere [...] lenire scirrhomata: sistere hæmorrhagias, si[...]narium, si iugulo applicetur, sive aliarū partium [...] & ad quæ præterea quodcunque lac virgin[...] Chirurgorum, aut saccharum Saturni extrà p[...]test conducere.

Causa demonstrationis est sal mercuriale [...] hac clysi, continens in se essentiale sulphur an[...]dynum, quod est de natura vitrioli. Hoc ma[...]gnum secretum est unum ex Archivis doct[...]rum Chimicorum.

Dosis. Datur à cochleari uno ad duo in vi[...] vel alio vehiculo sudativo.

Nota. Quidam aquæ cichor. vel betular. an[...] destillationem addere solent ℥j. spiritûs sulphuri[...] vel nitri.

Cl[...]

CERVSSA ANTIMONIALIS DIAPHORETICA.

REgul. antimonii p. ij. Cryſtall. nitri p. v. (alii ana) fluant ſuper carbones per ho-[illegible], deîn edulcora, ſeparando reguli grumos, [illegible] in fundo colliguntur. Pulvis ad ignem [illegible]ccatus dicitur Ceruſſa antimonialis. [illegible]c pulverem ſi denuò cum nitro calcinaveris, [illegible]ſine fuſione ad citrinum colorem reverberave [illegible]planè fit diaphoreticus, diciturque Ceruſſa [illegible]horetica.

[illegible]eruſſa hæc intrinſecus maxima cum utili-[illegible] aſſumi poteſt in curatione ulcerum inven-[illegible]torum, ſcabierum aut puſtularum pertina-[illegible], continuis 3. 4. aut pluribus ſeptimanis, [illegible]idiè ſcilicet aſſumendo. Diverſimodè o-[illegible]ri conſuevit. Nam in quibusdam dua-[illegible] vel tribus diebus nauſeam aliquam produ-[illegible] ſolet, cum crebra expuitione, reliquo tem-[illegible] inſenſibiliter operatur: Aliis alvum laxat [illegible]eratè, aliis ſudorem ciet, aliis prorſus inſenſi[illegible]er, & nonniſi in fine tandem manifeſtas o-[illegible]tiones edit. Extrinſecus deſiccat, adſtringit-[illegible] moderatè, abſtergit & aperit. Doſis intrà [illegible]ß. ad ʒß. 4. aut 5. horis ante prandium.

[illegible]eruſſa verò antimonii diaphoretica citra [illegible]eam eaſdem operationes & quidem majorē fructu perficit. Doſis eadem.

PRÆCIPITATUM ANTIMONII DIAPHORETICUM.

℞. CRoci metall. ℥ij. Impone destillatorio vitro oblongi colli, quod calenti æquæ immergatur, hînc affunde sensim Spir. nitri ℥xiii moveque sæpius, ne antimonium fundo adhæreat: Conserva id calidum; donec spiritus nitri non amplius laboret, & antimonium redactum sit in pulverem album. Deindè vase clauso exactè digere in B.M. septimanis 4. aut 5. ac tandem separa spiritum nitri in arena, pulveremque spatulâ lignea agitando, ex sicca ad ignem, donec nullus amplius fumus exhalet. Hunc ablue & edulce aquis cordialibus.

Egregiè hoc in morbis quibuscunque contumacibus sudores movet. Dosis est à gr. IV. ad XII. in aquis appropriatis.

SAL CARDUIBENEDICTI CRYSTALLISATUM.

Sal carduibenedicti in spiritu nitri solutus & iterum in crystallos redactus, *egregium sudoriferum est; ac in febri quartana valdè commendatur. Dosis est* ℈j.

AURUM TRASNPARENS.

℞. AUri puriss. ℥ß. Antimon. *Ungarici* ℥viij. pone in tigillo ad ignem, ut invicem fundantur, & ubi fusa sunt; effunde: cave tamen, ne in regulum abeat. Hanc mixturam probè probéque contere, ut fiat pulvis

lvis subtilissimus, qui calcinandus est eo
odo, quo antimoniũ calcinant, quando vi
conficere volunt, donec non amplius fu-
get. Quando igitur pulverem ita fixum
bes, tigillum ad ignem pone, ut apprimè
deat, ut abeat in vitrum; posteà paula-
eo modo pulverem in vitrum funde, &
t tantisper, donec vitrum hoc sit rube-
& transparens, quod bacillo aliquo fer-
explorare potes; & invenies aurum in
undo crucibuli diminutum parte dimi-
. Vitrum in pelvim effunde, & habebis
um transparens cum vitro antimonii *æ-
li pondere* permistum. Accipe hujus
i transparentis pulverisati q. pl. ipsique
nde spiritum vini ex vino factum & o-
nè rectificatum ad eminentiam quatuor
torum, & clauso vase sepone ad calo-
digestivum, & spiritus ex auro extra-
tincturam rubicundissimam, quam ad
reservabis.

*ic spiritus à ℥j. ad ℥iij. vel plures exhibi-
movet sudorem, mundificat sanguinem ab
ibus impuritatibus & foeculentiis tarta-
salem microcosmicum resolutum, ex quo
ops, coagulat, & phlegmata noxia ex cor-
exterminat. Podagricos juvat, & à do-*

lore & morbo liberat, si præsertim cum arcano filicis fuerit propinatus. Dolores ex lue venerea in periostiis brachiorum & tibiarum ortos mirificè tollit, ac insuper in lue venerea feliciter curanda, præsertim in delicatis, cum decoctis nobilibus chinæ, sarsæparillæ & guajacii multùm prodest. Curat ulcera. In peste & aliis morbis epidemicis magnum est solamen. Spiritus hic nec vomitum, nauseam, aut ullam sedem provocat, quod vulgaris vitri antimonii non facit, sed cum impetu maximo purgat, quod albo calculo probè notandum.

CERAUNOCHRYSON DIAPHORETICUM PRÆSTANTISSIMUM.

℞. CEraunochryf. gr v. vel vj. impone ea in vasculum argenteum, & superfunde spiritum vini optimè rectificatum, & desuper vitrum crystallinum satis ampli orificii suspende. Quamprimùm Spiritus vini ardere desierit, pars ceraunochrysi terrea ad vitri parietes sublimabitur. Hoc quatuor vel quinquies repete, & vitrum cum spiritu vini lava, sic calx fundum petet, quæ exsiccari debet. Demùm ad ejusdem calcis, spiritu aliquo acido irrigatæ, partes duas addunt fl. sulphuris partem 1. In crucibulo permistis, sulphur comburitur, tùm calx adquirit colorem boli armeni, & vim sclopetandi omnem amittit.

Virtutem auri calci inesse cathartieam, eamque sine ulla nausea vel vomitu, testatur experientia;

minc

mineras præsertim flatulentas educit per alvum, quæ cum virtute fulminis imitatrice stat simul, & cum illa accidit: cum fructu exhiberi potest in tympanite, & uteri suffocatione ob adscensum. Dosis est à gr. IV. *&* V. *ad* VI. *Cum vino sublimatum autem, & cum sulphure calcinatum catharticam amittit virtutem, diaphoreticam autem facultatem admittit, si inconvenienti liquore à gr.* iij. *ad* IV. *exhibeatur.*

JUPITER DIAPHORETICUS.

℞. Jovis *Anglici* limati, vel in scutella lignea, vel terrea non vitreata calcinati ℥ij. Mercur. sublimat. ℥jv. Simul misce, & per retortam destilla, igne arenæ, apponendo vas recipiens, aquâ fimi plenum: cumque destillare inceperit, da ignem suppressionis moderatum, donec omnis liquor destillaverit, & præcipitatus fuerit in aquam. Quod autem ad collum retortæ sublimatur, abraditur, & cum eo, quod destillatum est, per noctem digeritur. Aqua spiritu vitriolo imprægnata separatur, & ad usus servatur: calx verò exsiccatur. *Egregiè hoc medicamentum in variis morbis contumacibus sudorem movet. Dosis ejus est à gr.* IV. *ad* V. *&* VI. *in vehiculo appropriato convenienti.*

MAGISTERIUM LAPIDIS BEZOAR.

DE Lapide Bezoar orientali, pretiosissimum ac præstantissimum etiam Magisterium sicum, virtutis & efficaciæ subtilis ac penetrantis paratur. Bezoar debito modo & artificio

solve in menstruo, cujus præparationem in mox sequenti medicamine, quod Bezoar potabile dicetur, indigitabimus; solutum filtra per chartam, pòst ad manum habe acetum destillatum, vel succum citri clarificatum, hunc guttatim solutioni superinfunde, celeri tamen & alto lapsu; sic statim tenellus subtilisque pulvisculus præcipitabitur in fundum, sine omni ferè acrimonia, qui deindè, evacuato prius menstruo, aquis cordialibus edulcorandus, siccandus, & ad usum, utpote verum & sincerum Lapidis Bezoardici Magisterium adservandus est.

Nobilissimum hoc Magisterium ita præparatum, in omnibus affectibus & symptomatibus malignis, contraque omnia venena cordi infesta, præsertim ubi qualitas calida, & putredo deprehenditur, adeoq; in aliis omnibus, ubi usus Lapidis Bezoardici laudatur, adhiberi & usurpari potest, apud illos imprimis, qui naturæ sunt tenellæ, nauseantes medicamenta; nec minùs apud gravidas; & infantes, cùm nec odorem nec saporem ferè ullum habeat. Dosis ejus in infantibus est à gr. ij. iij. *usque ad* IV. *In adultioribus verò pro discrimine ætatis & necessitatis à* x. *ad* XV. *grana: Datur in aquis destillatis & convenientibus, prout Medico perito commodissimum videbitur.*

BE-

BEZOAR POTABILE.

AD hoc arcanum efficitur ac præparatur, singulari tamen studio, sequens solvendi menstruum. ℞. Nitri purgati, Spir. vitrioli rectificati ana part. æqual. destilla per retortam in arena secundum gradus, & quando primâ vice, quarto ignis gradu detractum, effusus indè liquor librandus est & æquo huic pondere addendum de spiritu vini alcoholisati, atque ita bis adhuc cohobandum, primùm igni admodum lento, ne spiritus vini evaporet, deindè gradatim, donec quartum gradum assequaris, nec quid amplius transcendere sentias. Hic labor tribus horis circiter absolvitur, ut quartus gradus habeatur; tùm denique retortam videbis candentem, quæ cum refrixit, auferri potest vas recipiens, ubi menstruum jam paratum, residente in fundo retortæ terrâ alba, eâque perpaucâ, & saporis ferè expertæ. Posteà Lapid. Bezoar. Oriental. subtilissimè pulverisati sume ℥j. In cucurbitam vitream intromitte, de menstruo dicto ad eminentiam trium digitorum superinfunde, inque balneo, modici caloris impone, tùm spatio 2. vel 3. horarum menstruum illud Lapidem Bezoar rubicundè resolvet. Solutionem hanc deliqua, residuo non soluto denuò tantundem illius prioris menstrui affunde, & in balneum repone, usque dum iriter solvatur. Jam porrò Lapide Bezoar penitùs soluto, menstruum illud tinctum infer cucurbitulæ, & per alembicum leniter abstrahe, quo facto, residuo in fundo extracto spiritum vini su-

per-

perinfunde, eundemque igne lento indè evoca, & hoc ipsum secundâ & tertiâ vice itera, ita tamen, ut semper recentem spiritum vini addas, donec nulla amplius acrimonia prioris menstrui sentiatur; tunc porrò aq. cornu cervi, vel alius cordialis ℥viij. affunde; in balneo denuò repone, usque dum extractum illud totum hâc aquâ solutum fuerit. Posteà per chartam filtra, & lentè usque ad dimidium evaporare sine, ut ℥jv. saltem remaneant, quas instar thesauri inter terrenos nobilissimi ad usum serva.

Nobilissima isthæc & plusquam Regia Medicina, contra omne venenum cujuscunque generis validissimæ virtutis & efficaciæ est. Præcipuè autem vapores venenatâ putredine noxios, pestiferasque infectiones, in corporis habitu dominantes, & facultati vitali maximè infestas per sudorem ac insensibiles exhalationes expellit, nec non cor, cæterasque partes interiores principales corroborat. Probatissimum hoc etiam invenitur, contra omnis generis subitaneos & veneno pestilentiali valdè periculosos affectus, febres petechiales, variolas, morbillos, pleuritidem epidemiam, morbum Vngaricum, omnesque alios ex dictis malis enascentes morbos: uti nec minùs contra erysipelas, & alia symptomata venenosa, ubi diaphoretica, bezoardica, putredini & malignitati virulentæ resistentia, ac sanguinem mundificantia requiruntur, magnâ virtute operatur. Dosis est a ℈j. ad ʒj in vehiculis appropriatis. Datur autem ægrotis ita bibendum, ut habetur, haud calefactum, idque summo manè, vel etiam, si necessitas

postu-

postulet, alio diei tempore; habitâ tamen ratione, ne vires ægrotantium sint exhaustæ, tùm ut calescat æger & sudet, quantum sine virium decremento, & debilitatione nimiâ fieri potest. Insuper medicamentum hoc secundâ, tertiâ, pluribusque vicibus pro infirmorum conditione, in omnibus complexionibus & corporum constitutionibus, gravidis etiam mulieribus, puerulis & infantibus, absque omni periculo propinari & adhiberi potest; si præsertim status morbi talis, ut calida illa antidota theriacalia & alexiterica locum invenire nequeant. Quòd si decumbentium conditio requirere videretur, ut venæ sectio præcedat, vel per vomitoria, aut cathartica purgetur corpus & evacuetur, expediri id prius poterit, & posteà sudoriferum isthuc usurpari. Si item corporis constitutione talis esset æger, ut sudare per naturam non posset, quales sæpè inveniuntur, is talis homo cumulatis tegumentis aliisve mediis ad sudandum compelli non debet: cùm evenire possit, ut arcanum hoc vel per vomitum, vel per secessum, vel per urinam aliamve insensibilem perspirationem operetur, vel instar vulnerarii pestilentialis materiam peccantem à centro ad emunctoria sua extra corpus propellat, atque ita nihilo secius malignitatem invadat, adeoque eundem hîc fructum progeneret, quem in aliis subjectis sudorem indê emittentibus. In exhibitione etiam diligenter cavendum, ne quid aceti, vel aliûs acetosi liquoris addatur, neve a syrupis acetosis, utpote citri, berber offeratur; alioquin essentia lapidis Bezoar præcipitaretur, & pulveris instar ad fundum decidit, nec subtilis manet.

Quòd

Quòd si verò Thraso quispiam, cognitionis rerum naturalium secretiorum præsertim rudis & ignarus hîc insurgat, qui medicamenti hujus divini efficaciam credere nollet, aut nequiret, iste probet hoc modo: Venenum exhibeat columbæ, gallinæ, cani, feli vel alii animali, quod cum jacet jam jam moriturum, tunc eidem de hoc medicamento exhibe in vehiculo appropriato, & videbis, quid, auspice Creatore suo, sit effecturum. Ipse sæpè numero probavi, & per Dei gratiam apud infectos, in morbis acutis, peste, petechiis, venenis haustis &c. magna & mira præstiti. Notandum denique Bezoar hoc potabile non in vitris Venetis, aut Bohemicis, sed Germanicis spissioribus, ob fideliorem virtutis ejus spiritualis custodiam, ad usum asservari oportere. Deo laus & honor!

DIAPHORETICUM IN PERACUTIS PARACELSI.
VEL
MIXTURA SIMPLEX.

PAracelsus *in consiliis Medicis*, quæ extant *tom. 5. edit. Germanic. in quarto pag.* 128. facit mentionem alicujus Diaphoretici in peracutis, cujus rudimenta etiam habet in *libro de peste ad Sterzingenses tom. 3. pag.* 116. 117. *ejusd. edit.* Illud verò est magnarum virium, propterea que non negligendum. Nonnulli hodierni practici vocant Mixturam simplicem. Est nimirum medicamentum compositum per se ex tartari spiritu, spiritu theriacali, & spiritu vitrioli; sed quod postea

..a ad varias mixturas quorumlibet aliorum mi-
..bilium, aliis morbis utilium, tanquam basis u-
..rpari & misceri possit, ejus respectu vocatur
..mplex. Constat ex tribus spiritibus, spiritu
..eriacali camphorato, spiritu tartari, & spiri-
..u vitrioli, digna & elaboratione & conside-
..tione. Ejus præparatio est ejusmodi. Pri-
..ò fiat spiritus tartari eo modo, quem mox dice-
..us. Deindè fiat spiritus theriacalis hoc mo-
..o:

℞. Theriac. *Androm.* veter. ℥v. Myrrh. rubr. ..pt. ℥jß. Croci orient. ℥ß. His mixtis in cucur..ta superfunde Spir. vini correctiss. ℥v. Adapta.. alembico conveniente cœco, & juncturis be.. clausis, reponuntur aliquandiu post fornacem, ..l in æstate ad solem. Posteà imposito alembi.. rostrato apto (prius in eundem reponuntur ..amphor. elect. ʒij. tritæ) commissuris verò va..rum diligenter obstructis, lenissimo balnei ca..re exstillatur liquor ab initio, qui tandem ebul..ione balnei augetur, & ipsa camphora simul ..nsit, & spiritus prodit elegans.

Refrigeratis vasis, liquor destillatus affunditur ..teriæ, à qua evocatus est, clausisque junctu.., digestio primùm, postea destillatio institui.., eaque vel tertiò repetuntur.

Atq; hoc modo habetur spiritus Theriacalis, ..timus & penetrantissimus, cum aliquot olei gut..is præstantissimis indè separandis; *contra ve..a & pestem in dosi à guttulis* iij. *ad* IV. *vel etiam ..res valdè utilis est.*

Dein-

Deindè fiat Spiritus vitrioli hoc modo: ℞. Vitrioli *Vngarici* optimè solvendo & coagulando purificati & mundati q. s. Imbibe cum spiritu vini optimo, ut fiat quasi pasta. Posteà ex retorta forti igne nudo, apposito receptaculo capaci, destilla primùm spiritum vini, ac indè etiam phlegma, gradibus nimirum ignis observatis: tandem urge igne fortissimo, donec omnes spiritus exierint. Refrigeratis vasis ex balneo à destillato spiritu primùm sevocetur spiritus vini, posteà & phlegma, reliquum verò spiritum vitrioli per retortam exarena pelle, & habebis spiritum vitrioli correctum. Ex his tribus spiritibus fiat itaque Diaphoreticum illud *Paracelsi* in peracutis, hâc proportione: ℞. Spir. theriacal. camphorat. ℥v. Spir. tartari ℥iij. vitrioli ℥j. Misce & serva diligenter in vase clauso, in loco tranquillo. S. Diaphoreticum *Paracelsi* in peracutis. *Dosis eius ad summum est* ʒj. *in conuenienti vehiculo vel liquore, pro patientis aut morborum varietate. Est in infinitis grauissimis, præsertim acutis morbis, summum diaphoreticum. In epilepsia feliciter curanda excellit. Pleuriticis præsens est remedium, obstructiones viscerum soluit, inflammationes sedat, venenum à corde ad exteriores partes per sudorem expellit. Febrium æstum compescit, earumque materiam consumit; melancholicis prodest, uterum frigidum calefacit, & suffocationes hystericas sistit, menstrua prouocat, & superflua sistit.*

AQUA PROPHYLACTICA.

RAdic. angelic. zedoar. ana ℥j. petasitid. ℥ij. Fol. rutæ ℥jv. meliss. scabios. Fl. ca- ...dul. ana ℥ij. Nuc. jugland. immaturar. concis. ...ij. Pom. citri recent. concis. ℔j. Contun- ...ntur omnia simul, deindè affunde Aceti vini ...t, ad tres quartas partes ex arena in cucurbita ...rea per se destillat. ℔xij. Digerantur per no- ...em, deindè destillentur igne cinerum lento ad ...citatem, idque sine ustione; & acetum hoc ...ui serva. Si extractum & sal tibi placet, affun- ...s destillatum capiti mortuo, sive remanentiæ, ...per triduum digere ad extractionem tincturæ, ...am filtra, filtratam destilla in B. M. ad extracti ...nsistentiam: caput mortuum post extractio- ...m calcina, & salem extrahe.

...Aqua hæc magnarum virtutum est in sudore ...liciendo, ut experientia in febribus malignis, imò ...peste ipsa nos sæpè docuit.

AQVA THERIACALIS.

RAdic. aristoloch. utr. angelic. serpentar. cyper. tormentill. scorzoner. enul. penta- ...yll. valerian. dictamn. alb. ana ℥ß. zedoar. pim- ...ell. olsnitii ana ℥iij. Bacc. lauri recent. ℥iij. ju- ...eri ℥vj. Sem. citri ʒiß. card. bened. siler. mont. ...ʒj. Galang, Xyloaloës, Santal. citrin. ana ℈jv. ...rtic. aurant. citri ana ℥j. Fl. citri ʒvj. Fol. scor. M. j. mors. diabol. veronic. card. bened. sca- ...s. borrag. ana ℔ß. Vini opt. ℔jv. Camph. ... Mithridat. opt. ℥ß. Theriac. Androm. ...Vini granator. ℔j. Spir. vini ℥jv. Incisa &

contusa infunde simul, & digere in loco tepidi per 8. dies, posteà destilla in B. M. *Dosis hujus est à Cochl.* j. *ad* ij.

ACETUM THERIACALE.

℞. RAdic. bistort. gentian. pimpinell. angelic. tormentill. ana ℥x. Bacc. lauri, juniperi ana ℥j. Nucis moschat. ℨv. Rasur. lign. guajaci ℥ij. Zedoar. ℥ß. Santal. alb. ℨiij. Fol. rutæ absinth. scordii ana M. ß. Fl. tunic. bugloss. ana M. ß. Theriac. *Androm.* Mithridatii ana ℨvj. Contusis contundendis fiat omnium in aceto vini infusio per 8. dies. Posteà destilla per B. M. *Dosis est a Cochl.* ß. *ad* j.

SPIRITUS THERIACALIS CAMPHORATUS, ET EXTRACTUM THERIACALE OPTIMUM.

℞. RAdic. contrayerv. petasitid. valerian. angelic. ostrut. enul. camp. ana ℨiij. olsnit. gentian. pimpinell. mors. diab. tormentill, carlin. scorzoner. chin, zedoar. ana ℨij. Herb. & Fol. scordii, meliss. card. bened. fumar. rut. diptamni *Cretic.* ana M. j. Lign. sassafras ℥j. guajaci ℥ß. Cortic. fraxin. ℨii. guajaci ℨj. Sem. citri, aurant. card. bened. acetos. rutæ ana ℨij. Fl. 4. cordial. betonic. calendul. scabios. hyperic. galeg. ana p. jß. cortic. aurant. & citri ana ℨiiß. Gran. juniperi ℥jß. Myrrh. rubr. elect. ℥ij. Croci orient. ℨß. Costi aromatic. *Arabic.* ℨjß. Omnia grosse incid. & contunde, iisque add. Spir, vini rectificat. ad eminentiam 2. digitorum, Theriac. *Andromach.* ℥v, Ponantur simul per dies aliquot in digestione

fiat extractio. Spiritus vini tinctus per decli-
at. separetur & destilletur, ut in fundo maneat
xtractum. Destillatum iterum infundatur, in-
ae digestionem ad extrahendum ponatur & de-
illetur ut prius, & hoc fiat tàm diu, quamdiu
iritus vini extrahit tincturam. In ultima destil-
tione injice rostro alembici Camphor. ℥ij. Et
c habebis spiritum Theriacalem Camphora-
m & Extractum Theriacale optimum. *Vires*
ejus spiritus & extracti sunt ineffabiles, si modo
sis pro morbi & patientis ratione consideretur.

SPIRITUS TARTARI.

TArtari vini optimi & albi (quod frangen-
do videlicet nitescit) ℔j. Lava ex aqua plu-
ali tepida, donec nulla pulverulenta conspicia-
r spurcities, tandem è vino tepido optimè elua-
ir, & siccetur ad solem, vel in hypocausto, & re-
gatur in pulverem: vel pulverisatus tartarus in
qua pluviali calida abluatur, & ebulliendo sol-
itur, quod non solutum remansit in fundo, in
qua pluviali coquatur, ut solvatur; posteà fil-
etur; aqua paulatim evaporet, & ultima medie-
s in loco frigido ponatur, ut tartarus iterum,
rtim ad superficiem decocti, partim ad latera
sis lapillescat; & hic est tartarus purificatus
er se etiam catharticus, si ℥j. è jusculo carnis su-
atur; qui aliàs etiam cremor tartari, seu sal es-
ntiale tartari vocatur) & ad destillandum aptis-
mus. Indatur retortæ terreæ luto oblitæ, & a-
rto igne destilletur instar aquæ fortis, ita ad-
benda est tamen multa cautio, ut commissuræ

receptaculi capacissimi probè adaptati sint diligenter propter spirituum penetrantiā luto muniitæ, ne hujus aquæ spiritualis evanida virtus in auras evolet. Ignis primò fit lentus, posteà fortificetur, donec omnes spiritus exierint, & recipiens nubibus repletus iterum factus sit transparens & pellucidus. Da operam, ne ignis nimiùm invalescat, propter summam spirituum penetrationem. Aqua primùm emanat, deindè foëtidum oleum separetur per tritorium; aqua seu spiritus primùm corrigitur & rectificatur in cella, collocando octiduum in gelidam aut madidam arenam. Oleum corrigitur ex aceto destillato per retortam igne aperto, tunc eliciatur cum aceto, atque emanat nunc rubrum, nunc citrinum, atque ita acetum recipit empyreuma in oleum, & oleum aureo colore sine fœtore succedit. Spiritus seu aqua posteà in cineribus per alembicum destillatur, & rectificatur bis vel ter, ut sit purus, nec ita odore gravis, qui tamen planè tolli sine virium amissione non potest. Si salem è capite suo mortuo arte extrahas, & spiritum hunc desuper in balneo rectifices, tunc fœtor magna ex parte perit. Eodem enim modo omnia olea à fœtore per abstractionem à suo sale proprio rectificari possunt.

Vel circula illum spiritum cum spiritu vini an. in digestione, ita odor gratior erit: vel supra caryophyllos poteris illum rectificare.

Vel aliquot guttæ spiritûs vitrioli cum duobus vel tribus cochlearibus spiritûs vini digerantur & po

& posteà rectificantur cum tartari spiritu, sic etiam fœtor perit.

Sunt qui aquæ rosarum aliquid propter odoris emendationem miscent. Verùm ejus operatio debet esse justa, aliàs quæcunque miscentur, eum imbecilliorem reddunt.

Fœtor autem ille spiritûs tartari in totum non est auferendus, nec formidandus, cùm habeat signaturam fœtorum, quando videlicet in peste, vel in aliis morbis venenatis exhibitus, magno juvamine fœtidos humores, è corpore copiosè expellit.

Præ omnibus ferè aliis medicamentis & arcanis hoc solùm in tollendis omnibus obstructionibus & putrefactionibus excellit.

Si ter quotidiè exhibeatur hic Spiritus, multū facit in paralysi; nervos enim à pituita viscida & putrilagine quoque viscida liberat, totum corpus penetrat & roborat, quod in hoc morbo maximè requiritur. In hydrope etiam feliciter utimur, cum aq. soldanell. & ebul.; assumitur etiam cum spiritu vitrioli, tunc præmissis præmittendis, aquas per urinam pellit; quicquid hâc viâ non perficitur, difficulter tentabitur aliâ. Vitia menstruorum retentorum, in aq. artemis. vel infuso fl. borraginis sumptus corrigit. Initia lepræ, cum vino propinatus profligat. In erysipelate, cum ℨj. theriacæ in aq. fl.

 sam-

sambuci vel senecionis aliquot guttulæ exhibeantur, ita tamen, ut venæ sectio in robustioribus præcedat. Icterum & omnes indè exortos morbos, cum decocto fragar. vel radic. chelidon. maj. sumptus expellit. In lue venerea singulare est medicamentum, si turpethum minerale simul exhibeatur; expellit enim è centro luem internam, postea crustæ oleo guajacino inunctæ decidunt. A centro ad circumferentiam & superficiem expellit omnem scabiem latentem, serpiginem, lentiginem, si cum aqua fumariæ balsamica exhibeatur. Sudorem præprimis provocat: pleuritidi & anginæ maximè prodest, in aq. card. bened. card. mar. fl. papar. rh. sumptus. Cum aq. majoran. & verben. morbos capitis egregiè exterminat. Cum decocto centaur. min. taraxac. nicotian. exhibitus febres profligat. In contracturis maximum juvamen est. Hujus enim usu David Sydexocrates, Spirensis quondam Medicus, olim generosam Dominam Catharinam Pappeheimiam nunc in Christo quiescentem, neque manus neque pedes è doloribus colicis mouentem ad perfectam sanitatem, adhibitis etiam balsamis externis, restituit. Dosis est à ℈j. ad ℈ij. in aquis specificis & convenientibus.

SPIRITUS TARTARI APERITIVUS COMPOSITUS.

EX cremore tartari, ut dictum est, prolecti Spiritûs simplicis ℔j, addunt nonnulli spiritûs vini ℥iv, quibus mixtis Vitrioli ad rubedinem mediocri igne exsiccat. ℔ij. irrorant sensim imbuendo, digerunt in balneo per octiduum, mox per retortam adhibitis ignis gradibus omnibus pellunt. Totum deinceps quod prodiit, super caput mortuum nigrum tartari, ex quo nimirum spiritus simplex est factus, fundunt, per 24. horas digerunt, posteà aquam tincturâ tartari imbutam, per inclinationem separant, fœces residuas tartari ad rubedinem calcinant, ex quibus per aquam prius tinctam sal per horas 24. in calido relinquendo extrahunt, aquam verò hanc per filtrum purificant, *& ad contumaces obstructiones viscerum ad fœdos colores, febres diuturnas, aquam inter cutem, magno cum successu exhibent à* ℈j. *ad* ℈ij. *in aquis appropriatis.*

SULPHUR SEU TINCTURA TARTARI VERA.

PRimùm præparatur sal tartari defœcacatissimum, quod crebris solutionibus, coagulationibus & fusionibus tandem acquiritur: Id summè depuratum in valido crucibulo igne valido fundatur, inque fluxu tàm diu servetur, donec ex viridi colore in cœruleum transierit, tantæ acrimoniæ

& erosionis, ut ad gustum linguæ admotum instar ignis urat. Extrahitur per spiritum vini, homogeneum nempè, superfundendo eundem lentè, non confertim, ad eminentiam trium digitorum, ac relinquendo aliquandiu in frigido, posteà verò in cineribus leniter ebulliendo, & hanc extractionem tamdiu repetendo, quamdiu opus possibile fuerit. Separato autem per destillationem vini spiritu, manet liquor rubeus instar sanguinis, odoris fragrantissimi, qui denique cum recenti spiritu vini ad eminentiam unius digiti conjunctus, & in phiola lento calore athannoris aliquandiu digestus, partim in forma liquida rubet.

Ejus guttæ IV. *vel etiam* VIII. *in vino generoso exhibitæ per urinam vehementer pellunt inferiorum viscerum morbos. Præstantissimum in melancholia hypochondriaca, hydrope, cachexia, & omnibus obstructionibus, remedium. Et quod admirari licet, alvi segnitiem, vel à purgantium, vel pulveris serpentum crebro usu, vel naturâ, vel senio contractam mirificè restituit, & lubricitatem intestinorum ad expultricem virtutem excitandam promouet, si singulis diebus ejus guttæ ij. vel iij. in vino ante somnum sumantur. Calculum renum & vesicæ, ac sudorem etiam mirificè promouet.*

SPI-

SPIRITUS VITRIOLI DIA-PHORETICUS.

SPir. Vitrioli vulgar. ℥vj. Sal. tartar. C. C. ust. ana ℥ij. Misce, & in mortario vi-
eo digerantur aliquantulum, deindè de-
illentur ex retorta in receptaculo capa-
issimo, donec omnis humiditas extillârit.
estillato liquori addatur spir. vini ana, re-
rveturque in vase benè obturato.

*Purificat sanguinem, abigitque scabiem ac
ruritum, aperit obstructiones ex frigidis cau-
s ortas, sudorem prouocat in peste, venenis,
ydrope, ictero, contracturis. Efficax quo-
ue est in mundificandis pulmonibus. Dosis
℈j. ad ʒß. est, ac continuari potest ejus usus
d libitum sine periculo.*

PIRITVS VITRIOLI TARTARI-SATVS SEU LIQVOR DIANÆ.

. VItrioli *Vngaric.* ad albedinem calcinat. part ij. Tartar. ad nigredinem calcinat.
art. I. pulverisata invicem misce, & spiritu vini
aulisper consperfa destilla per cucurbitam alem-
ici, imposito forti igne: cohobaque deindè. &
ectifica liquorem egressum in arena, seorsim ca-
iendo & spiritum, & liquorem reliquum.

*Egregias veres exhibet ad sudandum in omnib
ternis obstructionibus, in sanguine grumoso, contr*

scabiem ad mundificandam & levigandam cutim. Dosis est à ℥ij. ad ℥j. per se, vel cum brodio, aut cum pauxillo vini Hispanici, daturque per tres auroras continuas.

ARCANUM TARTARI.

℞. Tartari calcinati ℔iij. cum spiritu vini humecta dies 7. Digere in balneo. Destilletur, ultimò fortissimè in vase terreno, & ascendet unà cum vino succus niger, quem separa in balneo. Feces iterum calcinentur & humectentur cum spiritu vini, & procedatur ut suprà, idque toties, donec planè nihil ex tartaro supersit. Postremò collecti succi nigri omnes coagulentur in pulverem, humectando cum oleo vitrioli, & Spir. vini ex calc. tartar. penitùs abstrahatur.

Hujus Medicinæ gr. 1. cum ʒß. mithridatii in aq. cichor. pro ratione morbi & patientis exhibitum funditùs evellit radicem & ortum omnium malignorum ulcerum.

PULVIS DIAPHORETICUS MITISSIMUS.

℞. C. C. Spagyric. præp ℈iß, Mag. perlar. ℈j. Lapid. Bezoar. oriental. gr. V. Misce, fiat pulvis *Sumatur pro una dosi in aq. card. benedicti.*

PULVIS BEZOARDICUS.

℞. C. C philosoph. præp. Terr. Lemn. ana ʒj. Sem. citri excortic. acetos. Sal. card. bened. ana ℈ij. Radic. tormẽtill. dictamn. alb. bistort ana ℈iß. Boli armen. præp. ʒj. Margarit. præp. ℈ij. Oss. de corde cervi No. 3. Lapid. Bezoardic. oriental. ℈j. Spec. liberant. ℈iiiß. Exmixtis fiat pul-

lvis, *cujus dosis est ℥ß. vel interdum etiam* *o ratione morbi & patientis ℈ij. dantur.*

ULVIS ALIUS DIAPHORETICUS BEZOARDICUS.

C. C. philosoph præp. ℥ij. Lapid. Bezoar. orient. ℥iiß. Unicorn. ver. ℥i. Off. corde cervi ℈ij. Terr. sigillat. Boli Armen. ver. æp. ana. ℥ii. Smaragd. præp. ℥iß. Rubin. Sapyr. Hyacinth. Cryftall. Margarit. orient. Coll. rubr. præp. alb. præp. Sem. citri excortic. Cimom. acut. ana. ℥ij. Ambr. Mosch. ana. . Misc, fiat Pulvis, *cujus dosis est à ℈j. ad ℥j.* *Diaphoretica hac sunt stupenda & efficacissima* *creta in omnibus & singulis morbis, qui per sudores* *rari volunt, nimirum in febribus, peste, scorbuto,* *e venerea, variolis, dysenteria, caterisque morbis* *idemiis, & omnis generis imbibito lethali veneno,* *etiam omnibus casibus, in quibus Bezoardicis &* *dorifferis est locus.*

De quibusdam observationibus in ciendo sudore scitu necessariis.

Cùm in exhibitione medicamentorum, præsertim diaphoreticorum, circumspectè agendum sit *Medicamentum enim nisi dextrè adhibeatur, &* *ipsius usu tempus, atas, sexus, natura, consuetudo,* *l alia circumstantia diligenter considerentur à Me* *co, ipsumparùm prodesse, multùm verò nocere ex* *rientiâ compertum est) hinc facere non potui, quin* *c auctarii quasi loco circa sudorem ciendū & medi* *mentorū sudoriferorū exhibitionem, hac sequentia* *servanda & notanda Lectori benevolo obiicerem.*

1. *Su-*

1. *Sudores non sunt provocandi, nisi corpore probè evacuato.*

2. *Calidis & biliosis diaphoretica, præsertim quando valdè calida, minùs conveniunt: cùm ex ipsorum usu hepatis inflammatio, & totius corporis extenuatio sequi possit.*

3. *Diligenter attendendum, ne simus nimii in sudore provocando. Sudor enim, si nimiùs copiosus sit, vires valdè labefactat, corpus exsolvit & tabefacit. Quapropter sæpiùs mediocriter sudores movere, commodius est, quàm uno, qui modum excedat, vires prosternere. Hinc multùm aberrare videntur ii, qui dicunt, ægrum gravissimo morbo laborantem oportere stragulis undiquaque tectis ad horas 4. vel 5. continuè sudare. Vbi tamen binas ad summum horas, pro una vice sudare, sufficere, natura & experientia docent.*

4. *A sudore horror non bonum.*

5. *Sudores saluberrimi censentur in omnibus acutis morbis, si in diebus decretoriis oriantur, febremque finiant, aut ubi, toto corpore æqualiter insudante, æger morbum facilius sustinere videtur. Contrà inutiles, qui id efficere non valent.*

6. *Sudorum omnium pessimi sunt frigidi, & ubi caput duntaxat & facies, aut cervix insudat;*

at; quippe qui in acuta quidem febri mortem, in mitiore verò morbum diuturnum ferè significant.

7. *Quâ corporis parte sudor, ibi morbus.*

8. *Sudor multus per somnum factus, copiosiore cibo corpus uti significat. Quod si parcius epûlanti hoc accidat, evacuatione indigere, sciendum est.*

9. *Sudor multus, calidus aut frigidus semper fluens, humiditatem in robusto quidem supernè, in imbecilli verò infernè evacuandam esse demonstrat.*

10. *Sudores in diebus judicatoriis si fiant, periculosi, præsertim qui ex fronte tanquam guttæ & fistulæ salientes pelluntur, frigidique valdè atque multi; necesse est enim talem sudorem multâ vi & labore, & longâ expressione exire.*

11. *Sudor non est provocandus, donec corpus probè sit evacuatum, hoc est, in declinatione.*

12. *Quando aliquis sudat immodice, tùm sudor nequaquam frigidis abstergatur; sic enim pori obstruuntur, ut nihil sudoris amplius succedere possit.*

13. *Quidam lento sudore madescunt, & hoc fit*

fit ob nimiam ſanguinis tenuitatem, ac pororum raritatem.

14. *Quotieſcunque ſudaverint tunicati maximè graciles, expedit mutare tunicam, ne corpus lædatur infrigidato ſudore.*

15. *Quæ dantur in forma ſolida, uti ſunt pulveres variorum generum, ad ſudandum non citò operantur, ergò ipſis liquida, ut ſunt aquæ aliique liquores, meritò præferenda, utpote res, quæ minùs concoctione & digeſtione in ventriculo indigere ſoleant.*

16. *Quibuscunq; ſanguis phlegmaticus, & viſcera naturaliter ſunt calida & robuſta, huic phlegmatica ſuperfluitas ad cutim copiosè propellitur, & candida morphæâ ſæpius maculatur: hoc autem illis præcipuè contingit, quibuscunque crebrò ſub veſtibus ſudor concluditur.*

17. *Sudor multus, frigidus, calidusve, ſemper fluens; frigidus graviorem; calidus verò minorem morbum ſignificat.*

18. *Patiens, factâ per diaphoreticorum aſſumptionem, ſufficienti ſudoris extractione, retecto ſeu aperto, in quo recumbit, lecto, non nudum corpus aëri frigido obiiciat; ſed linteis moderatè calidis & ſiccis, ſudorem undiquaque ab*

omnibus corporis partibus blandè abstergendo, quietè in lecto novis lodicibus constrato, contineat, omnemque auræ frigidæ appulsum vitet.

19. Non durante, vel peracto sudore, si ægrotantium vires fortè fatiscant, easdem cordialibus medicamentis restaurare non negligimus.

20. Tempus aptissimum sudores commovere est, nisi necessitas aliud imperet, quando cibus concoctus est. Sudor enim si provocetur, crudis humoribus in vasis hærentibus, ii in universum corpus rapiuntur; & tùm plura mala sequi possunt.

21. Omnium optimum autem tempus est nocturnum, utpote ubi calor internus concentratus fortior est, externus debilior.

22. Sudor in iis, qui ad sudandum non ita proclives sunt, provocari potest in hypocausto calido, vel stufa sudatoria, beneficio vaporum, e vino vel decocto sudorifero, silicibus ignitis asperso, excitatorum. Alii spiritum vini carbonibus aspergunt. Sic Lotichius consil. lib. 1. observ. 15. c. 1. modum facillime sudandi habet in cupa, quem adhibuit in Duce Francisco Carolo Saxo-Lauenburgico. cum anno 1631. mense Iunii Hamelii à Cæsareanis captivus detine-

tineretur & febri duplici tertianâ corriperetur. Hic enim, exhibito sudorifero, ingressus est cupam bene contectam, capite saltem exserto. In hac posita erat patella, vel scyphulus argenteus unus (vel plures) in cujus fundo erant grana juniperi contusa, & his super affundebantur spiritus vini ter à phlegmate optimè separati aliquot unciæ, accendebaturque è papyro. Si materia combustilis deficit, aut extinguitur aliàs, nova substitui potest.

Sed cavendum, ne liquor accensus effundatur, aut nimis exsuperet, alioquin periculo rem non carere præmonet. Optimus enim Princeps Philippus Landgravius Hassiæ illo genere balnei Buzbachii non ita diu suffocatus dicitur.

23. *Ambros. Paræus ad movendos sudores testaceas lagenas aquà calidâ plenas lateribus & femorum interstitio submittit. Quidam panes è furno calidos cum spiritu theriacali camphorato cordi vel umbilico applicant. Nonnulli plantis pedum vel hypochondriis imponunt lateres ignitos linteis involutos, vel vesicam bubulam, aut suillam aquâ ferventi impletam. Vid. VValæus in meth. med. pag. 67. imprimis autem Tenzel. exeges. chimiatric. §. 5. de mantello ligneo sudorifero.*

24. *Ioh. Hartmannus prax. chimiatric. c. 5. lib. 1. pag. 25. & 26. Laconicum suum describit, quod tale est. Fiat cupa quadrata ex asseribus, alta pedes quinque, lata duos, longa quatuor vel quinque. In superiori tegumento foramen, per quod exseri ca-*

pht

e possit, asserculis hinc indè mobilibus fiat, & in ... ndo craticula lignea, & in medio sedile cum sca... llo, pertingente ad craticulam, ad sublevandos pe... ... Anticâ parte fiat ostiolum cum fenestra vitrea, ... e possit aperiri & claudi. In partibus extremis ... nt manubria ex ferro, quibus moveri & portari ... sit. Sub craticula in omni latere fiant fenestræ ... biles (Schubfenster) ligneæ, per quas acetum in ... tellis ferreis (stannea enim aceto absumuntur) ... vinum ardens subjici possit; ejusque ardentis ... inflammati vapor totum corpus patientis in ... a depositum, excepto tantùm capite, ferire. In... dum decoctum herbarum, vel etiam aromatum, ... necessitate nempe ipsius morbi, simul in fistula li... a adhuc fervens imponendum. Cujus vapores ... spiritu vini ardente melius ad sudandum exsti... lari possint, idcircò simul in cupam reponitur. ... us id tamdiu instituitur, quamdiu opus est, & ra... dictitat.

TITULUS VI.
DE
CONFORTATIVIS.

Confortativum est specificum aliquod generale, confortans & corroborans internum & innatum balsamum, clarificando & ... dificando spiritus & elementa omnia micro... ni: in quo secundum *Paracelsum* non curan... , calida ne res sit, an frigida, sed arcani consi... nda vis.

... a curationes, quæ corroboratione, sedatio... & mitigatione absolvuntur, tutiores sunt,

præstantiores, altiores, utpote ad balsami innat naturam ac proprietates propius accedentes, & quoad fieri potest, cum prioribus curationum in dicationibus, id est, cum purgantibus, resolventibus, abluentibus, cum diureticis, diaphoretica & mundificantibus misceri & conjungi debent.

Sic natura confortata per insensibilem transpo rationem, sæpè etiam criticè, per hæmorrhagiam spontè concitatam, materiam morbidam depo nere & exonerare, magno ægrotantis levamine & salute insperatâ, consuevit.

NITRUM PERLATUM.

℞. SAl.prunell. seu Nitri purificat. ℥iiij. Magist solub. perlar. oriental. ℥j. Solvantur singu la seorsim in q. s. aquæ rosar. fragantiss. binæ so lutiones jungantur, ac in alembico vitreo ad sali nam consistentiam abstrahantur. *Maximè Ni trum hoc perlatum in morbis præsertim calidis & fe bribus ardentibus, vires, ubi earum debilitas conjun cta est, confortat.*

AQUA MARGARITARUM.

℞. MArgarit. orient. Aceti albi destillati an q. s. Dissolve uniones cum aceto desti lato; acetum evapora in satis lento igne, & i fundo vasis salem invenies, qui per retortam pe latur, & habebis aquam fragrantissimam, *repa randis viribus idoneam.*

SAL MARGARITARUM ORIEN TALIUM.

VAriæ excogitatæ sunt viæ solvendi margari tas, per spiritum vitrioli, per spiritum gua

jac

i rectificatum; item per aquam cymarum & mmitatum quercûs; simplicissima & optima letur per acetum destillatum. Post solutio- m abstrahatur acetum ad siccitatem, & sal a- qâ pluviali destillatâ, vel quod melius, rore ma- i supra triticum collecto, solutum & filtratum nuò evaporatione siccescat, reiterando quin- ies vel sexies hunc laborem, donec sal can- lissimum habeas ab omni acetositate acri li- rum,

Cordiale est nobilissimum; auro potabili in tem- atura & operatione quàm proximè accedit. In tracturis, resolutione nervorum, convulsione & enitude cum aq. bugloss. enul.camp.fl.tiliæ.lil. vall. exhibitus mira præstat. Corpus sanum servat, læsum pristinæ sanitati restituit, lac mu- re emendat, utriusque sexûs semen auget & cor- t, si cum vino malvatico, aq. cinamom. & fœ- ul.sumatur. In confortatione cerebri, memoriæ & dis conducit, in aq cord. cervi, apri, vel aq. cor- Hercul. Saxoniæ sumptus. Prophylacticum e- ium est in apoplexia & vertigine, si cum aq. la- dul. cerasor. nigr. lil. convall. fl. til. epileptic. Lan. Anhaltina usurpetur. Exsiccat et consumit o- s pravos humores & fluxiones in corpore exi- es, è quibus podagra, arthritici dolores & febres t existere, in aq. scilicet serpilli, melius autem erpelli essentia vino extracta exhibitus. Con- abem, ariduram & marcorem senilem ma- facit, si cum aq. tussilag. & pulmonar. adhibea- Vtimur etiam in hydrope ad confortationem in

 aq.

aq. vincetoxici, Chamædr. præmissis tamen generalioribus. Contra calculum singulare remedium existit, si cum aq. urtic. maj. raphan. ononid. petr sel. propinetur. Cum aq. Cinamomi sumptus renovat, auget & confirmat humidum radicale, senectutem arcet, ac omnem debilitatem profligat. Certissimum præservativum est contra paralysin, si bis in septimana 10. grana in vino Malvatico, vel aq. herb. paralys. usurpentur. Morbum venereum mitigat, si quotidiè decem grana, idque per decem dies in aq. persicar. sumantur. In epilepsia singulare est medicamentum; usus ejus sit per sex septimanas, manè & vesperi in aq. fl. tiliæ, poëoniæ. Præservativum nobilissimum est in podagra quotidiè 10. granis utendo, & per 12. dies continuando in aq. brassic maj. Fortificat humorem vitæ & naturam internam cum omnibus membris, si præsertim ejus usus sit cum vino malvatico vel lacte muliebri. Contra tremorem & pulsationem cordis, item animi deliquia validissimum remedium est, si aliquot grana in aq. Cinamomi, Cordiali Saxoniæ exhibeantur. Foëtum etiam in utero fortificat usurpando decem grana bis quotidiè in aq. vitæ Mulier. vel balsamo embryonum. Dosis hujus salis est à gr. X. ad XX. ex aquis convenientibus Cinamom. buglossæ. Offertur etiam in aq. ror. maj

ij. bis super triticum vel frumentum collecti stillata: vel ex aq. rorellæ vel roris solis, colle- lunâ crescente, solis primò ortu, quæ flava de- llando egreditur, quod mirum est, sicuti etiam cus facit, & verbasci florum succus expressus olatus & destillatus. Notandum, si marga- æ per acetum terebintinatum vel etiam spiri- m salis nitri resolvantur, & edulcoratum sal cella suis mensibus, junio nimirum, julio & gusto in liquorem fluat, tunc hujus liquoris a- uot guttæ immissæ miro & jucundo spectacu- coagulant optimum vini alcohol in butyrum sile, sed in calido in formam pristinam reso- bile.

ARCANUM PERLARUM.

Ræstantissimum ex perlis præparatur ar- canum, quod est magnarum virium, idque neficio spiritûs ligni guajaci, qui confici- r hoc modo. Ex satis magna quantitate obis ligni guajaci per retortam igne enæ vel etiam nudo elicitur spiritus idus, prodeunte simul oleo fœtente. Hoc tem a spiritu est separandum, & aliis usi- s asservandum (rectificandum autem est eum per panem tostum, & pauxillum tari, tùm omnem fœtidam emittet pin- edinem) Cum hoc spiritu rectificato ex-

trahe perlarum pulverem, in porphyrio rectissimè lævigatum, reponendo in lentam digestionem, & extractio fit rubicundissima. Reitera hanc extractionem bis aut ter, postea perlarum pulveres in igne leniter calcina & vicissim extrahe semper cum novo spiritu guajaci. Postremò perlas fortiùs calcina, & idem sal cum eodem menstruo extrahe. Extracta omnia misce, & per alembicum in balneo evoca phlegma, usquedùm in superficie extracti liquoris apparuerit cuticula versicolor, quæ signũ præbet abstracti phlegmatis, soliusq; arcani seu essẽtiæ perlarum cum spiritu guajaci in forma coagulata quodam̃odo restitantis, quæ vix ab invicem separari poterunt. Hæc essentia seu arcanum perlarum cum aq. melifs. q. s. subitò solvitur, inque rubentem pellucidum colorem vertitur, boni coloris, saporisque elegantis.

Arcanum hoc à gutt. vj. ad XIV. feliciter usurpatur, majoresque vires sale perlarum obtinet.

QUINTA PERLARUM ESSENTIA.

SAl & magisterium perlarum in Medicina maximè sunt necessaria & utilia. Præstat tamen

earum

rum Quinta Essentia, quæ nempe est interior & ...tior earum succus, seu liquor per multas soluti... ...es & digestiones tandem indè extractus. Mo... ...s eam conficiendi est sequens. Perlarum ...antitas electa solvenda est in spiritu aceti vi... : menstruo, aceto nimirum per destillatio... ...em remoto, sal perlarum denuò in novo a... ...to destillato solvendum est, & feces re... ...ovendæ, abstracto denuò per destillationem ...enstruo eodem, deinceps hæc operatio solutio... ...s per spiritum aceti, & coagulationis, semper ...jectis fecibus, est peragenda, donec nullæ am... ...liùs feces ab ultimis solutionibus restiterint at... ...ue ideò ipsæ perlæ ab omni immunditie liberatæ ...erint, Hînc cum aq. pluviali vel rore majali ...l perlarum purificatum est solvendum, & sæ... ...iùs remoto hoc menstruo aqueo, omnes spiritus ...ceti residui cum perlis, per destillationem ex ci... ...eribus auferendi, id quod ostendit ipsius aquæ ...ostremò destillatæ dulcedo aliqua, spirituum a... ...eti separationem factam esse coarguens. Huic ...li perlarum defœcatissimo in phiola affunde al... ...ohol vini rectificatum, ad 2. digitorum eminen... ...am, ab orificio vasis benè occluso illud ad dige... ...endum pone in balneo per 8. vel 10. dies, perlæ ...um tempore essentiam suam instar olei spissi ad ...uperficiem ipsius spiritûs vini remittunt, quam ...autê separa, alioque alcohole vini superaffuso, ...qualis temporis spatio digestione institutâ, eam ...oties collige, quoties visum fuerit. Converti... ...ur autem totum sal, relictis paucissimis fœculis,

in essentiam. Hanc de novo cum spiritu vini aliquandiu circula, posteà leni destillatione balnei spiritum vini separa & serva. Eadem porrò perlarum Essentia cum spiritu vini ex retorta per balneum seu reverberatorium siccum institutis cohobiis tandem omnis transit; majorum virtutum est propter summam suam subtilitatem.

De usu hujus constat ex viribus salis margaritarum.

ESSENTIA MARGARITARUM ALIA.

℞. Sal. perlar. per acetum facti q.v. affunde spiritum vini rectificatissimum, ad eminentiam trium digitorum, & vase Hermeticè clauso, illud ad digerendum in cinere calcido loca ad 8. vel 10. dies. Quo tempore perlæ essentiam suam ad instar olei spissi ad superficiem ipsius spir. vini remittunt. Hoc oleum per inclinationem separa cum spiritu vini à subsidentia, inque vase benè clauso serva. Remanentiæ olei recentem vini spiritum affunde, & ut prius, digere, ac toties essentiam collige, ac cum priori conjunge, quoties visum fuerit. Essentiam omnem collectam in cucurbitam inde, & lentissimo igne Spir. vini evoca, donec in fundo instar olei essentia remaneat.

Datur à guttis vj. *ad* XII. *in conserva, vel opiata cum decocto quocunque.*

EMULSIO CONFORTANS PERLATA.

℞. Sem. meliss. ℥j. lactuc. ʒß. Aq. fœnicul. ℥x. rosar. ℥iv. Fiat emulsio. Cujus ℞. ℥iv. Essent. perlar

rlar. ℥j. *Misc. & dentur cochlearia tria vel ura, manè & vesperi, vel tempore quocunque, rgente necessitate.*

SAL CORALLORUM.

AD sal corallorum parandum ea menstrua, quæ antea ad perlarum solutionem accomodata fuerunt, proficiunt. Sicuti verò coralla mirabiliter crescunt, ita etiam mirabilia sunt llorum arcana, mysteria, secreta & magnalia: uemadmodum enim rutilantia integra ex commentatione *Paracelsi* excellentia sunt contra phantasiam, phantasmata spectra, everra, melancholiam: sic sal corallorum in usu edico singulares virtutes etiam de se exibet.

Salis corallorum ea vis est & natura, sanguinem universo corpore sic mundificare, & renovare, ut mnibus morbis & affectionibus, ex sanguine corruto ortum ducentibus, breve intra tempus sublatis ac natis, corpori veluti redintegrato, alacris pristie sanitatis vigor restituatur. Sistit omnes fluxus uliebres immodicos in aq. plantag. tormentill. quercerm. ranar. sumptum. Omnes fluxus ventris in aua vel decocto radic. tormentillæ; Omnem sanguiis profluentiam & rejectionem; hæ morrhoides im in aq. plantag. burs. pastoris.

Ad mundificationem vel renovationem sanguiis, cum aq. fumar. & cichor. exhibitum, maximè ucit. Sistit putredines, roborat cor & spiritus viles, ipsumque tuetur à labe veneni, si in aq. borag. bugloss. cordial. Saxoniæ usurpetur. Confortat

&

& corroborat stomachum & calidum innatum, si cum aq. menth. crisp, & puleg. sumatur. Obstructiones omnes tollit in præcipuis membris, pulmone, jecore, renibus, si cum aq. acetos. gramin. centaur min. cuscutt. hepatic. nobil. exhibeatur. Concretum sanguinem dirimit, cum aq. chærefol. vel bellid min. datum. In vehementissima suffocatione matricis, ubi omnia irrita, item in menstruis superfluis, cum aq. artemis. meliss. pulegii mirabilia operatur. In hydrope, spasmo, paralysi, epilepsia, in aq. cinnamomi continuando divinum remedium est. Contra calculum in aq. ononidis magna præstat. Sanat quoque ulcera, aspergendo, vel etiam emplastris miscendo. Dosis est ad gr. V. ad X. & XX. vel etiam ad ℈ij. ratione ætatis, & secundum morbi vehementiam, in ovo sorbili loco salis comm. jusculo, vino generoso, aqua cinamomi: possunt etiam ex eo tabellæ parari.

TINCTURA CORALLORUM.

Corallia primùm in aceto fortissimo solvantur; ablato menstruo per destillationem sal eorundem colligatur. Hoc sal deindè impregnetur tantisper aceto destillato, donec nihil istius spiritûs amplius in idem sal recipi possit. Progrediendum itaque hâc ratione: Ad singulas libras salis corallorum adde primâ vice Aceti destillati acerrimi ℥ij. & leniter indè destilla, exstillabit saltem phlegma insipidum. Secundâ vice adde ℥iij. aceti prioris, & vicissim leniter destilla, atque ita perge, singulis vicibus aceti ℥j. adjiciendo, augendo, & exindè destillando, donec acetum destillatum tàm acre indè

pro-

rodierit, perinde ac primò infusum fuerit. Sal ste impraegnatus diebus 20. in balneo ca- ente putrefiat, & posteà ex retorta in rever- erio clauso sive balneo sicco destilletur, i- a tamen, ut prius phlegma inutile evapo- et: posteà prodeuntes spiritus albicantes eorsim in capaci recipiente excipiantur, & ita pergendum, donec omnes spiritus cum oleo ru- bro instar sanguinis prodierint. Hic spiritus est boni odoris, ardetque instar spiritûs vini, est- que denuò per retortam rectificandus, remanen- te oleo rubro. Hoc nobile menstruum, puta ab aceto, partim ab ipsis coralliis productum et- iam, ex recentibus coralliis impositis extrahit tincturam rubicundissimam, quae si denuò ab hoc spiritu destillatione liberata, & tandem cum spiritu vini, vel alia aqua cordiali & appropriata conjuncta, aut per cohobia cum iisdem volatilis facta fuerit, est elegantissima Corallorum Tin- ctura, suavissimi saporis, fragrantissimique odo- ris. *Dosis hujus est à gutt. V. ad X. & XV.*

TINCTURA CORALLORUM ALIA

HAec Tinctura praestantior priore est, utut menstruum illud ex corallis tincturam ex- trahat, est tamen ex aceto destillato potius, quàm ex corallis ipsis. Hoc ergò, quia non sin- cerum, instituto medico vix satis facere potest. Est igitur alius modus pervestigandus, quo tin- ctura ex corallis eleganter extrahi possit, isque est talis. Calcinantur prius corallia, non pul-

veri-

verisata, sed integra, igne reverberii primùm lento, ut saltem viva flamma corallia in testis (scutellis terreis) in furno reverberii posita, superficietenus tangat. Corallia hoc modo primo gradu albescunt, coloremque nativum abscondunt. Tamdiu ergò gradibus ignis invicem succedentibus corallorum corpus est fatigandum, donec ex albedine in flavedinem, & ex flavedine in rubedinem summam reducantur, corpore toto spongioso, & levi reddito, id quod plerumque biduo vel triduo absolvitur. Hoc igitur signum, dum in promptu fuerit, tunc demùm corallia beneficio graduum ignis facta sunt habilia ad propriam tincturam in aliud menstruum deponendam. Sic itaque corallia præparata, si in spiritum vini, vel in alcohol spiritûs roris majalis injiciantur, paulò post sponte suà in id idèm alcohol tincturam deponant, fœcibus illis sine ulla virtute in fundo remanentibus. Tinctura igitur hæc aliquantulum menstruo vini per destillationem indè ablato, fit rubicundissima cum quadam dulcedine.

Est tantarum virium hæc Corallorum Tinctura, ut post ejus usum aliquoties repetitum, impossibile sit, ullam impuritatem in sanguine totius corporis humani superstitem esse posse.

Exhibetur in vehiculis convenientibus a gutt. iij. ad VI. VIII. *&* X. *Hæc sanè tinctura Medicis commendatissima esse debet, ob stupendas ejus vires, ut quæ cum spiritibus hominum magnam convenientiam habet.*

LI-

LIQUOR HYACINTHI.

℞. Hyacinth. pulverisat. q. v. Eum cum æquali pondere sulphuris vivi (mineræ adhuc conjuncti, non in magdaleones redacti) misce, atque in crucibulo forti & operculo tecto, sed non lutato, igne circulari, primùm lento, deindè fortiori, ac tandem fortissimo calcina, donec sulphur omne exhalet, & pulvis ex igne extractus non spiret amplius odorem sulphureum. Hînc aquâ communi diligenter lavetur, & cum æqua portione nitri præparati seu salis prunellæ misceatur, & in igne circulari calcinetur, donec in igne cum nitro abeat in massam, metalli instar rubentem. Hînc in aquam calidam injicitur, ut nitrum solvatur, relicto in fundo pulvere hyacinthorum, qui aquâ calidâ eluatur, donec non amplius sapiat nitrum, posteà exsiccetur, eique affundatur acetum sequens. ℞. Aceti ℔vj. Ciner. herb. kali ℔j. aut si herba kali deficiat, fiat acetum terebinthinatum, ex aceto & terebinthina per retortam simul destillatis, oleoque & spiritu ab aqua separatis. In retortam sensim super cineres affundatur acetum, ne effervescat. Hinc in cineribus destilletur, fiatque cohobatio. Acetum tribus vicibus fit dulce, nec adeò mordax; magnarum tamen virium in solvendis pretiosis lapidibus omnibus. Hujus igitur aceti, q. s. affunde pulveri, ferè ad eminentiam duorum vel trium digitorum, &, ut solvatur, in cinere calido loca per 2. dies, materiam semper agitando. Elapsis duobus diebus tincturam decan-

ta, aliud acetum affunde, & tincturam collige, donec hyacinthi sint soluti, relictis paucis fecibus in fundo. Solutionem omnem filtra, & ad siccitatem destilla, remanebit sal hyacinthi, qui sæpiùs aquâ simplici solvendus & coagulandus, donec omnis sapor aceti absumptus sit. Aut insperge in solutionem guttas aliquot olei tartari per deliquium facti, & sal ad fundum præcipitabitur, qui affusâ quantitate aquæ simpl. sufficienti ab omni acredine liberatur. *Liquor hic mirificè cor, spiritusque vitales recreat atque confortat.*

Acetum Terebinthinatum pro extrahendis lapidibus.

℞. TErebinth. ℔iij. Affunde Aceti etiam ℔iij. Destilla in arena, donec rubrum oleum, ascendat: tunc muta recipiens. Destillatione peractâ, separa oleum terebinthinæ ab aceto per tritorium, & solum acetum supra zingiber rectifica. Hujus aceti parata copia in promptu habenda: cum illo enim usâ operâ omnes lapides *Paracelsi* contra calculum solventur.

Aliud Acetum pro extrahendis lapidibus eximium.

℞. MEllis optimi partem unam, Aq. fluvial. part. VIII. Coquantur simul usque ad medietatem, ceu in hydromelite coquendo aliàs fieri solet, postea vasculo inde, & per superius foramen in linteo suspende Farin. sem. eruc. q. s. relinque in calido, vel soli expone, donec deferveat, fit paulatim acetum acerrimum, quod de-

stillarum etiam silices reliquosque lapides sine illa præcedente calcinatione solvit, aliis quoque usibus accommodatum.

ELIXIR PROPRIETATIS PARACELSI.

℞. Myrrh. *Alexandrin*, Aloës hepatic. Croci *Austriaci* ana ℥iv. pulverís. omnia diligenter, & in vitrum indantur, humectando optimo spiritu vini alcoholisato, posteà affundatur oleum sulphuris rectificatum per campanam factū (præparetur istud oleum è sulphure flavo vel sub gryseo, incella, sic majorem copiam habebis) ad eminentiam quatuor digitorum, ponatur in digestione & circulatione per duos menses, tandem quod tinctum & extractum fuit, per inclinationem separa; materiæ in fundo restanti bonum spiritum vini affunde, & circulando per menses duos iterum coloratum extrahe, separa, ac priori liquori colorato misce. Fœces in fundo lentè per balneum, ne empyreuma redoleant, destillentur; quod primùm egreditur, addatur superiori tincturæ, & ita per mensem adhuc sine destillatione, vase benè clauso, circulentur. Sapor est suavis, non amarus, multò minùs empyreuma sapiens, ut fieri solet vulgariter destillando.

Diligenter observandum, materiam primò irrorandam spiritu vini, angelicâ, valerianâ, enulâ, zedoariâ, petasitide & pimpinellâ impregnato, ut fiat quasi pasta, & demùm oleum sulphuris affundendum, alioquin tota materia in nigredinem

com-

comburetur, ac potissimum à spiritu sulphuris in myrrham & aloën propter pinguedines suas agente. Idquod *Paracelsus* studiosè occultavit.

Balsamum Priscorum est, ut Paracelsus ait, tenuium prorsus partium, calefaciens & siccans, sicque à putrefactione conservans.

Est perfectum Elixir; in eo sunt omnes virtutes naturalis balsami, & virtus conservativa maxima, præcipuè in senibus.

Miranda in affectionibus thoracis & pulmonis præstat, si cum aq. tussilag. hyssop. pulmonar. scabios. sumatur. Adversus pestiferæ luis contagia populatim grassantia, aëremque corruptum, cum aq. ulmar. vincetoxic. valerian. exhibitum mirè efficax est. Humores ventriculi diversos abstergendo educit, & cum aq. menth. crisp. puleg. vino absinthiaco, malvatico datum, stomachum cum intestinis confortat, & à doloribus præservat. Hecticis, catarrhosis, & tussientibus in genere subvenit, & pectus mundificat, si cum aq. betonic. potius tamen in arcano tussilag. propinetur. Capitis & stomachi refrigerationi prodest, in aq. zingiber. spir. calam. aromatici si exhibeatur. Hemicraniam & vertiginem curat. in aq. borrag. & buglos. Oculorum caliginem depellit in aq. fœnicul. euphras. rut. chelidon. maj. valerian. Cor & memoriam confortat in aq. magnanimitat. rorismar. vel potius ejus arcano. Paulatim pruritum, variosque dolores, imprimis in morbo iliaco & pleuritide levat, in aq. fl. sambuc. chamæmel. prunor. sylvestr. Calculos renum rumpit, in aq. saxifrag. ononid. & petroselin. Quartanam

anam curat, in aq. nasturt. aquatic. vel decocto aparum. A paralysi & podagra praeservat, in aq. herb. paralys. chamaedr. Intellectum & omnes sensus acuit, in aq. magnanimitat. Melancholiam aufert, & laetitiam adfert, in vino malvatico, vel vino melissae. Senectutem fortissimâ juventutis conservatione arcet, ac canitiem retardat, in aq. cinnamomi. Vitam ex nimia cibi & potûs sumptione abbreviatam prolongat, in spiritu granorum juniperi. Vulnera & ulcera interiora brevi conglutinat tempore eorumque mala avertit, in aq. veronica.

Omnes demùm tàm calidas quàm frigidas infirmitates occultâ quâdam proprietate curat.

Dosis est à gutt. VI. ad X. & XII. in vino vel aqua aliqua convenienti & specifica.

SPIRITUS ET OLEUM FULIGINIS.

℞. FUligin. ex caminis elegantis & splendentis instar succini nigri (quò propior fornaci adhæret, eò melior) q. v. eâ imple retortam vitream benè loricatam, vel etiam terream usque ad collum, & apposito receptaculo capacissimo destilla gradibus ignis aperti, ab initio parvi, postmodum fortioris, ut phlegma & spiritus omnis albicans; oleumque simul, primò flavum, ultimò rubeum exeat, phlegma per tritorium inde separa. Spiritum cum oleo aliquandiu in digestione igne digere. Posteà affunde dimidium spir. vini & destilla sæpiùs. Prodibit cum spiritu vini spiritus fuliginis, & simul etiam o-

leum rectificatum, odorem habens instar camphoræ.

Caput mortuum calcina, & ex eo extrahe sa more communi; quem reserva tanquam præstantissimum curativum in cancro exulcerato. Hic sal extrahitur cum aceto, inque liquorem in loco humido & frigido rursum solvitur.

Quo si cancrosa ulcera semel atque iterum inungantur venenositas instar vaporis visibiliter extrahitur. Tandem verò oleum suprà dictum leni aspergine sæpiùs illitum, crustam instar cuticulæ inducit, quæ sponte spatio quinque vel sex dierum cadens, ulcus consolidatum esse indicat,

Dosis spiritûs è fuligine est a gutt. v. ad x. Olei gutt. ij. ad iij. Exhibentur in vino vel alio vehiculo convenienti. Ejus guttæ iij. agonisanti in aceto exhibitæ, mirabiliter eum refocillando exsuscitant. Vndè & hanc δοκιμασίαν imminentis mortis animadvertere licet. Si sudor post exhibitum oleum copiosius emanârit, signum indubitatum sanitatis & convalescentiæ erit: sin secùs mortis. Quod si cum fuligine vulgari nostrate fuligo laricis vel etiam quercûs misceatur, & ex eis more usitato, eliciatur oleum correctum, multum in præstabit in morbo caduco & contractura. Syncopen enim & lipothymiam solvit, spiritusque animales vehementer excitat & corroborat.

OLEUM CINAMOMI.

OLeum cinamomi legitimè præparatum, inter efficacissima confortantia spagyrica referri potest. Et licèt ejus præparandi modus cuivis

cuivis in Chimicis exercitato sit obvius: hic tamen obiter admoneo, aromata destillanda in pulverem non esse redigenda, ut quidam præposterè facere solent, sed tantùm in frusta confringenda modicumque contundenda, alioquin dimidio minus tibi olei suppeditabunt, ut periculo facto aliquoties sum expertus.

Hâc viâ major olei copia haberi potest, quàm vulgaribus destillationibus. Confractum selectissimum cinamomum in retortam vitream immittas, & in reverberio sicco destilles, tunc exit aqua & oleum simul. Illam aquam recenti ligno affunde, & perge in destillatione, quam continuaveris aliquoties dicto modo, habebis magnam copiam aquæ & olei, fœces in fundo omninò aridas, subnigras, & insipidas, sali autem conficiendo perquàm utiles; si enim cum sulphure calcinentur eæ, sal fit crystallinum.

Omnia principalia membra corporis confortat, imprimis ventriculum frigidum, cor & cerebrum, anhelitûsque fœtorem abigit, ejusque suavitatem inducit cum vehiculis convenientibus & appropriatis. In universum balsamo naturali (sicuti etiam oleum caryophyllorum) respondet; intùs putrefactionem arcet: extrinsecus omnia recentia vulnera seu ulcera consolidat. Tollit tussim frigidam & capitis dolorem in tabulis bechicis. Cor exhilarat, & omnia membra confortat, si illo inungantur; hinc quidam id membris arthriticis inungunt. Provocat menses in aq. artemis. salv. puleg. fl. cheiri: partus promovet in iisdem prædictis aquis. In deli-

Dd 2 quiis

quiis animi singulare est medicamentum; sicuti etiam croci essentia per aquam vitis destillatam extracta, summa est medicina, ubi aliquis quasi ad desperationem è nimia tristitia venit; vel si quis etiam melancholiâ hypochondriacâ laboret. Dosis ejus est à gutt. ij. *ad* iij. *&* jv. *è vino, aq. meliss, vel alia specifica.*

Hâc viâ ferè ex omnibus aromatibus olea elicere poteris longè efficaciora & subtiliora quàm vulgari viâ præparata: è caryophyllis scilicet, nucemoschata, macere. &c.

Hac oleâ si in usum medicum adhibere volueris, fiat hoc aluo apertâ; & grauidis propter obstructionem earundem ultra guttam non offerenda. Vsus olei cinamomi conuenientior est hyeme quam æstate.

BALSAMUS CINAMOMI.

℞. OLei nucis moschat. per expressionem q. v. Ex eo tincturam cum spiritu vini extrahe, donec oleum in fundo album & quasi inodorum restet. Hoc accipe, eique adde Extracti cinamomi ℥vj. & in cineribus calidis relinque, donec in unum corpus abeat. Quo facto adjice Olei cinamomi destillati ℥ij. Misce optimè, & serva. *Dosis ejus est à gr.* IV. *ad* VI. *in aq. meliss. vel alia cordiali, & vel in conserva aut opiata cordiali. Omnia principalia membra confortat, imprimis ventriculum frigidum, & cor ac cerebrum. Etiam in deliquiis animi singulare est remedium, etiam si cor inungatur.*

EXTRACTUM ALKERMES.

GRan. Kermes q. s. contundantur, & affusâ aquâ rosaceâ, quæ sit acidula reddita cum guttulis aliquot spiritûs vitrioli aut sulphuris, ad eminentiam quatuor digitorum, digerantur in loco calido per dies quatuor. Aqua tincta auferatur, aliâque affusâ, tamdiu tinctura extrahatur, donec non tingatur amplius. Tincturam in balneo vel cineribus destilla. Potest idem extractum fieri ad instar aliorum extractorum cum spiritu vini. Vel succum ex granis maturis sub prælo exprime, perque dies quatuor in balneo digere, donec clarus evadat, subsidentibus in fundo fœcibus. Succus clarus decantetur, filtretur, atque incucurbita inspissetur, & per balneum destilletur. Aquam destillatam & succum serva seorsum. Possunt enim hæc duo necessitatis tempore conjungi, ut indè liquor fiat. Idem succus depuratus ad usus servari potest, si cum sacchari candi parte dimidia ad consistentiam syrupi igne lento cinerum in balneo coquatur, *Dosis ejus est a* ℈j. *ad* ℈ij.

AMBRA RECTIFICATA.

AMbræ rectificatæ, quâ sæpius usum fuisse *Rudolphum Imperatorem*, ejusque compositionem ab *Elizabetha* Regina *Angliæ* accepisse ajunt, descriptio talis est. ℞. Ambr. grys. puræ & probæ partes VIII. Moschi odoratiss. partem I. Sacchar. albiss. part. S. Omnia pulverata cum spiritù rosarum ardente terantur optimè & diu, sæpiùs aliquid de spiritu rosarum affunden-

do & attemperando, ac rursum reponendo, ut paulatim quasi siccescat. Hînc rursum, ut prius, teratur, & ad usum servetur.

Dosis est hujus instar pisi minoris, in vino vel alio liquore conveniente. Omnium viscerum confortativum maximum est, & imprimis vim procreandi promovet.

ESSENTIA AMBRÆ SICCA.

℞. Ambr. grys. ʒj. dissolvatur in olei destillati cinamomi, vel, si lubet, olei citri recenter & ex recentibus corticibus sine maceratione destillati, aut macer. &c. ʒj. in mortario vitreo, cui adde Sacchar. cand. pulverisat. ℥ij. plusminusve. Misceantur benè, fiatque Essentia Ambrata nobilissima, *quæ vino & quibuscunque liquoribus dissolvi & commisceri potest, delicatulis viribusque exhaustis ægrotantibus summoperè inserviens.*

BEZOARDICUM CERVINUM CORROBORANS.

℞. Sacchar. albiss. pulverisat. ℥iv. Solvatur supra ignem cum q. s. succi ex cortic. citri extim. expressi, sine ebullitione, ac si tabulæ ex succis acidis parari deberent, in quo remoto ab igne & nonnihil refrigerato liquefac Ambr. grys. ʒß. super addendo pulv. cervin. simpl. nostro modo ex typhis parati ℥vj. Ol. still. cinamom, macer. ana ʒj. Misc. fiat pulvis *confortans efficax. Dosis hujus est à* ℈j. *ad* ʒj. *in vehiculo convenienti & appropriato.*

Propter Oleum Cinamomi præprimis efficax in opera-

peratione sua est hic pulvis; istud enim cordis & cerebri robori maximè dicatum est; ex hilarat enim animum, mœstitiamque & omnem timorem pellit; nec solum intùs sumptum, sed & extrinsecus admotum; sic epilepticis apoplecticis, & syncope correptis mirificè confert, eo naribus tantùm admoto.

MIXTURA CONFORTATIVA IMPERIALIS:
VEL
DIAMOSCHUM PRO MAGNATIBUS.

℞. AMbr. gryſ. ℥ß. Moſchi orient, ʒij. Miſce & frica in concha, vel tabula marmorea, ut inſtar pulveris fiant. Affunde ſpiritum roſarum fragrantiſſimum ad tres digitos in cucurbita munda. Locentur in balneum vapidum exactè clauſo orificio tribus vel quatuor diebus. Spiritus attrahet tincturam rubicundiſſimam, quam aufer per inclinationem, & recentem affunde ſpiritum tamdiu, donec omnis tinctura & vis extracta ſit. Tandem ſpiritum collectum leniſſimo balnei calore revoca ad mellis liquidi conſiſtentiam, Huic add. Magiſter. Perlar. Rubin. præp. Hyacinth. præp. ana ʒß.

Tinctur. ver. auri ℈j. Confect. alcherm. ʒij. Miſce exactè, & repone in vaſculo argenteo.

Hæc mixtura, præ cæteris nobiliſſima, mirificè ſpiritus vitales recreat, ſuffocatos & collapſos revocat. Imprimis verò nobilitate & excellentiâ virtutis ſuæ in ſyncope & palpitatione cordis

tis in momento quasi tollendis, cætera remedia & medicamenta cordialia multis parasangis post se relinquit. Rudolphus II Imperator (unde nomen imperiale sortita) augustissimæ memoriæ in frequenti usu habuit, eamque à quodam, cubiculari Medico ita parari curavit. Detur pauxillum cum haustu vini malvatici, vel alio vehiculo cordiali.

PULVIS CORDIALIS DORNCREILII.

℞. CC. ust. & præp. ʒß. Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana ʒij. Succini albi præp. ʒß. Unicorn. ver. gr. XV. Lapid. Bezoar orient. gr. viij. Fol. auri No. vj; argent. No. iij. Misce; fiat pulvis subtilissimus.

Usus hujus pulveris, est laudabilis & egregius. Datur ʒj. in principio erysipelatis, ad sudoris provocationem, cum ℥iij. aq. fl. sambuci; in inflammatione mammarum cum ℥iij. vini Rhenani; & in aliis pestilentialibus morbis cum aq. Card. bened. acetos. & rosar. ana ℥j. vel cum Card. bened. & scorzoner ana ℥j. Syr. acetos. citri ℥ß. Utiliter ingreditur compositionem Electuariorum, Morsulorum & Rotularum confortantium; est enim medicamentum à tota substantia cordiale, & cordis robur fortissimè tuetur.

TINCTURA VITÆ.

℞. SPir. vini simpl. ℔iij. Aq. rosar. opt. ℔ij. Corticis aurant. citri, Fl. rosar. rubr. exsiccat. Herb.

Herb. menth crisp. meliss. Santal. alb. Cinnamom. acut. ana. ℥ij. Lign. aloës, Macer. ana ℥j. Sem. angelic. coriandr. anis. fœnic. ana. ℈ij. Spic. nard. Galang. min. Croci orient. Cardamom. min. Caryophyli. ana ℈j. Ambr. gryf. Moschi *Alexandrin.* ana. ℈ß. Stent in digestione per octiduum; postea per alembicum destillentur.

℞. Spir. evocati ℔ iiiß. Caff. lign. ver. ℥j. Confect. alcherm. ℥ij. Croci orient. ℥ß. Digerantur, donec perfectè tingantur; posteà spiritus tinctus cum sacchar. cand. alb. q. s. in phlegmate proprio dissolut. edulcoretur, & ad usum servetur.

Suâ odoris eximiâ gratiâ cor & spiritus reficit, exhilarat, & vitam prolongat; cerebrum & stomachum confortat; ventriculi calorem auget; robur firmat; flatus dissipat, concoctionem juvat; tormina ventris sedat; intestina sana conservat; nec non ad frigida thoracis, hepatis, lienis ac cæterorum viscerum vitia valde utilis est. Dosis ejus est à cochl. j. ad cochl. ij.

AQUA PANIS.

MIc. panis albiss. ℔ xv. in vase vitreo infunde, & macera in fimo equino per mensem in q. s. aquæ comm. & destilla per B. M. & excipies aquam fragrantem primò, insipidam postea. Antequam destillationem instituas, add. vini alb. generos. ℥v. Cinamom. contus ℥iij.

De hac aqua ℥j. vel ℥ij dabis pro dosi. cui ad-

dere poteris tantillum sacchari albi, ut pro ℥ij. ℥ß. sacchari. Hæc aqua vires mirificè recreat; ac restaurans est præstantissimum.

AQUA RESTAURATIVA.

℞. Pulp. Capon. ℔j. Pulp. perdic. ℔ß. Medull. panis albiss. ℔ij. Aq. fl. citri. meliss. rosar. ana. ℔j. Vini alb. generos. ℔vj. Squinanth. Gal. lang. min. Macer. caryophyll. ana ℥vj. Cinamom. acuti. ℥iij. Indantur omnia vitro urinali satis amplo, & detineantur in fimo equino per dies 15. urinali primò suo capitello benè obturato. Destilla posteà ad calorem B. M. & habebis aquam optimam, *viribus reparandis idoneam. Dantur ℥ij. cum pauco sacchari, semel aut bis in die.*

AQVA CINAMOMI COMPOSITA.

MAcera Cinamom. acutiss. ℔ß. Radic. dictãn. alb. angelic. ana. ℥ij. in vini malvatic. ℔iij. per triduum, ad lentum ignis calorem, posteà coletur. In colatura dissolve Sacchar. albiss. ℔j. & tandem lentè omnia coque ad syrupi consistentiam. Huic misce aliquid spiritûs vini. *Confortat cor & spiritus animales mirificè. Dosis est ab ℥j. ad ij. & iij. vel per se, vel cum aliis.*

AQVA CONFORTTIVA PRETIOSA.

℞. AQ. carbuncul. cinamom. citr. vitæ mulier. ana ℥iij. In his dissolv. Confect. alcherm. ℥iij. Magister. perlar. orient. corall. Hyacinth. præp. ana ℈j.

Bene-

Benè omnia hæc agita, & per chartam bibu-
m transcolata usui repone.

Aqua hæc est præstantissima, corroborans omnes corporis facultates. Nam reficit spiritus tàm vitales quàm animales. Conducit universis cerebri affectibus, ut apoplexiæ, epilepsiæ. Cor corroborat mirificè, ejusque defectioni & palpitationi medetur. Ventriculum fastidientem corrigit, & ad pristinum statum reducit. Tabidis, tussientibus prodest; subvenit lienosis, hepaticis, podagricisque, eos, qui à longo morbo debiles adhuc sese recolligunt, roborat, lætitiam & gaudium gignit, totumque corpus incorruptum conservat & custodit.

Nota. Aqua hæc non diu durat, ergò eius non magna copia unâ vice præparanda.

AQVA MIRABILIS AD COLLAPSAS VIRES.

Vini Malvatici vel *Rhenani* ℔iij. Fl. rorismar. bugloss. borrag. rosar. anà M. j. cortic. citri exsiccat. Lign. aloës ana ℥ß. Cinamom. acutis. ℥j. Fiat destillatio s.a.

℞. Huius destillatæ aquæ ℔iß. in eademque solve Confect. alcherm. ℥ß. Ambr. grys. ℥j. mixta usui reponas.

Aqua hæc non minùs, ut præcedens, est ad

admirabilis ad collapsas vires restaurandas, & spiritus vitales corroborandos ac reficiendos; quæ Elixiri vitæ non immeritò æqui paranda. Hinc deliquio cordis subvenit, contra palpitationem cordis remedium est præsentissimum, ventriculo imbecilli, aliisque nutritioni inservientibus partibus & instrumentis succurrit, hepati, lieni, & iis, qui phthisi laborant, aliisque deploratis affectibus auxiliatur; senibus & qui invalidi femoris, virilitatem amissam potenter restituit. Hâc & ejus generis aliis ægrotantes jam jam morituros, magnâ adstantium admiratione, quasi è sepulchro sæpissime revocatos memini. Dosis est hujus à cochl. j. ad ij.

AQVA VITÆ RESTAVRANS.

PRo iis, qui ob fortunam tenuiorem sumptuosa medicamenta comparare sibi non valent, potest talis Aqua vitæ restaurans præparari.

℞. Vini boni *Rhenani*, vel alterius temperati ℔iiiß Cortic. citri exsiccat. Fol. meliss. basilic. Fl. borrag. bugloss. anthos ana M.ß. Cinnamom. acut ℥j. Macer. ℥ij. Spec. diamarg. frigid. diarrhod. abb. ana ℥iij. Lign. aloës, Santal. alb ana ℥iß

Incisa & contusa indantur vitro benè clauso & agi-

&, agitentur quotidiè aliquoties, posteà destil-entur.

Hæc Aqua vitæ est Cordiale excellens, quod priori ad collapsas vires in operatione & temperatura quàm proximè accedit. Nam corpus sanum conservat, læsum pristinæ sanitati restituit. In confortatione cerebri, memoriæ & cordis conducit. Contra tabem, ariduram & marcorem senilem datur: Fortificat humidum vitæ & naturam in omnibus membris. Contra tremorem & pulsationem cordis, item animi deliquia exhibetur. Fœtum in utero fortificat. Convalescentes ex longis morbis mirificè reficit multisque aliis affectibus medetur. Datur à cochl. j. ad ij. vel iij

AQVA VITÆ RESTAVRANS ALIA.

℞ Cinamom. elect. ℥ij. Fl. borrag. rosar, anthos lil. convall. Herb. melissi. majoran. M. j. Cortic. citri exsiccat. aurant. exsicc. Lign. aloës, Santal. alb. citrin. ana ℥ß. Macer. Caryophyll. Croci orient. ana ʒß. Vini *Rhenani* boni q.s. Incisa & contusa macerentur in vino, & stent aliquot dies in digestione in loco calido, posteà destillentur. *Dosis prioribus est consona.*

Parùm differt hæc Aqua vitæ restaurans à prioribus aquis confortativis. Nam usu compertum est, illam mirum in modum vires resti-

reficere, alere, etiam desperatos refocillatis viribus sanitati restituere. Possunt, si placeat, aliquot folia auri fini ei immisceri, quibus non modò potentior, verum etiam visu iucundior ægris existit.

Alii tingunt hanc aquam vitæ violis coeruleis, aut syrupo violarum coeruleo, vel spiritu vini rhodo saccharato, & efficiunt ita medicamentum confortativum scilicet tàm naturæ, quàm oculis & linguæ valdè gratum.

SECRETVM CONFORTATIVUM REGIVM.

℞. RAsur. ebor. ℥ß. Pulv. epileptic. Marchion. ℥iij. Scob. auri inpollinem subtiliss. redact. ℥iiß. Lapid. Bezoar Orient ʒij. Unicorn. marin. ʒj. Misce, fiat pulvis. *Dosis hujus est* ℈j. *vel etiam* ℈ij. *Confortat cor & spiritus tàm vitales quàm animales mirabiliter hic pulvis; hinc etiam morbis deploratis egregiè succurrit.*

TITULUS VII.

DE ODORIFERIS.

QUemadmodum experientiâ constat certissimâ, nullâ re magis spiritus animales & vitales hominis debilitari, prosterni resol-

resolvi ac dissipari, quàm virosorum & graveolentium foetore, id quod testantur syncope & deliquia animi, non rarò ex hac unica causa provenientia, ita quoque ex adverso odoratorum fragrantiâ & suavitate eosdem miris modis vegetari, recreari ac instaurari, imò vitam ipsam interdum conservàri ac in longius spatium protrahi videmus. Juvatur namque natura humana maximè odoribus juvanturque spiritus. Ideò *Philagrius* apud *Aëtium* non inscitè dixit: naturam odore grata lubenter amplecti, & indè recreatam ac quasi reviviscentem vires suas à morbi ferocia pressas revocare; odor naribus haustus ad cor & cerebrum trahitur, spiritum compressum suffocatumque excitat, exhalantem & fugacem retinet. Imò sunt etiam regiones calidæ, ubi homines solis odoribus vivunt. Scribunt enim *Strabo ex Onesicrate lib. 16. Plinius lib.7.c.7. histor. nat. Solinus c. 65. Joh. Boëmius de morib. gent. lib. 2. c. 8. Francisc. Petrarcha Dial. 22. Astomos, Indiæ* gentem, nullus ad escam opis indigere, verùm solo florum ac pomorum jucundo odore vivere, & longius proficiscentes eadem in præsidium secum ferre, quo ejusmodi olfactu alantur: quòd si verò graveolentem spiritum seu odorem traxerint, eosdem certum esse exanimari. Aër ratione sanitatis habet plurimum momenti; qui enim à fœtore (scilicet interiore cerebrum & pulmones inficiente) ægrotat, difficulter sanatur, quia ingratus odor cum spiritu permeat ad omnes corporis partes, maxi-

maximè, ad cerebrum & pectus. Odore grato Elixiris vitæ, ex variis aromatibus compositi, fatetur *Joh. Baptista de Porta in Magia naturali* se multiplici experientiâ multorum exhalantem retinuisse animam. Similiter *Cælius Rhodiginus lib. 24. c. 21. antiq, lect.* tradit, *Democritum Abderitam* morti vicinum solo suavi mellis ac panis calidi odore vitam quatriduo sustentâsse. Odor enim naribus haustus confestim ad cor & cerebrum trahitur, & propter analogiam substantiæ spiritibus permiscetur. Undè si is bonus existit, spiritus compressos & suffocatos exsuscitat, exhalantes ac fugaces sistit ac retinet. Contrà verò si pravus, eosdem puros coinquinat, & tenues ac subtiles dissipat ac resolvit.

In multis igitur morbis rectificandi ac corrigendi sunt spiritus vitæ ; principalia enim membra & vitales spiritus (quæ utraque à quovis veneno omnium primò molestantur, & inficiuntur) mirabiliter odoratis reficiuntur, ac venenati excluduntur fumi : Oportet enim spiritum spiritu & odore recreari ac instaurari ; sunt enim odores suaves nostris spiritibus, solis vitæ nostræ autoribus analogi & communicabiles. Videmus, ut ad ingratos odores nares obturemus, & spiritum cohibeamus, ne percipiamus fœtorem, à quo, dum sentitur, facilè debilitamur. Ad hæc ubi spiritus nostri, deliquiis animi vel convulsionibus conclusi, premuntur ac dejiciuntur, statim atque odorifera nobis admota percipimus, erigimur, animumque ac vires recuperamus. Vi-

demu

demus matricis os deorsum sursumque verti, ubi suavis odor spirat: Ad eundem modum non solùm in peste, sed etiam in *Vngarica* febre, & similibus venenatis morbis, spiritus, qui attractione contagii inficiuntur & contaminantur, suffitib⁹ emendari & restitui tùm possunt, tùm debent, ut videre est apud *Conradinum in libell. suo de febre Vngaric.* in qua candelas & aquas odoriferas varias describit.

Porrò ea, ut propius ad rem accedamus, quæ odore suavissimo cor & spiritus vitales recreare solent, sunt medicamenta nobilissima ac præstantissima, ideòque digna judicanda, quæ in medium proferantur.

AQUA ODORATA COMPOSITA.

℞. Santal. citrin. ℥iß. Radic. cyperi. Lign. aloës, Calam. aromatic. Cortic. citri ana. ℥ß. Fl. rosar. rubr. exsicc. Gumm. benzoës, styrac. calamit. ana. ʒx. Terantur terenda, & octiduo macerentur in q. s. aquæ rosar. demùm aqua prolicia-tur calore balnei vaporosi, *& servetur ad usum.*

AQUA ODORATA ALIA.

℞. Radic. rhod: cyperi, ireos *Florentin.* Santal. citrin. ana. ℥ß. calam. aromatic. Gumm. styrac. calamit. benezoës, Caryophyll. ana. ℥ß. Macerentur triduo in q. s. aquæ fl. aurant. vel rosarum: postmodum in balneo destilletur.

AQVA ODORIFERA.

℞. Cinamom. ℥ij. Caryophyll. Macer. ana. ℥j. Gumm. benzoës, styrac. calamit. Ma-

 stich.

ſtich. ana ℥ß. Omnia craſſiuſculè conciſa cucur-
bitæ vitreæ indantur cum ſuperaffuſar. aquar. lilij
convall. cortic. citri, majoran. roſar. ana, ℥iij. Di-
geratur optimè vaſe clauſo per 4. dies, poſteà l. a.
deſtill. prius, roſtro alembici impone nodulum
in quo Zibethæ ℈j: Ambræ. Moſchi ana ℈ß. in-
vicem mixta ſint ligata.

Hæc aqua odoratiſſima, ſuaviſſima, Magnatibus imprimis dicata, adhibetur, quando medicamenta intra corpus ſumi non poſſunt, ut in apoplexia & epilepſia. Multi enim à talibus odoribus excitantur, non quod planè morbus tollatur ſeu curetur, ſed quod via præparetur; per virtutem enim odoris corpori communicatam ſanguis movetur, & cor ſupra modum refocillatur. Doſis ejus eſt, quantum ſcilicet ſufficit ad faciem & manus irrorandas & conſpergendas.

AQUA ODORIFERA NOBILIS ALIA.

℞. CAryophyl. Macer. Cinamom. Radic. ro-
ſar. Bezoin. ana ℥iß. Lign. aloës, Corti
citri, Nuc. moſchat. ana ℥vj. Hæc inciſa & con-
tuſa in fund. in aq. rorismar. roſar. lil. convall. ſpi
majoran. baſilic. ana. q. ſ. & ſtent per dies aliquot
in digeſtione. Poſteà fiat deſtillatio ſecundum
artem.

SPIRITUS ROSARUM.

SPiritus roſarum non immeritò ob amabilem
jucundum ſuavemque odorem & fragrantia
inter odorifera referendus: qui non modò p
ſe cordi, pulſibus, temporibus & naribus adhibi

i poteſt, verùm etiam aliis aquis vel medicamen-
is immixtus gratum reddit medicamentum; &
ic componitur.

Roſæ fragrantes tempore ſicco collectæ con-
undantur, & in vaſe vitreo vel terreo vitreato,
el dolio quercino benè compreſſæ includantur.
Vas clauſum in cellam per menſem reponatur;
donec vinum acidulum odore referant. Hinc
arum pars per veſicam (alii per balneum faci-
nt) deſtilletur ferè ad ſiccitatem, aqua deſtillata
ovis roſis fermentatis affundatur, idque toties
epetatur, donec omnes roſas fermentatas deſtil-
aris. Quidam, antequam roſas deſtillant, feces
erevisiæ, vel fermentum aquâ calidâ diſſolvunt,
oſis affundunt, & cum iis ad formam pultis mi-
cent, & in loco calido ſingulis diebus ſemel agi-
ando aſſervant, donec fermentatio peracta, quod
erè tribus diebus fieri ſolet. Poſteà eodem mo-
o per veſicam deſtillant. Aquam omnem deſtil-
tam in vas vitreum longi colli, ſeu phiolam in-
nde, & lento igne pars ſpirituoſior in balneo,
uodecima circiter, ſeparetur, quæ ſi rectè parata
t, ſpiritus ignem concipit. Si primâ vice non
tis rectificatus ſit, poteſt repeti rectificatio. Ita
uoque ex rorismar. ſalv. lil. convall. & ſimil.
oribus optimus ſpiritus extrahi poteſt.

*Quemadmodum verò uſu & experientiâ
ocemur, roſas ſuo ſuaviſſimo odore mirè
iritus vitales recreare, & exindè cor et cere-
rum ſtatim vegetari: Ita quoque per earum*

spiritum (qui tantâ suavitate & nobilitate o-doris præditus, ut, meo quidem judicio, non im-meritò fragrantiâ suâ antecellat cæteros) nari-bus, pulsibus, cordi, faciei adhibitum, supra mo-dum spiritus vitales, cerebrum, cor, & cæte-præstantia corporis membra, vegetari, instaura-ri, recreari certissimum est. Insuper in corpus datus, vel per se, vel aliis aquis admi-tus, calorem extinguit p. n. principalio membra non minùs, ut externè illitus, ser-biliter confortando. Pro dosi datur à ʒß.. ʒj. per se. vel in vehiculo apto.

Observandum hic: Aqua, cui admiscet reddit gratum odorem & saporem, ut una p decem fontanæ partes odoratissimas redda propterea usus ejus multiplex in medicina.

ESSENTIA AMBRÆ LIQUID

℞. AMbr. gryſ. ℈iß. Sacchar. canarie ʒß. Aq. carbuncul. ℥iij. Benè mi immittantur in phiolam veſicâ bubulâ be munitam, ac in digeſtione locentur. P filtrentur, & ad uſum in benè cooperto v ſerventur. In filtro quod remanſit, od ris adhuc capax, aliis uſibus externis inſ vire poteſt. *Exhibetur à ℈ß. ad ʒß. vel cum vino Rhenano vel Hiſpanico.*

E

ESSENTIA AMBRÆ SICCA.

Ambr. gryſ. ʒj. Diſſolv. in ol. ſtill. cinamo-
mi ʒj. vel, prout lubet, in oleo citri, ma-
r. in mortario vitreo, cui adde Sacchar. cand.
lveriſat. ℥ij. vel quantum placuerit. Miſce be-
è. Fiat Eſſentia Ambrata nobiliſſima, *quæ vino*
quibuscunque liquoribus diſſolvi & commiſceri
teſt, delicatulis viribusque exhauſtis ægrotantibus
mmoperè inſerviens.

ULVIS ODORIFERUS PRÆSTAN-TISSIMUS.

. RAdic. ireos *Florentin.* ℥iv. cyperi Fl.
roſar. ſicc. *Damaſc.* Gumm. benzoës,
dan. ſtyrac. calamit. ana. ℥j. Santal. citrin.
j. Moſchi orient. ʒß. Ambr. gryſ. ʒj. Miſce,
at pulvis.

PULVIS ODORIFERUS ALIUS.

. ZEdoar. Macer. Cortic. aurant. Ga-
lang. Caryophyll. ana. ℥ij. Calam. a-
om. ℥ß. Radic. Ireos *Florentin.* ℥ij. cype-
Santal. citrin ana. ℥j Gumm. benzoës,
yrac. calamit. ladan. ana. ʒvj. Ambr. gryſ.
j. Moſchi ℈j. Miſce, fiat pulvis.

ULVIS CYPRIUS VIOLATO ROSATUS.

. Radic. ireos *Florentin.* ℥ij. Fl. violat. re-
center exſiccat. ℥ß. Radic. cyperi
otund. ℥j. Ol. ſtill. roſar. ver. ℈iiß. Miſc. & f.

 omni-

omnium pulvis subtilissimus, qui tactum e[...] fugiat.

Ex hoc suavissimo & valdè delectabili pu[...] vere replentur pulvilli, quib9 variè utuntur i[...] gynæceis. Per se etiam crinibus, vestibus, pell[...] bus, linteis &c. inspersus, longè lateque incu[...] dissimum suum odorem, cerebrum & omnes sp[...] ritus recreando, eructabit. Inventus est pre[...] iis, qui à moscho, ambra, zibetha, & aliis ve[...] lentioribus odoriferis planè abhorrent.

PVLVIS CYPRIVS MOSCHATVS

℞. STyrac. calamit. ℥iiß. Radic. ireo[...] *Florentin.* ℥ij. Fl. rosar. rubr. opt. an[...] thos ana ℥j. Benzoin. Caff. lign. ana ℥ß[...] Ladan. pur. Calam. aromatic. Caryophyl[...] Sem. coriandr. ana ʒiij Lign. aloës ponde[...] ros. Santal. citrin. rhodin. ana ʒij. Corti[...] aurant. citri., Cyperi rotund. ana ʒiß. O[...] rigan. *Cretic.* Majoran. ana ʒj. Fol. laur[...] No. ij. Fl. lavendul. violar. ana ℈iiß. Mo[...] schi laudatiss. gr. xv. Ambr. gryf. gr. x[...] Misc. & f. pulvis, *cujus usus idem est cum priori.*

BALSAMVM CINAMOMI.

BAlsama alius aliter conficit. *Crollius* eo[...] rum corpus esse vult ceram albam, sæ[...] piùs in aqua rosarum coctam, ut acred[...] tolal[...]

ollatur, nec ullam saporis alienam qualitatem referat: cui additur oleum destillatione prolectum, nec non tinctura per spiritum vini alcoholisatum extracta, & inspissata ab eodem spiritu per separationem: item sal post incinerationem ministerio aquæ è suo capite mortuo prolectum. His commixtis, conficitur Balsamum odoriferum.

Quercetanus alium modum faciendi balsamum docet. Recipit nimirum Mannam granatam rectificatam, cui admiscet oleum quodvis, & conficit ita balsamum pro colore & sapore.

Hæc sequens ratio conficiendi balsama in frequenti nobis usu est, quæ videtur cæteris commodior, & sic se habet: ℞. Oleum nucis moschat. express. extrahe ex eo per spiritum vini tincturam, & saporem. Huic oleo adde posteà extract. aromat. vel plantæ, cujus balsamum expetis, tandemque ejus oleum.

Observandum hîc obiter, quod mos sit Aromatariorum quorundam omninò vituperandus, qui balsama coloribus fictitiis exornare solent, alienaque ipsis immiscentur balsamo cinamomi, rosarum lac-

cam *Florentin.*, bolum orientalem; rutæ viride æris, quod tamen causticum & corrosivum esse quilibet novit; Balsamo citri pollinem radic. curcum. Ab his caveant ii, qui verè & ritè præparata balsama sibi ad sanitatem cupiunt. Veri autem artifices colores potius conciliant balsamiis tincturis simplicium, quæ convenientiam cum ipsis balsamis absq; repugnantibus habent. Balsami ergò cinamomi confectio fit ad modum præscriptum.

Hoc est excellens confortativum, recreando omnia membra principalia corporis, præcipuè cor & cerebrum; in melancholia, tristitia, deliquiis animi singulare medicamentum est; promovet etiam menses.

BALSAMUM CARYOPHYLLORUM.

COnfortat hoc balsamum memoriam; tollit vertiginem; confortat spiritus vitales, hepatis oppilationes tollit; roborat spiritus animales; foetorem anhelitûs emendat.

BALSAMVM ROSARVM.

EXternè temporibus, fronti, naribusque illitum, capitis dolores sedat: vertiginem curat, vigiliis æstuique in febribus ardentibus & malignis medetur, palpebrisque adhibitum æstum oculorum sanat, visumque acuit. Re-

fici

ficit odore suo suavissimo cor, cerebrum & memoriam, item spiritus animales & vitales. Ad fissuras labiorum & manuum confert. Refrigerat & sitim restinguit; hinc inflammationibus præsidio est.

BALSAMVM CITRI.

Hoc balsamum intra corpus à gr. IV. ad VI. sumptum, vel externè cordis regioni, pulsibus, temporibus & nuchæ illitum mire confert cordi ejusque palpitationi, & deliquiis etiam animi. Melancholiam aufert: umbilico inunctum vermes necat: colicam passionem, torminaque ventris sanat: contra ictus serpentum & morsus venenosorum animalium, quando membrum læsum eo inungitur, nihil certius: ventriculo inunctum concoctionem promovet.

BALSAMVM NVCIS MOSCHATÆ.

Hoc balsamum mirè confert capiti; cerebrum enim & sensus confortat; somnum conciliat, memoriam confirmat, ventriculo prodest; intestinis utile est remedium.

BALSAMVM MACERIS.

Hoc balsamum temporibus, naribus, nuchæ adhibitum consumit catarrhos; avertit vertiginem; præcavet epilepsiam, & apo-

plexiam. Cordi illitum atque adhibitum contra syncopen, palpitationem cordis & languorem virium efficax est. Reddit loquelam amissam: sedat colicam passionem: calculum renum rumpit urinam promovendo: reddit steriles mulieres foecundas.

BALSAMUM SUCCINI.

HOc balsamum præ cæteris excellens est medicamentum contra epilepsiam, apoplexiam & vertiginem: Confortat mirum in modum memoriam: Curat omnes morbos capitis & cerebri: sistit menstrua, fluxum sanguinis, & suffocationem matricis: facilitat partum umbilico inunctum: quâ ratione sedat etiam colicam: stranguriam sopit, ventriculi concoctionem promovet. In peste & morbis epidemialibus medicamentum eximium.

BALSAMVM MAIORANÆ.

HOc balsamum curat vertiginem: consumit catarrhos: sopit dolores capitis: confortat cerebrum, augendo memoriam & judicium: exhilarat cor: syncopen & epilepsiam arcet: promovet somnum: deoppilat obstructum hepar & pulmonem: confortat ventriculum: menstrua movet: mundificat sanguinem: præservat à peste & omni infectione aëris.

BAL-

BALSAMVM RORISMARINI.

Hoc præstantissimum remedium ad omnes cerebri affectus est, expurgando & exsiccando ejus catarrhos, & confortando memoriam & sensus; dolores dentium sanat, loco, ubi dolores, inuncto. Cor & omnia membra confortat, ventriculo confert, & colicam aufert.

BALSAMVM RVTÆ.

Oculorum hoc remedium singulare: ad venenum & febres pellendas medicamentum familiare: gonorrhæam domat, & salaces castos & placidos reddit.

Observandum: Balsamorum usus est, ut non solùm extrà ad odorandum temporibus, nuchæ, naribus, vertici, pulsibus cordisque regioni illinantur, sed & intùs ad membra principaliora roboranda à gr. v. ad vij. dentur.

Cavendum, ne ad conficienda balsama olea cum oleo terebinthinæ vel amygdal. dulc. adulterata sumantur; quæ quidem recentia nullâ reprehensione digna, paululum verò inveterata rancida, & omnia unius ejusdemque saporis & odoris esse deprehenduntur.

POMVM AMBRÆ.

℞ Radic. ireos *Florentin.* Caryophyll. Macer. elect. Cinamom. ana ℥ß. Lign. aloës ver.

Santal.

Santal. citrin. Styrac. calamit. Asæ dulc. ana ℥ij. Ambr. gryſ ℥j. Moſchi *Alexandrin.* ℥ß. Balſam. Peruvian. odorif. Ol. lign. rhod. ana ℈j. Omnibus diligenter mixtis & tritis adde zibeth. non falſat. ℥ij. & cum Gumm. tragacanth. & Arabic. q. ſ. in aq. majoran. narciſſ. roſar. lavendul. & baſilicon. diſſolut. fiat maſſa, ex qua poſteà l. a. formentur poma.

Eſt ſpecificum Odoriferum, quod in cephalalgia frigida, vertigine, epilepſia, apoplexia aura peſtilentiali maligna, colica, ſuffocatione matricis, & procidentia uteri, præſertim, quando medicamenta non poſſunt intra corpus ſumi, naribus vel aliis partibus admotum, cor & vitales ſpiritus ſupra modum refocillare ſolet.

SPECIFICUM ODORIFERUM.

℞. MAcer. Caryophyll. Caſſ. lign. ana ℥ij. Ambr. gryſ. ℥j. Moſchi ℥ß. Zibeth. ℥ij. Gumm. Arabic. ℥j. Tragacanthi prius ſupra fornacem ſiccati ℥ij. Hæc duo gummata cum moſcho terantur. Omnibus diligenter tritis, miſce zibetham, &c. affunde aq. naphtæ optimæ, ſeu *Damaſcenæ* odoriferæ ex odoratis ſpecificis & aqua roſarum præparatæ, q. ſ. in qua prius per 8. dies in digeſtione modicum de *Paracelſi* carbo, vel zibetha occidentali admixtum ſit. Hujus aquæ per bombycem vel ſetaceum colandæ affunde diligenter agitando, quantum pro incorporatione maſſæ ſufficit; ex qua poſteà vel poma, ſeu ſcuta & pentacula cordis formam haben-

bentia effingito, & in vitro sine digestione indurari permittito.

Vel hoc modo parari potest:

℞. AQ. rorismar. lil. alb. basilic. rosar. majoran. spic. lavendul. ana q. s. pro humectatione maceris, caryophyll. cinamom. ana ʒij. Prius tamen aromata mediante setaceo in tenuissimum pulverem redigantur, adde Ambræ grys. ℥ß. Moschi *Alexandrin.* ʒij. Ziberh. non falsat. ℥j. Omnibus diligenter mixtis, adde Gumm. Arabic. ʒij. tragacanth. pulverisat. ℥ß. diligenter agita, & relinque per noctem, donec omnia benè incorporentur, sequenti die efforma placentulas seu scuta intra duo folia in calido confestim siccanda, & ad usus reponenda

Quemadmodum Zibetha suo odore stercora expellit: ita Specificum Odoriferum morbos ab ægrotis ejicit: & quemadmodum Tirus immiscetur compositioni theriacæ, ut penetrare faciat vim aliorum ingredientium ad membra principaliora: ita etiam propter majorem penetrationem carbon additur, cujus prævalens odor ingratus (qui tamen in digestione, sicut experientia sæpius docuit, in suavissimum & gratissimum transmutatur) citius penetrat, quàm operationes omnes liliorum, ut verè Paracelsus innuit.

Vsus hujus Specifici Odoriferi est, quando medicamenta non possunt intra corpus sumi, ut

in

in apoplexia, epilepsia. Multi enim talibus odoribus excitantur, non quòd planè morbus indè tollatur seu curetur, sed quòd via præparetur. Per virtutem enim odoris corpori communicatam sanguis movetur, & cor suprà modum refocillatur in apoplexia, epilepsia, colica, suffocatione matricis, in aura pestilentiali maligna, in confortanda venere. Mariti illo etiam ad usus suos, ungendo membrum virile, utuntur.

Miscetur tantillum cum oleo nucismoschatæ expresso, ut fiat quasi linimentum, & in suprà dictis morbis, debito modo, externè ad nares scilicet adhibetur. Nota: Carbon Paracelsi, cujus nullibi ille mentionem facit, quàm in specifico hoc odorifero, archidox. 7. sed sine significatione, nudo tamen ibidem posito nomine, quid sit, dubitant multi. Illud verò nihil aliud est, quàm stercus seu sulphur humanum, in digestione aliquandiu positum, & ex fœtidissimo illo odore, sponte suâ longâ digestione summam suaveolentiam nactum, prout Paracelsus & etiam Crollius putant. Vocatur etiam Zibetha occidentalis ad differentiam illius, quæ ex Indiis Orientalibus ad nos defertur. Ex occidentalibus Zibetham ad nos adferri consentaneum est. Occidens verò in homine

mine sunt posteriora, quemadmodum antiuis partibus oriens tribuitur. Sic igitur per similitudinem Zibetha occidentalis est stercus humanum, longâ digestionein suavissimum odorem commutatum, quod Paracelsus carbos appellavit, in libro, quem scripsit ad Carboantes Friesenden, in quo omnia sua secreta posuit.

SAPO ODORATVS.

℞. SApon. *Venet.* in aq. narcisſ. disſolut. ℔j. Radic. ireos *Florentin.* ℥j. Styrac. calamit. Benzoin. ana ℥ß. Lign. aloës ponderoſ. Santal. citrin. ana ℨij. Ambr. gryſ. Zibeth. ana ℨj. Moſchi *Alexandrin.* Balſam. Peruvian. ana ℨß. Ol. ſtill. lign. rhod. lavend. cinamom. caryophyll. ana ℈j. Miſc. & cum oleo tartari per deliquium facto f. l. a. Globuli: inter formandum autem manus cum oleis dictis ſimul inungantur.

SAPO ODORATUS ALIUS.

℞. SAponis *Venet.* ℔ijß. Conſcindatur aut radatur ſubtiliter, ſolique exponatur, ſæpiùs tamen illum aquâ roſar. vel fl. aurantior. humectando, donec albeſcat, ultimò autem benè exſiccetur. Huic ſaponi albicanti adde Amygdal. dulc. decortic. & ad pultis ſubtilis formam, additâ q. ſ. aquæ fl. aurantior. contuſ. & per ſetaceum transmisſarum ℥vj. Pulv. gummi aſæ dulc. ſeu benzoës ℨvj. Mag. Marcaſit. per aquam fortem & præcipitationem parati ℥ij. Contundantur junctim diu multumque in mortario, donec per intima & minima commixta ſint, addendo Pulv. radic.

dic. ireos *Florentin.* ℥iij. Moschi orient. ℥ß. Zibeth. opt. ℈j. Ol. ſtill. lign. rhod. ℈ij. Olei ſeu Liquor. tartari per deliq. facti ℥jß. vel ejus loco Salis tartari ℥j. Miſceantur exactè, formenturque Globuli fragrantes, *qui, præter odorem & fragrantiam, hoc virtutis habent, ut aſperitatem cutis leniant, glabram, ſubtilem & albicantem illam reddant.*

TITULUS IIX.

DE ANODYNIS, MITIGATIVIS, SOMNIFERIS, SEDANTIBUS.

ANodyna medicamenta in genere nominari poſſunt ea, quæ dolorem tollunt, quácumque etiam vi id præſtent. Hæc autem ſunt non unius generis, ſed alia dolorem ipſum, alia cauſam doloris ſpectant, & ſubmovendo cauſam doloris, dolorem tollunt, alia duntaxat partis ſenſum hebetant, & ita morbum quaſi dormire faciunt, ut opium & mandragora, de quibus in peculiari *Tractatu de Laudano Opiato* ſatis diximus, eo tamen ordine, ut quid opium ſit, quas crudum habeat virtutes, quomodo ex ipſo ſalutaria medicamenta conficiantur; quam ob cauſam ſine diligenti præparatione & correctione in uſum medicum non venire debeat, & quas tandem habeat in medicina virtutes.

Multi ſunt morbi, qui absque anodynis ſanari non poſſunt. Ergò in omnium morborum curationibus, ubi dolorum comites, vigiliæ, viriumque reſolutiones adfuerint, anodyna intrin-

ſeca

ca appropriata possunt administrari, ut ablatis mptomatum ipsis radicibus, pernitiosis scilicet uciatibus, amica quies naturæ reddatur.

Somnus enim est arcanum in medicina, supra nnes gemmas & lapides pretiosos: & qui arcam somniferum à vera essentia sumptum (quan- videlicet morbi inimici quiescentes intempe- ivè à somno excitati sunt) potest naturæ egenti ommodè applicare, magnifaciendus est apud grotum Medicus. Cùm enim non rarò dolo-, & ipsius individui comitis, vigiliarum ac in- ietudinis tanta sit vehementia, ut vires ipsæ re- lvantur, nulloque modo, nisi symptomatis abla-, occurri morbis ipsis possit, imò his ablatis, piùs levi curâ, morbus tollatur, magna omni- danda opera, ut naturæ amicus somnus intro- catur. Quod est summum certè in medicina canum. Somno enim facto, dolor & crucia- vehementes plerumque consopiuntur, ac sæ-, dum quiescit cum corpore morbus, simul do- rum causæ exstirpantur. Necesse igitur, ut entiali aliquo anodyno, tanquam thesauro At ico, instructus sit Medicus, ad quod, urgente cessitate, velut ad sacram salutis anchoram, con- gere possit.

CORRECTIO OPII SPAGYRICA.

OPii opt. in lamellas sect. q. l. Impone patellæ ferreæ, & super ignem aliquantu- assa, ita tamen, ne comburatur, sed ut refri- atum commodè digitis in pulverem redigi

possit, & interoperandum animadvertes & vidu bis oculis fumum sulphureum & fœtidum exhal re, quem Chimici pro noxio & arsenicali jud cant, putantque hoc modo opium vi suâ lethif rá spoliari, atque ita esse correctum, ut comm dè intra corpus assumi possit. Ex hoc opio c recto Chimici parant tincturam, extractum, laudanum opiatum.

TINCTURA OPII.

℞. OPii præced. modo correcti q. l. affun ei Spir. vini rectificat. aut quod præst Spir. aceti quantitatem, quæ tribus digitis tran versis emineat; pone in digestionem ignis secu di gradûs per 24 horas; donec nempè menstruu sit sufficienter tinctum; tùm decanta menstruu vel etiam exprime per pannum; quod transit, tinctura opii; in panno verò hærebunt fœce quas Medici sæpiùs partibus dolentibus pro am dyno applicant.

Vires possidet hæc Tinctura narcoticas, an dynas & hypnoticas; usurpaturque à Medic loco laudani opiati, quando formulæ liqui sunt præscribendæ. Dosis hujus est à gutt. ad iij.

EXTRACTUM OPII.

℞. TInctur. opii præced. modo parat. q. l. ev pora illam lento igne ad consistentia extracti; ita ut ex eo pilulæ commodè forma possint. *Vires easdem cum tinctura opii h bet, nisi quòd formâ solidâ possit exhiberi; p*

tis

ſtque ſubſtitui laudano opiato, paratu fa-
limo.

LAUDANUM OPIATUM.

EXtract. opii ℥ß. Croci *Britannici* ſubtiliſſ. contrit. ℥ß. Pulv. caſtorei gr. xv. Extra-o prius aceti aut vini ſpiritu ſoluto, adde cro-m & caſtoreum, & tûm ſimul lento igne inſpiſ-ut conſiſtentiam pilularum accipiat; & para-n erit laudanum opiatum ita dictum. *Vires us medicamenti divini ſunt admirandæ. Siſtit nes evacuationes, niſi per ſudorem ſimul & mo-e ſit deprehenſum, dolorem omnem aufert, ho-em in ſomnum conjicit, & magni usûs eſt in hy-cathar ſi, vomituque nimio, quas evacuationes in momento ſedat; debet tamen hoc unicum præ-tum eſſe commendatiſſimum omnibus iis, qui o-uti feliciter cupiunt, ne exhibeant debilibus val-& morti vicinis: ſic enim ſibi maximam para-t ignominiam, ægrum interficient, & optimum dicamentum perpetuâ infamiâ notabunt. Doſis e gr. j. ad ij.*

Laudanum dicitur, quod laudatum ſit medica-tum, ob inſignes ſcilicet effectus ejus & operat-es, quas in graviſſimis morbis & atrociſſimis ſo-dis doloribus magno cum fructu experimur Ne-hes etiam dicitur, quòd luctum ſedet.

LAUDANUM OPIATUM SINCERE DESCRIPTUM.

OPii Thebaici ſinceri, tenacis, nec emarcidi q. pl. ſcinde in particulas ſeu bracteolas

parvas ac tenues, & in ſcutella vitrea igne leni
arenæ vel cinerum exſicca tantiſper, donec ſpon-
te ſuâ & cum digitis in pulverem comminui poſ-
ſit, ac benè & aromaticè oleat; ab initio nim-
rum groſſum & fœtidum ſulphur valdè fœtet.
Ablato ſeu evaporato hoc fœtido ſulphure, in quo
omnis conſiſtit vis narcotica & ſtupefactiva, ex-
trahe cum aceto deſtillato opium correctum, ſic
perfundendo illud ad supereminentiam 5. vel
digitorum, & aliquandiu in calido relinquendo
acetum coloratum à fœcibus per filtrum trajici-
endo ſepara, rurſumque recens acetum fœcibus
affunde, id, quod repetitâ digeſtione colore rubi-
cundo tinctum fuerit, denuò priori modo ſepara
& ulterius ab extractione ceſſa. Acetum colo-
ratum omne in balneo deſtilla usque ad mellagi-
nem ſeu extractum ipſius opii. Hujus ſi fuerit
℥j add. Mag. vel Sal. corallor. & perlar. ana ℨ
Extract. croci cum Spir. vini fact. ℨij. Miſce o-
mnia diligenter, & ſerva. In fine addi poſſunt
aliquot guttulæ olei caryophyll. *Hoc laudanum
eſt penè inculpabile, & ſecurè ſine omni alicujus pe-
regrinæ affectionis metu poteſt adminiſtrari; id quod
ſanè de aliis compoſitionibus, utut induſtriè adm-
dùm concinnatis ſperare vix licet. Doſis ejus eſt
gr. j. ad iij.*

*Vſus generalis Laudani opiati eſt: 1. Dolores o-
mnes ſedat. 2. Somnum inducit. 3. Omnem flu-
xionem ſiſtit. 4. Ardorem conſumit. 5. Natu-
ram confortat. Vſus ſpecialis in delirio, phrenitide,
febribus, pleuritide, vomitu & arthritide, lumbagi-*
in

, uteri suffocatione, morbo comitiali &c. est egre-us. Una autem die, nisi summus dolor efflagitet, s dari non debet. Crollius ter exhibet, vesperi, edia nocte, & manè.

LAUDANUM OPIATUM ALIUD.

SPec. diambr. ℥j. Adfunde Spir. vini optimè rectificat. ad duos digitos. Stent in infu-one per duas septimanas. Posteà tincturæ di-idium effunde, & adde opii ℥iij. Stent iterum infusione per totidem dies. Deindè, quod arum, effundatur, caloreque spiritus vini lenis-mo separetur ad syrupi fluidioris consistentiam. xtracto huic add. Sal. corall. perlar. c. c. ana ℈j. ccini opt. præp. ℈ß. Affunde reliquam tinctu-m spec. diambr. & repone in sole vel loco cali-. Sub finem add. Moschi, Ambr. ana gr. v. aut Croci ℈ß. Ol. still. cinamom. caryophyll. ana gr. Misc. optimè. *Dosis est a gr. j. ad* ij. *&* iij.

LAUDANUM OPIATUM UNIVERSALE.

OPii Chimic. præp. ℥ß. Antimon. diaphor. ℨij. Ambr. grys. Croci orient. ana ℨß. oschi ℈j. Misc. & cum syr. papav. rh. q. s. fiat asta. *Dosis hujus est a gr.* vi. *ad* xii.

In variis doloribus celeriter sedandis; item in doribus ventriculi, atque in hemierania certissi-um remedium est.

LAUDANUM OPIATUM UNIVERSALE ALIUD.

OPii Spagyric. præp. ℥ß. Myrrh. ℨij. Cro-

ci, Fl. antimon. ana ʒj. Macer. Zingiber. Galan ana ʒß. Cum spiritu vini fiat extractum. *Dosis ejus est à gr. ij. ad vi.*

In variis doloribus, maximè arthriticis confert hoc comperimus; doloribus colicis certissimè medatur, nephriticis quoq; ac uterinis; vertigini mirifi succurrit; in phrenitide, & in ardentibus febrib cum granis iij. *Lapidis Bezoardici tutissimè exhibetur. Multa denique alia præstat, quæ nonnisi us nobis innotescunt.*

ANODYNUM SPECIFICUM PARACELSI.

ANodynum specificum ad mentem *Paracel* in *Archidoxis* extat; ejus descriptio est sequens. Fiat primò aqua ex spermate ranarum. R. Hujus destillatæ aquæ, Succ. aurant. acid. vel etiam limon, ana ℥vj. Opii *Thebaic.* crudi (meliu tamen à sulphure separati) ʒj. Cinamom. Caryophyll. Croci orient. ana ʒß. Stent per mensem in sole vel fimo equino pro maceratione, posteà cola per expressionem; deindè per chartam colatam aromatiza cum Ambræ ℈jv. Mosch. ℈ß. Sal corall. perlar. ana ʒß. Ex remanentiis in cinerem redactis fiat sal, qui admisceatur. Serva pro us interno. *Dosis est a* ʒj. *ad* ʒij.

ELECTUARIUM LAUDANI OPIATI CORRECTVM CROLLII.

℞. OPii, Succi radic. hyoscyami essentificat ana ℥j. Essent. radic. mandragor, cum spir. vini extract. ʒvj, Spec. diambr, f. a. & m. ℥jv. Sal. perlar. corall. ana ʒij. Succin. Mumiæ ana

℈jv

iij. Croci orient.℈ij. Vnicorn.ver.℈j. Terr. si-
llat. ʒj. Mellis despumat. ℥xij. Dissolvatur es-
ntia opii & hyoscyami (si sit nimis liquida, fac,
spirit⁹ vini prius sufficienter lento calore ab il-
evaporet) in melle supra ignem, postquàm
obè mixta fuerint, adde salia perlar. & corall.
steà reliquos pulveres tenuissimè tritos, succi-
m scilicet, mumia, crocus, unicornu, terra si-
llata, cum specibus diambræ paulatim insperge,
pide diligenter miscendo in formam ele-
uarii.

*Laudabile medicamentum, quod planè suo nomi-
respònderit, si laudanum dicas. Mirum atque i-
rum mirum, cur à quibusdam sciolis opii usus in-
a corpus formidetur; cùm laudanum opiatum ab
nibus venenis & impuritatibus liberum sit, ut
ceam præstantissima confortantia & corrigentia
mixta. Id de officinarum & veterum composi-
nibus, quas opium, & hyoscyami semen in-
ediuntur, affirmari non potest, ut de Philonio
mano, Persico, Tarsensi, Athanasia Magna,
urea Alexandrina Nic. Tryphera magna, The-
ca, Mithridatio, Trochiscis de alkekeng. Pilulis
Cynoglossa &c. Anodynum hoc specificum
ρημα πρὸς πάσας παθῶν ὀδύνας extremum
refugium.*

1. *In omnibus doloribus acutis, frigidis & calidis
m externis quàm internis, ubi præ vehe-
ntia homines ferè exanimantur, maximè in dolo-
colico, cum aq. menth. crisp. (alvus sit libera & a-
rta) nephritico, pleuritico, arthritico.*

2. *In sistendis omnibus defluxionibus omnium humorum & catarrhorum tenuium, præsertim in principio. Item in omnibus proflaviis intestinorum sive ratione humorum peccantium & mordentium sive ratione humorum purgantium, cum mastich tunc & terra sigillata datur.*

3. *In vigiliis & inquietudinibus immodicis intrà & extrà datur; si ab extrà vis adhibere, tunc à gr. IV. v VI. cum tribus guttis olei nucismoschatæ, vel tant lo expresso oleo fac turundam lineam, & naribus in dendo mirificè somnum inducet: Vbi altiùs dorm unt, potest turunda eximi: Ita hæmorrhagia na rium desperata sanata fuit, è gr. XVI. duas pilul formando, & utramque narem pilulâ unâ occl dendo.*

4. *In omni febrium genere, ex aq. absinth. & ru (quæ sunt specifica febri fugæ) datur si calor diu d rat; post quartam horam reiteretur una dosis. I ardentissimis febribus sitim restinguit, & somnu conciliat, præcipuè quando somnum inducunt la boriosâ vigiliâ permixtum.*

5. *Asthmatici & Phthisici, si in hyssopi aqu utantur, diu illo possunt foveri. In tussi cautione o pus est, ne scilicet viribus valdè infirmis exhibeatur & cum recrementorum copia in thorace continea tur: etenim quamvis tussim leniat, ac somnum ac cersat, thoracis tamen angustiam adauget. Quar præstat in tussi ex eo semper minus dari, & præte ea extenuantia ac abstergentia ei misceri, ut Oxy mel squilliticum, aut quod ex marrubio albo confici tur: tunc potissimum datur, ubi id, quod influit, te*

ue est & acre: si enim tale quid sit, nihil indè nocu-
enti, si antidotum dederis: Nam ea quæ tenuia
ent, mediocriter crassa reddit, & contemperat, do-
remq; hînc provenientem finit; in maxima tussi
species diatragacanthi frigid. addantur.

6. Conservat calorem nativum, corroborat spiritus, & reparat vires, præsertim illud, in quo est moschus, in aq. Cinamomi, vel vino Malvatico.

7. Efficax est contra affectus melancholicos, præter rationem mœstos, cardiacos, in aq. bor. ag. bugloss. meliss. & horum florum decoctis.

8. Feliciter etiam utimur in vomitu, singultu, in exoluto & debilitato ventriculo, in aq. menth. cinamomi, cydoniata, vino.

9. In sanguinis excretione cum essentia croci martis; & menstruorum nimia evacuatione, cum croco martis, & coralliis rubris, si vena fuerit rupta.

10. In phrenitide, mania, intrà & extrà il-
nitur temporibus cum aquavitæ. Nam in sub-
antia externè nunquam adbibendum est, sed
ssolvetur.

11. In epilepsia cum spiritu vitrioli, & essen-
a camphoræ, cum oleo amygdal. dulc. extractâ,
let offerri.

12. Dosis ejus est à gr. ij. ad iij. & iv. si al-
us est libera, & efficaciter operatur: Offertur

etiam in aquis specificis & appropriatis, illisque admiscetur secundum septem membra principalia & morbos. Si morbus est vehemens, potest circa noctem longè à cœna pilula una darii, mediâ nocte altera, manè tertia, repetitâ semper post sex horas dosi, si dolor non cesset.

Electuarii idem usus, nisi quòd dosis augeatur. Datur à ℥ß. ad ℥j. & ℥iß. in appropriato liquore, vino, vel aqua cinamomi. Puerperiis & infantibus etiam tutò, urgente scil. necessitate, potest exhiberi.

LAVDANVM OPIATVM INCOMPARABILE.

℞ Essent. Opii ritè cum spir. vini præp. ℥vi. Radic. hyoscyami vulg. eodem modo præp. ℥iij. Spec. diambr. diamosch. dulc. ana. ℥v. Pulv. mumiæ vitæ *Angel. Salæ* ℥j. Mag. perlar. corallor. rubr. ana. ℈ij gr. v. Succin. alb ritè. præp. Bezoartic. Mineral. cum auro exaltat. Terr. sigillat. *Turcic.* Off. de corde cervi, Sal. volatil. c. c. ana. gr. xv. Ambr. Mosch. ana. gr. viij. Ol. still. anis. carvi. cortic. aurant. citri, nucis moschat. caryophyll. succin. alb. ana gr. xij. Misce, fiat lege artis Massa, *cujus dosis est à gr j. ad ij. & iij.*

LAVDANVM OPIATVM MIRABILE.

℞. Radic. hyoscyami bonam quantitatem, coque, colaturam inspissa ad mellis consistentiam, è qua per spiritum vini extractum confice; posteà fiat extractum ex opio, uti etiam

am ex mumia, & croco, & speciebus diambræ, andem fiat Magisterium perlarum; solvantur prius perlæ cum aceto, solutum coagula, edulcora, & pulveri affunde spiritum vini, coagula, & iterum affunde, & coagula similiter; confice magisterium corallorum; extractiones hyoscyami & opii conjunge per spiritum vini, exiccando fac pulverem, quem irrora extractione diambræ, deindè adde pulverem margaritarum & corallorum, Ol. still. succini ana ʒj. Off. de corde cervi ℈j. Unicorn. ver. Moschi ana gr. x. Ambr. gr. viij. & cum spissum fuerit, adde Ol. macer. cinamom. ana ℈j. (posset loco olei sal ex oleo destillato paratum addi) Ol. caryophyll. anis. foënic. ana ℈ß. Ut autem retundatur vis moschi & ambræ, add. grana iv. Castorei in hystericis *Dosis hujus laudani opiati est à gr. ij ad vj. In omnibus doloribus, ubi vires prosternuntur, laudabile medicamentum est.*

LAVDATVM OPIATVM COELESTE NOSTRVM.

℞. OPii Thebaic. depurat. ℥iv. Opii ex fl. papav. rh. præp. ℥ij. Superfund. succ. citri & aurant. ana q. s. ut tribus digitis supereminear. Stent in loco calido, donec tingantur nctus liquor effundatur, & novus affundatur, que repetatur, donec omnis essentia extracta t. Colorati succi filtrentur, & ponantur in ucurbita vitrea in loco calido, vel supra arenam, donec ferè omnis humiditas evanescat, & ssentia opii in fundo mellis instar remaneat. Huic

Huic essentiæ admisce Extract. mumiæ, castorr. croci. oriental. (per spiritum vini præparat.) ana ʒv. & tincturam ex sequentibus speciebus factam: ℞. Spec. diambr diamosch. dulc. aromi. rosat. diaxyloaloës, diamarg. fr. d. gemm. fr. dl. hyacinth. lætific. *Galeni* ana ʒiij. His superfundee spiritum vini rectificatum, & tincturam reiteratis vicibus extrahe.

Hunc tinctum spiritum superfunde extractis opii, mumiæ, castorei & croci, ac per B. M. separa; tunc manebit in fundo mellis instar laudanũ, quod pedetentim in loco calido indurescat; antequam verò id fiat, ut eò nobilius & efficacius hoc ipsum reddatur, admisce Confect. alcherm. c. a. & m. Theriac. cœlest. *Quercetani* ana ʒij. Nitri perlati, unicorn. ver ana ʒiß. Sal. perlar. corallor Mag. succin. alb. c. c. Lapid. Bezoar Oriental. ana ʒj. Tinctur. corallor. ver, Lapid. Bezoartici, Auri potab. ana ʒiß. Ambr. gryſ. Moschi *Alexandrin.* ana ʒß. Ol. still. cinamom. caryophyll. citri, aurant. calam. arom. succin. alb. foënic. chamæmel. sapphyrin. rosar. ana ℈ß. Denuò misce, & ex his sec. artem chimicam fiat Laudanum opiatum.

Laudanum nostrum opiatum, cui basin præprimis præstat opium, ita correctum & tempera-

peratũ, ac præstantissimis remediis principalium partiũ symmetriam & robur fulcientibus, munientibus & confirmantibus permixtum est, ut contra quodcunque virulentiæ contagium, intemperierum insolentiam quamlibet, & quosvis morbos, omni ætate, viribus quomodocunque affectis & dispositis, doseos habitâ ratione, tutò semper & salubriter usurpari queat. His siquidem, qui eluctari & mortis tela effugere possint, beneficam ac salutarem opem confert, virtutem novosque spiritus atque vitam afflat ad exantlandum, & superandum omnis generis accidentia; naturæ vires ac facultates obtruncantia & dejicientia; Morituris autem summum affert solatium, ut sine dolorum molestia, sensibus præsentibus, vitæ termino non rapidius accelerato aut præcipitato, sed quantum per fatalis necessitatis potestatem & adamantinam legem fas est, absoluto, benè, placidè & beatè ad serenos coelitum lares emigrare possint. Summa: rectè æstimatâ dosi à gr. j. ad v. pro ætatis & ægroti conditione, Laudanum hoc nostrum opiatum coeleste nemini unquam nocere, sed summoperè semper prodesse observabitur.

LAU-

LAVDANVM NOVISSIME REPERTVM.

℞. SEm. daturæ ℥j. contunde grosso modo, & infunde in q. s. spiritûs vinii. Evapora ad medietatem, & habebis soporiferum præstantissimum. *De quo cochlear unum pro dosi sufficit in omnibus doloribus, etiam in phrenitide. Tutiùs exhibetur, quàm quodvis opiatæ genus.*

PILVLÆ LAVDINÆ SIMPLICES.

℞. OPii chimic. præp. ʒj. Extract. crocii ʒß. Moschi *Alex.* gr. xij. Cum vino fiat Massa. *Dosis est à gr. j. ad ij.*

PILVLÆ LAVDINÆ COMPOSITÆ.

℞. OPii spagyric. præp. ʒj. Essent. crocii Mag. perlar. Antimonii diaphoretic. ana ʒß. Ambr. grys. Moschi *Alex.* ana ℈j. cum syrupo de papavere fiat massa. *Dosis est à gr. iij. ad vi.*

PILVLÆ NARCOTICÆ AVREÆ.

℞. OPii *Thebaic.* spagyric. præp. & extract. ʒiß. Spec. diambr. ʒß. Sal. margarit. oriental. corall. rubr. ana gr. xv. Extract. fl. papar. rh. croci orient. ana ℈ß.

Lapid.

Lapid Bezoar orient. Ol. d. cord. cervi ana gr. v, Moſchi laudatiſſ. gr. iiß. Ol. ſtill. caryophyll. cinamomi, maioran. ſuccin. alb. carvi ana gr. ij. Miſce & cum confect. alcherm. in aq. fl. papav. rh. diſſolut. fiat Maſſa pilularum.

In defectu laudani opiati pilulis hiſce feliciſſimè Medicus uti, & iis etiam honorem frequentisſimè conſequi poteſt. Doſis à gr. ij. ad iij. & iv. tempore dormitionis.

ELECTVARIVM NARCOTICVM.

℞. NVcis moſchat. ℥ij Boli armen. præp. Opii ſpagiric. extract. ana. ℥ß. Extract. fl. papav. erratic. Croci orient. Trochiſc Ramich ana ℥j. Croci martis per reverb. fact. ℈ij. Radic. tormentill. biſtort. zedoar. ana. ℥ß. Magiſter. corall. rubr. Succinn. alb. præp. C. C. uſt. Caryophyll. ana gr. xv. Camphor. gr. iiß. Miſce, & cum ſyr. de papav. ſimpl. & de jujub. ana ℥ii. fiat ſ. a. pro uſu Electuarium.

Mirum in modum omnes dolores mitigat, præcipuè capitis, pectoris, ſtomachi, matricis & totius ventris. Somnum eleganter provocat & potenter inducit: Hæmoptoicis, cœliacis, dyſentericis, pleuriticis, iliosis, colicis & nephriticis medetur & auxilio eſt. Vomitus, ſingultus ac omnes tuſſes ſedat. Anhelitum facilitat Exuberantiam menſtruorum & hæmorrhoidum ſiſtit; nec non gonorrhæam & ſatyriaſin emendat. Doſis ejus eſt à ℥ß. ad ℥j. eundo cubitum.

BEZOARTICUM SOLARE ANODYNUM

℞. Matris perlar. præp. Corall. rubr. præp. ana ℥iij. C.C. philosoph. præp. Laudan. opiat. Philosophic. correct. ana. ℥ij. Lapid. Bezoar orient. ℈ß. Fol. auri fin. N. V. Misce & fiat Pulvis. *Hoc magnum est confortativum & anodynum infallibile. Dosis est à gr. V. ad X.* Huic similis est sequens: ℞. Laudan. opiat. gr. ij iij. iv. vel v. quantum sufficerit pro re nata. Mag perlar. corallorum ana. ℈ß. Terendo sedulò super porphyritem fiat pulvis.

ARCANUM NARCOTICO-ANODYNUM SUMMUM.

℞. Vitriol. tenuissimè pulverisat, & ad albedinem usque lento calore exiccat. ℔ß. Affunde huic Spir. vini rectificat. ℥xxx. Pone in fimum equinum per mensem, decantatum à foecibus destilla in B. M. ad liquoris flavi, oleo destillato similis, residentiam; hoc prolectum serva. *Hoc longè melius & tutius est Laudano opiato. Pro dosi exhibeantur guttæ* xij. *in liquore convenienti*

LAUDANUM SINE OPIO.

℞. Limatur martis puriss. sine omni pulvere part. j. Vitrioli *Ungaric. coerul.* aut Vitrioli veneris part. ij. Tere & misce omnia diligenter. Imbibe in cucurbita vitrea, ad imum detruncata, aceto destillato, ut supernatet digitum dimidium. Posteà coque & coagula igne arenæ ad siccitatem, in fine verò urge igne paululum fortiori, ut nimirum quodammodo rube-

scant

cant. Huic pulveri affunde aliud acetum de-
tillatum recens, ad eminentiam quatuor digito-
um, relinque in calido per aliquot horas, & tin-
getur acetum, quod deplendo filtra, aliud affun-
le, idque similiter tinctum inclinatione sine foe-
um perturbatione aufer, atq; ita procede, donec
cetum non amplius tingatur. In hoc aceto colle-
cto & tincto sulphur urens latet, si nimirum explo-
andi gratiâ ex ejus aliquota parte acetum eva-
oraveris, & quod restabit, aliquoties aquâ fon-
ana purâ edulcoraveris, illudque sedulò semper
hartâ emporeticâ igne lento exsiccaveris, videbis
gne admoto flammam concipere, & penitùs et-
am ab igne corrumpi instar sulphuris.

Hoc sulphur vitrioli καυςικὸν ita figitur &
nodynum redditur. In acetum tincturâ sulphu-
is impraegnatum, immitte guttatim olei tartari
. f. illicòque sulphur praecipitatur & figitur. Ace-
um destillatum supernatans abiice, & pulverem
fundo relictum aquâ fontanâ aliquoties curio-
è admodum elue, & habebis sulphur vitrioli a-
odynum & fixum, tantoperè depraedicatum, & à
ultis quaesitum; idque basis sit sequentis, pau-
s ob virtutes egregias cogniti Laudani op atir.

℞. Pulv. santal. rubr. citrin. ana ℥j. Macer. Ga-
ng. Piper. nigr. long. ana. ʒiij. Lign. aloës, Car-
amom. mai. min. ana ℥ij. Extrahantur omnia
ore consueto cũ spiritu vini, Eodem modo extra-
e cum aq. cichor. Myrrh. rubr. Mumiae *Aegypti-*
. ana ʒj. & utrinque tincturas diligenter colle-
as & per filtrum mistas conjunge, & adde Sul-

phur. Vitrioli narcotici ℥ij. Circuletur in vas clauso in balneo per quinque dies. Posteà extrah destillando menstrua ad mellaginem. Huic add Extract. croci ℥ß. Sal. vel Mag. perlar. coralloi ana. ℥j. Redige in massam. *Anodynum revera præstantissimum & magnum, ac in omnibus dolori bus ad somnum conciliandum accommodatum; præ sertim intra corpus assumptum à gr. vj. ad x. cum conserva aliqua, aut liquore, aut in forma pilulla rum.*

SULPHUR VITRIOLI ANODYNUM MARTIALE.

℞. Fl. salis armoniac. martial. flav. n. m. pp Frat. q. pl.

Hi, affusâ aquæ simpl. quantitate sufficienti, a omni salsedine sive sale armoniaco liberentur, repetitis vicibus veluti edulcorentur, ut pulv culus rubicundus, de martis prosapia ejusque e sentia, in residuo maneat; qui siccatus, & paul lum (si lubet) atque lenissimè calcinatus, ad sum seponatur medicum.

Anodynum est, acutis doloribus compescend proficuum; quod aliis Laudanis opiatis peraptè a miscetur.

SULPHUR VITRIOLI ANODYNUM

℞. Vitrioli martial. seu *Hungarici* optimi ℔ Solvatur in q. s. aquæ simpl. solutio f tretur & asservetur: posteà cum hác aquâ vitrio tâ sæpiùs laminæ ferreæ, vel etiam limatu martis pura, humectentur, & toties leni cal reiterum exiccentur, usque dum in massam r bicundam conversa sint. Nunc huic in pul

r

em tritæ massæ super affundatur aceti destillati q. ad 5. digitorum super eminentiam, in vitro satis largo & magno; digerantur calore satis intenso, quousque acetum tingatur; quod dum adhuc calet, effundendum, & aliud super affundendum; idque sæpiùs repetendum, donec acetum affusum nullâ amplius rubedine tingatur. Porrò solutionibus, seu aceto tincto instilletur oleum tartari guttatim, & præcipitabitur sulphur vitrioli instar pulveris flavi; quod per residentiam & decantationem, seu inclinationem liquoris supernatantis, vel etiam per filtrum, & chartam emporeticam, separatum, aquâ tepidâ sæpiùs affusâ probè edulcoretur, quousque nullus sapor aut acrimonia, sive à sale, sive aceto, vel à vitriolo amplius percipiâtur. Exiccetur hînc, & phialæ inclusum, in arena nonnihil ad rubedinem calcinetur: quod brevi fiet, & hoc erit Sulphur vitrioli anodynum.

SVLPHVR NARCOTICVM VITRIOLI.

OL. terebinth. part ij. Ol. vitrioli igniti part. j. Misce; excitabitur in iis ignis effervescentia, qualis vix in aliis unquam deprehenditur (non raro enim rumpitur vitrum) illud sta immitte in aquam, & sulphur separabitur in quæ superficie, quod ab aqua separandum, aut destillandum est; & manebit in fundo.



PRODROMI PRAXEOS CHIMIATRICÆ

CLASSIS III.

DE REMEDIIS SPECIFICIS ET APPROPRIATIS.

TITULUS I.

DE REMEDIIS SPECIFICIS *OMNIUM SEPTEM MEMBRORUM PRINCIPALIUM.*

NUnc pervenimus ad tertiam classem prodromi nostri praxeos Chimiatricæ, qua continentur Remedia specifica & appropriata; quæ variorum generum sunt, ac inter ea primum locum possident secreta specifica omnium septem membrorum principalium.

Conserva membra principalia, ait *Paracelsus*, & non facilè mors eveniet; Nam absque membrorum principalis conservatione non potest curari morbus. Si enim vitam velis conservare, non solum cor in suo esse conserves, sed etiam cerebrum, hepar, pulmones, lienem, renes & fel. Nam quamvis cor sit centrum ipsius corporis atque radix, tamen quodlibet membrum principale destructum, infert mortem.

SECRETUM SPECIFICUM OMNIUM SEPTEM MEMBRORUM PRINCIPALIUM.

℞. OLei succini ter vel quater per aq. majoris rectificat. ℥ij. Spir. vitrioli Philosoph

M

[l]ag. cranii human. ana ℥ß. Tinctur. croci Orient. [gr]an. alcherm. per extract. pomor redolent. ana [ʒ]j. Sal. margarit. corallor. ana ℥j, Ol. still. cina[m]om. macer ana ʒß. Lact. sulphur. ℥j. Extract. spo[d]i ℥iß. Tartat. vitriolat. ℥j. Antimon. diaphor. ʒß. Tinct. croci mart. chelidon. rhabarb. ana ʒß. [L]iq. crystall. calcul. microcosmic. ana ℥j. Cum [e]xtracta & inspissata theriacæ essentia cum spiri[tu] vini facta, melle juniperino, conserva rosar. item [sa]ccharo rosaceo redigantur omnia supra adicta di[li]genter mixta in justam electuarii consistentiam [a]dita Moschi & Ambræ ana ʒj. Propter ventricu[li] sympathiam cum reliquis membris addantur [s]pir. vitrioli. ʒij. cum Ol. nucis moschat. destill. ʒß.

Usus hujus medicamenti in deploratis morbis [u]bi nec ægroto, nec ipsi Medico constat de genere [se]u morbi specie, maximè laudatur. Et quoniam [in] omnibus morbis internis necessariò unum (si non [pl]ura) ex illis septem membris afficitur, poterit etiam [in] omnibus ægritudinibus tutissimè exhiberi. Absque [m]embri enim principalis conservatione non potest [c]urari morbus.

Dosis ejus est à gr. v. ad X. in vino, vel aq. card. be[n]ed. vel appropriata secundum hæc septem membra.

TINTURA CORALLORUM.

[R]. CORall. subtiliss. trit. ℥ß. affunde iis in phiola oblonga Spiritûs vini eam quantitatem [q]uæ aliquot digitis transversis super emineat; in[st]ituatur digestio per dies 8. posteà decantetur [m]enstruum, filtretur per chartam, abstrahaturque [m]erum in retorta vitrea ad siccitatem usque, relin-

quanturq; , ut indentur fœces nigræ, quæ tincturam corallorũ in se continent; affundatur iis fœcibus alcohol vini, instituaturq; iterũ digestio per 6. aut 8. dies ; & habebitur tinctura rubicundissima, quæ est desiderata corallorum tinctura, debetque filtrari per chartam, abstractoque ex parte menstruo inspissari in consistentiam olei liquidioris.

Hâc nobilissimâ & pretiosissimâ essentiâ hactenus se extulerunt Artifices Hermetici; usi enim sunt eâdem contra phantasiam, epilepsiam & melancholiam felici cum successu & magno fructu. Nam mundificat & renovat plenissimè sanguinem in toto corpore humano ; resistit etiam omnibus defectibus ex putredine & corrupto sanguine orientibus, omnesque morbos internos radicitùs evellit. Confortat quoque septem membra principalia, præsertim autem cor & spiritus vitales, quos contra virus & omnes malos ac periculosos casus munit. Item omnes obstructiones in præcipuis membris, pulmone, hepate, splene & renibus mirificè reserat, & inflammationes sedat. Febrium æstum compescit, earum que materiam consumit. In vehementissima suffocatione matricis, menstruis superfluis, hydrope, paralysi, scorbuto, lue venerea, lepra, dysenteria, gonorrhœa, spasmo & sanguine concreto medicamentum divinum est. Dosis a gutt. vj. ad ℈ß. & ℈j. in vehiculis convenientibus.

TINCTURA PROPRIETATIS.

℞. SPir. vini anisat. ℥viii. Elix. proprietat. *Paracelsi.* ℥ß. Confect. alcherm. ℨij. Fl. tunic. sub. ℨß. stent in digestione, donec perfectè tingantur ; posteà spiritum tinctum & filtratum sacchar. cand. alb. q. s. edulcora & ad usum reserva.

In-

In melancholia, hemicrania, vertigine, paralysi, catarrho, astmate, tussi, ventriculo debilitato, cardialgia, hepatis ac lienis obstructionibus, quartana, callo &c. medicamentum est illustre. Insuper cor confortat, canitiem retardat, & lætitiam adfert. Dosest à ℥j. ad ℥ij in vehiculo convenienti & specifico.

PULVIS POLYCHRESTUS IMPERIALIS.

℞. SAcchar. cand. alb. ℥ß. Croci martis cum acet. tamarind præp. ℈ij. Sem. fœnicol. Rar. ebor. Tal. leporin. Ocul. lucior. Cardamom. min. Zingiber alb. Nucis moschat. Radic. glycyrriz. ana ℈j. Cinamom. acut. Cubebar, Caff. ligni. Spic. nard. Radic. & sem. pöeon. Visci quercin. Acidi tartar. ana ℈ß. Mag. lapid. carpion. ocul. cancri, lapid. percar. pisc. Croci Orient. Sem. petroselin. apii, Castor. ver. Caryophyll. Myrrh. rubr. Lign. aloës, Herb. hyssop. Ol. stili. anis. ana gr. III. Mag. perlar. orient. corall. rubr. Macer. ect. ana gr. vj. Fol. auri *Vngaric.* No. iij.

Misce & fiat omnium pulvis subtilissimus. *Ex stomacho & intestinis flatus, ventositates, omnesque peccantes humores expellit. illumque confortat, à putredine præservat. Cerebrum roborat, memoriam auget. In epilepsia, tremore & debilitate cordis, difficultate pectoris, tussi, asthmate &c. multum præstat. Moerores mulcet: Tristes exhilarat: Timidos animat: Hepatis & lienis obstructiones reserat: Tympanitem à causa frigida ortam & multos alios morbos longos & obfirmatos curat. Hæmorrhoides fluentes sistit; Sanguinem purificat: vividum*

vidum colorem procreat: Matricem frigidam calefacit: Uteri intemperiem corruptam emendat Renes & vesicam purgat: Calculos, arenulas & saburram ejicit: Meatus aperit & stranguriis auxiliatur. Dosis omni manè est ℈j. vel per se: vel in liquore appropriato, morbum propriè respicience.

TITULUS II.

DE CEPHALICIS SPECIFICIS.

MEdicamenta Cephalica sunt quadruplicia; vel enim caput calefaciunt simulque siccant, vel refrigerant & humectant; vel reficiunt spiritus animales; vel caput expurgant.

Caput calefacientibus utimur in discussione vaporum & flatuum, dissipatione humoris relicti, in exsiccatione cerebri: & si aliqua adstrictio hisce inest, in incrassatione & cohibitione fluxionum tenuium non calidarum.

Quæ refrigerant & ardores capitis mulcent, usurpantur in deliriis, in somno accersendo, contra dolorem à causa calida.

Quæ reficiunt spiritus, odore & fragrantiâ id præstant, vel spirituum copiâ.

Quæ caput expurgant, sunt calida, tenuis substantiæ, acria, detergentia, odoris ac saporis non ingrati, malignitatis & venenositatis expertia.

Sunt autem vel errhina, vel sternutatoria, vel apophlegmatisonta.

Horum

Horum quædam ſunt vulgaria, & ubivis obvia, quædam nonniſi è Chimicorum manuſcriptis, vel codicibus eorum peti poſſunt, de quibus poſterioribus hic agemus.

BEZOARDICUM LUNARE.

Argenti, ſeu Lunæ finæ ℥j. ſolvatur, in laminas tenues prius deducta, cum Spir. nitri ritè deſtill. q. ſ. Porrò ſolvantur Butyri antimonii à ſua cinnabari rectificati ℥ij. vel ℥iij. Item cum Spir. nitri ritè deſtillati q. ſ. ſenſim & ſtatim prædicto butyro affundendo, quousque omnis efferveſcentia & ſtrepitus ſubſideat: quod ſignum eſt perfectæ ſolutionis. Hæ duæ ſolutiones conjunctæ abſtrahantur, deſtillando in cucurbita vitrea, igne arenæ, ad ſiccitatem maſſæ albæ virideſcentis. Huic reſiduæ maſſæ denuò ejus ſpiritus nitri adfundatur & abſtrahatur; idque tertiâ vel quartâ etiam vice repetendum; ultimò fortiſſimo igne urgendo, ad omnimodam ſpirituum corroſivorum expulſionem, ſingulis tamen vicibus, ante repetitam ſpiritûs nitri affuſionem, maſſam ſemper in porphyrite conterendo. Maſſa deindè à terna vel quaterna ſpiritus nitri abſtractione reſidua, & ſubtiliſſimè trita, aquâ ſimplici ſæpiùs affuſâ, ſ. a. edulcoretur, donec omnis acredo à ſpiritibus corroſivis reſidui ablata ſit. Pulverem tandem Bezoardicum bihorii ſpatio circiter, in crucibulo, igne aperto, probè calcinatum uſui reponito.

Valet ad morbos lunares, cerebri & capitis, epilepſiam puta, apoplexiam, paralyſin, melancholiam

& maniam. Est quoque Alexipharmacum præ-stans, Dosis ejus est à ℈j. ad ʒß.

TINCTURA LUNÆ.

℞. Argenti puriss. per Saturnum legitimè pur-gati ℥iij. Solvatur cum q. s. Spiritûs nitri ritè destillati.

Solutionem abstrahito in cucurbita vitrea donec cuticula quædam appareat. Quâ frigefa-ctâ, in crystallos, hoc est, vitriolum lunæ, conver-tatur; in patella vitrea leni calore exiccetur, im-que pulverem albicantem convertatur: Cui pul-veri postmodum admisceto Salis armoniac. seme-atque iterum sublimati duplum. Relinquantur aliquandiu aëri humidiori libero exposita, quoad colore cœruleo viridescente imbuantur: hoc facto, immittantur cucurbitæ vitreæ, suo capitel-lo munitæ, & in arena sublimentur; & sic sal ar-moniacus animam lunæ evehet, quæ, post reitera-tas sublimationes, addito recenti semper sale ar-moniaco, per elixiviationem cum aqua simplic-à sale dicto separanda est: & ex hac tandem tin-ctura seu essentia lunæ, per spiritum vini summ-rectificatum, sale tamen volatili microcosmi ef-sentificatum, extrahatur, repetitâ recentis spiri-tûs affusione, quoad omnis tinctura prolecta sit. Tincti denique spiritus omnes ad ℥iij. circiter in B. M. abstrahantur; & si cœruleus tincturæ lu-næ color disparuerit, addatur residuæ abstractæ essentiæ nonnihil salis microcosmi volatilis; quæ hoc pacto colori ejus cœruleo, si is tantoperè de-sideretur, restituta, ac virtutibus prægnans, pr-

affe

ffectûs exigentia, in promptu retinenda est. *Do- hujus est à gr. v. ad x. in liquore idoneo.*

LIQVOR LUNÆ VIRIDIS.
SIVE
LUNA POTABILIS.

Liquor Lunæ viridis, sive Luna potabilis, qualis quidem haberi potest, hæc est. Vera e-im tinctura menstruum universale requirit. Iste erò fit hoc modo. ℞. Salis tartar. optimè de-urat. part. ij. Terr. sigillat alb. part. j. Pulveri-ntur in porphyrio tenuissimè, & in crucibulo o-erculato ac lutato, gradibus ignis ab initio ob-rvatis, in furno anemio ita statuantur, ut tandem ne vehementiori per horas 24. quasi fluant. Re-erâ enim, propter terram sigillatam non fluit ateria, sed quasi fluere videtur. Ubi refrixe-int omnia, sal tartari reperitur in crucibulo in-ar vitri viridis. Hunc exime & reduc in pul-rem tenuem. Hujus ℞. part. I. Calcis lunæ uriss. per aquam fortem solutæ, & communi odo per venerem sublimatæ, & copia aquæ di-entèr ab omni acrimonia edulcoratæ part. ij. isce invicem curiosè & denuò in tigillo cemen-orio lutato repone in arena, & subministra i-em primò lentum, posteà fortiorem & subtùs supra, ut vasculum candeat, & cementetur ma-ia per duodecim horas, ita tamen, ut ne fluat. uod si fortè fluxerit, laborem repete. Refri-ratis vasis, exime totum & subtiliter tere, & in curbita lati fundi, affuso spiritu vini optimo, ere per dies octo, & extrahe rubedinem, quæ

à tar-

à tartaro non à luna est. Hæc enim cœruleum duntaxat viridemve colorem continet. Decantato hoc spiritu vini, alium affunde, & digere, ut anteà, & repetitis vicibus rubedinem vel flavedinem extrahe.

Extractiones omnes serva. Luna verò in cucurbita, post extractionem rubedinis, apparebit aliquantulum cœrulea. Hanc igitur paulatim exsicca, & super marmore tere in pulverem, quem serva diligenter. Extractiones verò rubeas collectas destilla per balneum, & prodibit spiritus vini: rubedo verò tota manebit in vitro instar sanguinis. Hanc cum luna illa cœrulea reservata tere minutissimè, & cum iis diligenter misce duplum silicum calcinatorum (calcinantur autem silices, si aliquoties in frigida candentes extinguantur) & in sublimatorio fictili seu cucurbita humili ad sublimandum pone in arena, observatis gradibus ignis, tandem vehementiori, & luna ascendet tota cœrulea instar sapphyri, remanente in fundo corpore crasso nigro.

Hanc nigram materiam diligenter exemptam tere super marmore & aquâ calidâ aliquoties elue: posteà moderato igne calcina, in vase ferreo, ut abeat in calcem levissimam, semper, ut in antimonio, spatulâ movendo. Ex hac calce cum destillato anteà rubedine spiritu vini, ad supereminentiam trium quatuorve digitorum superfuso salem extrahe, digerendo scilicet per tres quatuorve dies in balneo optimè clauso vase. Lactescente aliquantulum spiritu vini, eum à fœcibus

bus benè separa, & perge calcinando & extrahendo, donec satis est: hoc est: donec nihil amplius salis prodierit, nec lactescat Spiritus. Extractiones omnes collige, & spiritum vini indè evoca destillando in B. M. donec quarta circiter pars in fundo reliqua sit. Repone tùm in loco frigido humido, & sal lunæ translucens instar crystalli succrescit seu granulatur. Spiritum vini reliquum, collecto priore sale, denuò ad quartam usque partem destilla, & salem granulatum vicissim collige, & sic perge, donec omnem salem collegeris. Sales collectos omnes diligenter exsicca & serva. Tùm ℞. Lunæ cœrul. anteà sublimat. part. ij Salis jam collecti part. I. Tere super marmore, & per retortam igne arenæ destilla in oleum, vel liquorem cœruleum virescentem. Quem liquorem collectum diligenter serva. *Ejus dosis est à gutt.* iij. *ad* jv. *ex convenienti vehiculo, in omnibus affectibus capitis, præsertim in phrenitide, melancholia hypochondriaca, paraphrenitide, mania & apoplexia, paralysi, epilepsia, memoria deperdita seu debili, vertigine, catarrho. Est enim principale, certissimum & probatissimum remedium in omnibus affectibus cerebri. Hoc enim mirabiliter restituti sunt, qui per annos multos catenis fuerant constricti.*

ANIMA LUNÆ VERA.

℞. LUnæ pur. q. v. & in aq. forti dissolve, postea in loco frigido repone, protinus apparebunt crystalli, effunde tunc phlegma, & exime crystallos; inde vitreæ seu lapideæ tabulæ, si-

ne

ne in hypogêo resolvere, aquæ naturam induere, & ad aridum usque evaporare. Tunc habebis pulverem, quem misce cum sale armoniaco, & secundum artem sublima, mox evehit secum sal armoniacum animam lunæ veram. Hanc sublimatam materiam inde conchæ vitreæ, & aquâ pluviali optimè destillatâ edulcora, tunc corrosiva & superflua acredo aquæ fortis cum sale armoniaco expellitur. Pulverem sicca deindè, & inde vitro, & spiritum microcosmi optimè rectificatum suffunde, & 24. horas in loco calido repone, tunc in momento extrahet hic spiritus animam lunæ pulchram, pellucidã, cœruleam in sapphyri colore. Menstruum verò tinctum aufer, & recens affunde, donec sulphur omne extractum sit: Posteà sine illud spontaneâ evaporatione evanescere; vel in cineribus per alembicum abstrahe, & alterâ vice spiritum vini Philosophorum affunde, qui fundamentaliter extrahet animam, illamque constantissimè retinebit. Si autem pro tua lubentia in forma pulveris expetis, tunc menstruum prius per alembicum abstrahe, & anima remanebit in fundo, quam ad usum retineto.

Anima hæc Lunæ vera, seu Argentum hoc potabile curat epilepsiam, & omnium lunaticorum morborum sentinam, tàm in genere, quam in specie. Curas graves dispellit: somno inquieto resistit: catarrhos consumit: aurium susurrum placet, lenemque auditui adi-

um facit: cerebrum confortat: oblivionem re-gat: debilem memoriam recreat: vertigi-em, mœrorem & omnem melancholiæ multi-ormis colluviem expellit. Est specificum ca-itale, quod unamquamque naturam ab omni-us periculosissimis capitis adfectibus curare & ræservare potest. Est denique pretiosus & obilis thesaurus, morbis & imbecillitatibus uàm plurimis medens. Dosis ejus est à gutt. j. ad x. in vehiculis morbum propriè respi-ientibus.

SVLPHVR LVNÆ.

℞. LUnæ sublimat. ℥viij. affunde his menstru-um vegetabile minus ad trium digitorum minentiam, digere, tincturam separa, novum nenstruum affunde, fac ut priùs, quoad ampli-s non tingatur: Extractiones misce, menstru-m per B. M. separa, in fundo sedet essentia.

Relictum lunæ corpus forti cucurbitæ vitreæ mpone, & arenæ impositum forti igne urge, ut andeat: cum refrixerit, affunde acetum radica-um, digere forti digestione, sic solvetur sal lu-æ. Quòd si primâ vice non succederet, affuso ovo aceto, post digestionem tandem solvetur elictis in fundo impuritatibus è solutionibus: Menstruum per B. M. abstrahe, quoad liquor in undo cuticulam contraxerit; tandem cellæ fri-idæ impone, & crystallos seu salem lunæ ex-pecta.

Olei

Olei, Essentiæ, Balsami seu Salis Lunæ usus est omnibus gravissimis cerebri affectibus. Dosis ex a gutt. j. ad iij, In curandis capitis vulneribus vi maximam obtinet, ut & in cancro, fistulis malignis ulceribus. Guttæ iv. cum vini momen mensescient.

MERCVRIVS LVNARIS, CEPHALICVS ANTIEPILEPTICVS, ANTIHYDROPICVS.

℞. Mercur. sublimat. dulc. trinâ vice rectifi cati ℥ß. Fol. lunæ ʒj. Terantur simu misceantur & sublimentur.

℞. Mercurium hunc sublimatum, crystalli num, dulcem, essentiâ lunæ imprægnatum. Pu veriletur, & cum duplo nitri purissimi benè exquisitè mistus uniatur. Injiciatur pòst in gillum seu crucibulum *Hassiacum*, & prunâ ca dente accendatur. Pulvis hic antè frigefact projicitur in vas vitreum, aquâ calidâ plenum Postquam steterit in tepido loco, effunditur aq nitrata per chartam bibulam. Pulvis in char relictus, aquâ simpl. & demum etiam rosaceâ dulcoratus, placidèque exsiccatus ad usum se vatur

Vires hujus medicamenti sunt magnæ, in stupendæ, multis affectibus capitis, epilepsiæ, poplexiæ, paralysi, arthritidi, hydropi, scorbu to, morbo Gallico salutares. Commodè sum tur in pilulis, cum theriaca, rob sambuci & Dosis est à gr. ij. *ad* iij. *&* jv.

MAG

MAGISTERIUM TARTARI VITRIOLATI LUNARE.

LUnæ fixæ in aq. forti solut. & ol. tartari præcipitat. à salibus corrosivis crebrâ lotione liberat. part. II. Tart. Vitriolat. part. iij. pulverisata misceantur eodem modo, ut in præparatione Magisterii tartari vitriolati solaris fit, calcinentur & usui serventur. *Facultates hujus Magisterii sunt gratiosæ, cephalicæ præprimis: medentur enim epilepsiæ, vertigini & aliis cerebri affectibus; hydropicis iidem auxiliares sunt. Dosis ejus à gr. v. ad viij. in jusculo horis matutinis, vel vino malvatico.*

SPIRITUS VITRIOLI PHILOSOPHICUS

AQuam illam acidam, in qua præcipitatus est Mercurius vitæ; evapora illam ad decimæ partis remanentiam; quod relictum est, destilletur per retortam vitream; & 1. prodibit adhuc phlegma: quando verò observantur guttæ acidæ cadere, quæ gustu deprehenduntur, tùm prodit jam spiritus Philosophicus, qui ad siccitatem usque abstrahendus est.

Est reverâ Spiritus salis communis compositus, easdem vires cum spiritu salis & vitrioli obtinens. Peculiariter tamen in dolore capitis sedando maximum auxilium præstat.

LIQUOR VITRIOLI CEPHALICUS.

Ubifica vitriolum, eumque ebullire fac in vino albo ad siccitatem usque: posteà tere, & po-

& pone in retortam, & lento igne destilla; pri-
mò exibit aqua clara. Deindè aliud recipiens pone
clausis benè juncturis, da ignem fortissimum, quo
usque nil amplius destillet. Destillabitur oleum
rubrum, ut sanguis, & tamdiu cum suo phlegmate
te destillandum est, donec fiant una substantia.
Tunc accipe tantundem de optimo spiritu vini
simul misce, sine digeri, & in pellicano circula
& cum dederit signum, satis est. Hujus circula-
ti accipe ℔j. cujus odor erit fragrantissimus, ei
adde Camphor. ʒß. Unicorn. ℈jß. Spodii ʒij. R
sur. cran. homin. Santal. omn. ana ℥j. Corall.
rubr. ℈ij. Visci quercin. Gran. & Radic. poëo
ana ℥j. Moschi & Ambr. ana ℈j. sine digeri obtu-
rato vase.

*Hic liquor mirificè cerebrum confortat, & ap-
plexiam ac epilepsiam profligat.*

ANIMA VITRIOLI.

℞. ALiquot magna & capacia fictilia: qu
majora & capaciora, eò meliora: Imp
illa aquâ pluviali, & in unum quodque ficti
duos, tres, vel plures manipulos communis v
trioli immitte; vitriolum autem metire, ad aug
vel imminue, pro fictilium quantitate: vitriolu
in aqua colliquescat, & aliquoties circumfusu
in sole vel aëre immotum consistat, ita tamen,
pluvia vel res immunda in fictilia incidat: tu
videbis animam vitrioli instar iridis vel cau
pavonis in aquæ superficie natare, vario colo
quem colorem quàm subtilissimè cochleari
aq

a aliquoties in die exime, aquam circumfun- & mox in illa quiescente vicissim apparebit ma, quam recipe, & tantum illius pedetentim ige, quantum putabis sufficere. Et nota, ndo colores non magis apparent in aqua, od exempta sit anima, quæ immisso recenti vi- lo est restauranda. Abstracta anima sub ini- est limo terræ simillima, quam tigillo immit- & in fortissimo igne sine excandescere, tunc sanguinis colore tincta erit fixa, & perdura- in flamma, nec illi minimum decrescet gra- , licèt plures dies ignis sentiat comburium. *Hæc Vitrioli anima (philosophicè priùs ex- cta & spagyricè præparata) in morbis quàm imis, & præsertim in omnibus capitis, & ventris fluxibus, menstruorum & sangui- profluviis, epilepsia, hydrope, gonorrhæa, cturis laterum, arthritide, febribus, phre- mysterium est. Dosis est à gr. v. ad vj & in vehiculis appropriatis & morbum pro- respicientibus.*

ELIXIR CEPHALICUM.

R Adic. poëon. non decortic. angelic. palm. Christi, valerian. acor. ver. tormentill. onic. ana ℥ij. Fl. rorismar. majoran. salv. lil. vall. primul. ver. poëon. ana M. ß. rosar. rubr. Sem. poëon. fœnic. basilic. ana ℥j. Anacard. vj. Lign. sanct. rhod. buxi ana ℥ij. Succini Cran. human. Visc. quercin. ana ℥j. Rasur.

cornu alc. c.c. ana ℥iß. Spir. vini ad eminent. spi[...] thamæ I. Vitrioli supra cinnabarin antimonii re[...] ctificati ℥iij. Sal. tartar. alb. ℥ß. Stent in digestio[...] ne per octiduum. Colaturæ expressæ adde syr. [...] pöeon. ℔ $\frac{1}{4}$ Stent iterum in digestione benè per[...] mista.

Elixir hoc cerebri affectibus à frigida causa exor[...] tis singulariter prodest, si exhibeatur in liquore con[...] venienti a guttis vj. *usque ad* xx. *& etiam plures.*

ELIXIR PROPRIETATIS PARACELSI.

ETsi hoc Elixir ad omnes ferè morbos, ut jam diximus, conveniens medicamentum sit, a[...] tamen præ cæteris in capitis & stomachi affecti[...] bus, ob vires mirandas ac arcanas, quas in curan[...] da apoplexia, epilepsia, vertigine, cephalalgia, sto[...] machique imbecillitate &c. præstat, commen[...] datione dignum, & ob id non immeritò inter spe[...] cifica capitalia referendum: Componitur autem ut præstò sequitur.

℞. Myrrh. *Alexandrin.* Aloës hepatic. Cro[...] orient. ana ℥iv. Quibus ad conciliandam sapo[...] ris suavitatem, vel tantillum de caryophyllis aro[...] maticis nonnulli addere consueverunt.

Pulverisentur omnia diligenter, & in vitru[...] indantur humectando optimo spiritu vini alco[...] holisato; posteà affundatur rectificatum oleu[...] sulphuris per campanam factum (præparatur i[...] lud oleum è sulphure flavo vel subgryseo, tem[...] pore pluviali, sic majorem copiam habebis) a[...] eminentiam quatuor digitorum: ponatur in [...]

gestio[...]

gestione & circulatione per duos menses: tandem quod tinctum & extractum fuit, per inclinationem separa: materiæ in fundo restanti bonum spiritum vini affunde, & circulando per mensem iterum tincturam extrahe, separa, ac priori liquori colorato misce. Feces infundo lentè destillentur, quod primùm egreditur, addatur superiori tincturæ; ita per mensem adhuc sine destillatione circulentur. Sapor est suavis, non amarus, multò minùs empyreuma sapiens, ut fieri solet, vulgariter destillando.

Elixir hoc Balsamum priscorum est, ut Paracelsus ait, tenuium prorsus partium, calefaciens & siccans, sicque à putrefactione conservans.

Est 1. perfectum Elixir. In eo enim sunt omnes virtutes naturalis balsami, & virtus conservativa maxima, præcipuè in senibus.

2. Omnes tàm calidas quàm frigidas infirmitates occultâ quâdam proprietate curat.

3. Hemicraniam & vertiginem sanat.

4. Oculorum caliginem depellit.

5. Excellens medicamentum contra apoplexiam, epilepsiam & paralysin.

6. Confortat mirum in modum cerebrum & memoriam.

7. Catarrhos exsiccat.

8. Intellectum & omnes sensus acuit.

9. Melancholiam aufert, & lætitiam au-fert.

10. Hecticis & tussientibus non benè sum-venit, vel quibus aliquod membrum princi-pale læsum.

11. Cor & hepar confortat.

12. Humores diversos ventriculi educit, stomachum cum intestinis confortat, & à dolo-ribus præservat.

13. Calculos renum rumpit.

14. Quartanam tollit ac planè curat.

15. Ab omnibus arthritidis passionib-præservat.

16. Paulatim pruritum, dolorem item ilio-rum & costarum levat.

17. Senectutem fortissimâ juventutis con-servatione arcet, & canitiem retardat.

18. Adversus pestiferæ luis contagia, au-remque corruptum mirè efficax est.

19. Vitam ex nimia cibi & potûs sumptio-ne abbreviatam prolongat.

20. Ictteritiæ & dysenteriæ confert.

21. Scabiem, serpiginem, lepram & mor-bum Gallicum curat.

22. Hydropisi auxiliatur.

23. Vermes necat.

24. Vu-

24. *Vulnera & ulcera interiora brevi conglutinat tempore.*

Exhibetur à guttis vj. ad x. in vino, brodio, aqua convenienti & specifica.

Diligenter autem observandum, materiam primò irrorandam spiritu vini, ut fiat quasi pasta, & demùm oleum sulphuris affundendum, alioquin tota materia in nigredinem comburetur; id quod Paracelsus studiosè occultâsse dicitur, nisi illius descriptionem, quam Archidox. lib. 8. idiomate Germanico habet, mavis esse Philosophicam.

TINCTURA SUCCINI.

℞. SUccini pulverisati q. v. huic superfundatur Spiritûs vini q. s. Stent in calore per dies aliquot, posteà tinctura per inclinationem auferatur, & recens spiritus iterum affundatur, donec omnis tinctura & vis extracta sit: Ultimò abstrahatur spiritus vini in lento balnei calore, donec instar mellis in fundo relinquatur.

Singulare specificum est in omnibus capitis affectibus, præsertim in apoplexia, epilepsia, paralysi, colica, catarrhis, ophtalmia, vertigine &c.

Dosis est a gutt. VII. *ad* X. *in vehiculo convenienti.*

SPIRITUS VINI SUCCINATUS.

℞. VIni generosi ℔j. Pulv. succini albiss. ℥iv. Destilla ex cucurbita vitrea per B. M. donec striæ non appareant amplius. *Ejusdem cum*

superiori virtutis est. Sumitur verò a cochl. ß *ad* j.

AQVA BENEDICTA SERPILLI.

℞. HErb. ſerpill. cum flor. tempore matutino ante ſolis exortum decreſcente lun. collect. ℥iv. chamomill. Rom. ℥j. ſatureiæ thymi. ana ℥ß. Infund. in vini *Rhenani* opt. ℔iv. Stent. in digeſtione per aliquot dies, poſteà deſtillentur. In liquore deſtillato iterum infund. Herb ſerpill. cum flor ℥iv. Caſſ. lign. ℥ß. Lign. aloës, Macer. ana ʒij. Incide in particulas minimas, & poſt debitam digeſtionem denuò per alembicum in B. M. deſtilla. & ſic verè præparata eſt.

In omnibus catarrhis & defluxionibus tùm prohibendis tùm etiam caput ab iisdem præſervandis prodeſt. Cerebrum, ventriculum & omnia inteſtina frigida corroborat. Cibi appetentiam excitat; urinam ciet: calculum expellit: dolores ventris & maximè colicam mitigat: flatus à viſceribus & hypochondriis diſſipat: tormina & ſingultus ſedat: Vomitiones cohibet, menſes provocat: partum, ſecundinas, & foëtum mortuum ejicit: concretum ſanguinem diſſolvit. Senibus, orthopnoicis, & anhelatoribus, item ruptis & convulſis auxiliatur. Doſis à ℥ß. *ad* ℥j. *&* ij.

ESSENTIA AMBRÆ LIQVIDA.

℞. SPir. lil. convall. vel rosar. etiam cerasor. nigr. rectificat. ℥iij. Indantur retortæ vitreæ, vel cucurbitæ parvæ cum suo capitello unitæ, cujus rostro inserantur nodulo inclusa ambr. gryf. ℈j. Mosch gr. x. Fiatque, probè circum litis juncturis, & recipiente præposito, spiritûs destillatio vel abstractio, qui in transitu vires ambræ & moschi eliciet; hic spiritus ambratus posteà cum elæosaccharis vel cinamomi, vel citri, aut maceris edulcorari & asservari potest.

Præstans hoc & illustre remedium animum & spiritus animales reficit; in omnibus organis facultatis animalis, ita ut & in vertigine, lotomia, caligine oculorum, capitis frigidis affectibus excellentissimum sit.

ESSENTIA CEPHALICA.

℞. FLaved. cortic. pomor. citrior. rec. Sem. poëon. rec. excortic. ana ℥iv. Bacc. juniperi maturar. lauri decortic. ana ℥ij. Cinamomi acutiss. ℥iij. Lign. aloës opt. Dictamn. alb. caryophyll. ana ℥j. Nuc. moschat. Macer. Galang. min. Costi albi aromatic. ana ℥ß. Santal. citrin. odoratiss. cardomom. min. Piper alb. ana ℥ij. long. ℥j. Spir. vini optimè rectificati ℔iv. Species omnes crassiusculè contusæ macerentur in dicto spiritu vini per octiduum, posteà in B. M. destillentur usque ad siccitatem specierum, rostro alembici vel capitelli impositis nodu-

lo inclusis, Ambr. gryf. gr. xiv. Moschi ℈ß. Croc Austriaci ʒj. Spiritus fragrantissimus interim asservetur.

Ex residuis speciebus ope spiritûs vini rec. q. s. affusi fiat more communi extractùm, iteratâ spiritûs vini affusione filtratione, ejusdemque abstractione in B. M. ad consistentiam debitam, quod superiori spiritui destillato jungatur. Jam denuum ℞. Herb. menth. crisp. puleg. nepet. salv. nobil. foënicul. melisf. Fl. lavendul ana recent. ℥iij. Concisa in fund. in vini malvatici ℔iij & peractâ unius septimanæ digestione, destill. in B. M. ad siccitatem, immisso similiter rostro capitelli eodem sacculo, cui moschus, ambra & crocus inclusa, & iam semel in superiori destillatione extracta sunt: Aqua prolecta fragrans & spirituosa superiori essentiæ addatur, quæ simul aliquandiu lenissimo calore circulentur: Tandem filtrata essentia, ceu nobilissima & efficacissima usui asservetur; quam si lubet acuere spiritu vitrioli sulphureo volatili, vel spiritu veneris ex viridi ære, rem minimè poenitendam efficies.

Nobilissimum hoc est Secretum Cephalicum: non spiritus enim animales solùm, sed totum etiam cerebrum ac omnes partes nervosas maximè reficit ac illustrat. Dosis est à guttis V. ad X. & XV. in vehiculo specifico ac convenienti.

OLEVM

OLEVM SVCCINI, SEV OPO BALSAMVM EVRO-PÆVM.

℞. SUccini albi ℔iij. & crasso modo tundas non in pulverem tenuem teras. Eluantur priùs, si opus sit, aquâ communi sordes; deindè ponatur in cucurbita vel alembico non nimis alto, & affundatur bona quantitas aquæ rosar. & betonic. (quod fit, ne oleum comburatur, & ut harum aquarum vehiculo faciliùs stillare incipiat) imponatur capitellum capax cum rostro satis amplo, & vas recipiens adaptetur, & in arena clausis utrobique pro more vitrorum juncturis, servato ignis gradu convenienti & continuo, ne refrigescat (alioquin instar picis nigrescit, & vitrum frangitur) destillatio absolvatur. Cave etiam, ne ignis nimium invalescat, alioquin recipiens periclitatur.

Primùm egreditur aqua & oleum album cum spiritibus, nubium instar; deindè non ampliùs spiritus egreditur visibilis, sed in capitello striæ apparent, ut in destillatione spiritûs vini videre est; tandem venit oleum flavum; hîc cessandum à destillatione, vel mutato recipiente excipe seorsim oleum

oleum rubeo-nigrum ſubſecuturum. Ul-
timò adſcendit ſal ſublimatione. Capp
mortuum in fundo manet friabile, nigru
& leve.

Antequam oleum ſuccini albi rectifice-
tur, benè abluatur priùs in aqua commu-
ni, volvendo ſæpiùs, poſteà rectificetu
lentè in B. M. per aquam roſarum, vel
majoranæ. Poſt rectificationem pote-
etiam ulteriùs cum nova roſarum vel ma-
joranæ aqua aliquoties miſceri, ſemp
poſt reſidentiam & ſeparationem olei a
aqua, renovando aquam. Sic foëtor p
rire ſolet.

A libra una ſuccini poſt rectificatione
vix tres vel quatuor lotones veri olei ha-
beri poſſunt.

Efficaciſſimum Opobalſamum Europæum
meritò vocari poteſt, quia ſuâ facultate omn
a alia remedia ſuperat in apoplexia & epilepſi
curanda. Olim ſacrum appellabatur, pro-
pter vires nimirum ejus admirandas & ar-
canas.

Convenit in melancholia, ſpaſmo, vertigin
peſte, calculo, frigidis capitis defluxionibus, co
dis palpitationibus, animi deliquiis, ictero, di
ficultate reſpirandi, dyſuria, partu difficil

ute

eri strangulationibus, mensium retentioni-
us, fluore matricis albo, vermibus &c.
Dosis est à gutt. iij. ad x. & etiam xij. pro
tione morbi & complexionis.

BALSAMVM VITÆ ANTIMONIALE.

FL. antimonii (nimirum qui ex antimonio *Vngarico* per se, ad albedinem calcinato, m sale armoniaco sublimati sunt & edulcorati,) v. extrahe cum aceto philosophico s. a. tinctu- m rubicundam tempore sat longo. Decanta- s liquores tinctos destilla ad siccitatem. Ex lvere edulcorato extrahe iterum tincturam ellucidam cum aq. vitæ coralliorum. (spiritu oralliorum inflammabili) tandemque propelle rtissimo igne per retortam oleum rubrum um ipsa aqua vitæ, reserva citra separationem.

Est verum vitæ balsamum, nunquam satis udandum. Exhibetur felici cum successu in orbis cephalicis gravissimis, epilepsia nimi- um, apoplexia & paralysi; medetur item pe- iferis morbis, lepræ, morphææ; mundificat otum sanguinem. Dosis est à gutt. iv ad x. & xij. in vehiculis appropriatis.

DIACINAMOMVM REGIVM.

℞. SUcculat. Ind. ℥ij. Condit. nucis moschat. *Indic.* No. j. Syr. cinamom. q. s. Misce in ormam electuarii, & adde Confect. alcherm. ʒj. Ol. cinamom. ʒij Ambr. moschat. Marga- it. trochiscat. ana ʒß. Fol. auri *Vngaric.* No.

xv. Denuò misce, & tanquam Regium & magnificentissimum medicamentum ad usum repone.

Calida est facultatis: cerebrum & cor supra modum confortat: stomachi vitiosos humores discutit & concoctionem juvat: syncopen & cordis palpitationem sedat: inflationem tumoremque ventriculi prohibet: flatus dissipat: colicos dolores à causa frigida sedat, oris halitum commendat: omnem putredinem impedit. Senibus frigidis & debilibus, & quibus humor nativus, & calor naturalis imminuuntur, convenit: vires mirificè reficit: sperma auget: vim procreandi promovet; nec non ad venerem moderatè stimulandam, libidinem suaviter excitandam, coitum tutò augmentandum, experimentum Regium est. Dosis manè ante pastum, & vesperi in introitu lecti quantitas nucis avellanæ, plusminusve, pro ratione complexionis & sexûs.

AMBRA MOSCHATA.

℞. Ambr. grys. & pur. ℥ß. Moschi odoratiss. ʒß. Elæosach. citri gr. xv. Misc. & fiat pulvis subtilissimus, qui irroretur spiritu rosarum ardente, & iterum exsiccetur; hic labor aliquoties repetatur: posteà denuò subtiliter teratur, & usui reponatur.

Calefacit & siccat. Cerebrum confortat, corroborat

oborat, & omnibus ipsius adfectibus succurrit. Dolorem capitis diuturnum mulcet. Alugines oculorum tenues detergit: oculorum umidas defluxiones consumit: Senibus & naturâ frigidis mirificè opem præstat. Vino infusa temulentos efficit. Dosis est à gr. iv. ad x. d summum, in vino generoso, vel in alio vehiculo appropriato.

VITRVM SATVRNI.

℞. SAcchar. seu Sal. Saturni part. j. Lunæ solut. part. ij. Arcan. vitrioli part. iij. Misce, & probè incorporata, vitroque rectè sigillato imposita lento cinerum calore 18. diebus digere, deindè ignem augendo in rubrum & pellucidum vitrum rubini instar, & fixum redige.

Hujus grana v. cum vini momento sumpta, omnes capitis affectus tollunt, dolores leniunt, maniam curant, si ter quaterve assumantur.

SPECIES DIATABACI.

℞. TAbac. ind. cum ol. anis. præp. ℥ij. Radic. hellebor. alb. lil. convall. pyrethri ana gr. v. Gran. poëon. mar. Fl. lavend. rorismar. Herb. majoran. origan. ana gr. x, Piper. long. Gumm. peruviani, Agaric. trochiscat. Galliæ moschat. ana gr. v. Misce, & fiat pulvis subtilissimus.

De his speciebus parum per nares attrahitur

tur, tunc statim frequentissimis sternutationibus cerebrum benignè expurgant, & in omnibus capitis doloribus, catarrhis, vertigine, epilepsia, narium obstructionibus quàm maximè valent: Excrementa enim tàm crassa, quàm putrida copiosè educunt, cerebroque robur reddunt. Dosis manè stomacho jejuno quantitas unius ciceris, quæ naribus attrahatur.

SPECIES DIAMAIORANÆ.

℞. FL. lil. convall. ℥ij. Herb. majoran. cum proprio oleo prius irrorat. ℥j. Lign. aloës ponderos. ʒß. Cubebar. opt. ℈ß. Ambr. grys. gr. v. Misce & fiat pulvis subtilissimus.

In omnibus morbis & affectibus, ubi sternutatione opus, speciebus hisce felicissimè utimur: supra modum enim totum caput à crassis & pituitosis humoribus liberant, cerebrumque simul & organa sensuum mirè confortant. Dosis manè in aurora pisi magnitudo, naribus attrahenda.

EXTRACTUM NASALE.

℞. SUcc. recent. anagallid. ℥iij. betæ, nicotian. foem. ana ℥ij. betonic. ℥iß. Turpeth. gummi ʒv. Agaric. albiss. ʒij. Infund. in q. s. aquæ scabios. digeranturque in vase clauso per 8. dies. Hinc decantetur, abstrahaturque ad consistentiam extracti mollioris.

Potentissimè educit pituitam & humores salsos à capite per nares, & catarrhos ad fauces & pulmones destillantes ad nares divertit.

MASTICATORIUM MERCURIALE.

MAstich. elect. ℈ij. Mercur. dulc. gr. x. xij. vel etiam xvj. Mellis q. s. Formentur f. a. pastilli.

Ex quibus unum masticet æger quasi per semiquadrantem horæ. Hoc diutius in ore retentum & masticatum, partim calore suo humores pituitosos in capite & cerebro liquat, fundit ac elicit, partim vi; sua pollet, stimulandi facultatem cerebri expultricem ad ea, quæ molesta sunt, ejiciendà irritat. In lue venerea hoc admirandas præstat operationes.

TITULUS III.
DE
SPECIFICIS EPILEPTICIS.

EPilepsia duplicem habet respectum, vel indicationem 1. Quæ paroxysmum respiciunt. 2. Quæ ipsas morbi radices. Præservantur pueri, vel prorsus liberantur, nec unquam succedente ætate tali passione capiuntur; si recens jam natis, antequam lac sugant, ingeratur oleum amygdal. dulc. cum sacchari optimo perm. stum: utriusque sit à ʒß. ad ʒiß. vel ʒiiiß.

In adultis præmittantur universalia, vomitiva, cathartica imprimis *Paracelsi* purgans specificum. Posteà exhibeantur specifica; qualia sunt sequentia.

TINCTURA SEU ESSENTIA ANTIMONII.

VItri antimonii solar. *Zvvelferii* q. s. redig. in pulverem subtilem; & aliquoties cum spir. veneris, ex ære viridi destillato humectetur,

totiesque iterum in calore leni exficcetur. Ex hoc vitro porrò cum q.f.prædicti Spiritûs veneris, repetitis vicibus affusi, eliciatur, leni calore, tinctura rubicundissima (in vitro satis alto, & probe clauso, ne spiritus exhalent) quousque spiritus tingantur. Hi spiritus tincti omnes leni destillatione abstrahantur, ad remanentiam liquoris crassioris, sanguinis instar. Spiritus veneris abstractus, ad eosdem & consimiles labores, & extractiones, asservetur, virtutibus suis haud diminutus: Liquor verò residuus antimonii, sulphure solari plenus, aut imbutus, porrò cum spiritu vini summè rectificato extrahatur (quod in momento quasi contingit) quemadmodum spiritus vini, quamprimùm tincturæ priori abstractæ affusus, illicò summâ rubedine inficitur, pulvisculus nec non flavus, qui in prima abstractione spiritûs veneris, unâ cum liquore rubro remansit, potiori suâ parte in spiritu vini resolvitur. Abstracto denuò spiritu vini, ad remanentiam liquoris crassioris, remanet tinctura antimonii rubicundissima, sanguinis instar, quæ in pulvisculo flavo subsidente separanda, & studiosè asservanda est.

In epilepsia non solum, sed & in morbis chronicis & diuturnis; item in paralysi & febribus diuturnis summo cum fructu exhibetur; sanguinem enim, insensibiliter operando, purificat. Dosis ejus est à gutt. iij ad vj. & viij.

ESSENTIA ANTIMONII ALIA divinæ virtutis ac efficaciæ.

Accipe antimonium, seu ejus mineram; fundatur in crucibulo, igne forti, & in acetum

spirit

iritu nitri nonnihil acuatum, infundendo, ex- nguatur. Acetum ſit in olla ſatis larga opercu- ſuperius clauſa, foramine tamen pervio, per iod antimonium infundi poſſit. Atque hæc itimonii fuſio, & extinctio in aceto, ſæpiùs re- tatur, quouſque acetum rubicundiſſimo colore nctum ſit.

Hoc peracto, abſtrahatur illud in alembico vi- eo, leniter deſtillando per cineres, donec ferè tum acetum tranſierit ad mellaginem, ſeu etiam aſſam duriuſculam ſolidam reſiduam. Huic ſſæ relictæ, ſeu reſiduæ, affundatur ſpiritus ver ris, ad duorum vel trium digitorum ſuper emi- ntiam: extrahatur tinctura rubicunda repetitis cibus ſpiritum affundendo, & decantando, quo- que tota tinctura extrahatur. Hinc ſpiritus cti omnes, in alembico vitreo, deſtillando ex neribus, ad remanentiam liquoris craſſi, abſtra- ntur; Ex quo porrò cum ſpiritu vini ſummè ctificato, repititâ ejûs affuſione, tinctura elici- enda; ac tandem & hoc ſpiritu vini ad remanen- m liquoris rubicundiſſimi abſtracto, tinctura icta, magnarum virium, aſſervanda eſt.

Si hæc à gutt. iij ad vj vel etiam viij. in vehiculo nvenienti ac ſpecifico exhibeatur, in epilepſia & teris gravioribus ac periculoſioribus morbis mi- nda præſtat.

LEUM SEU ESSENTIA ANTIMONII NOBILISSIMA.

ACcipe mineræ antimonii *Vngarici* ex auri- fodinis erut. ℔j. Comminuatur ſaltem in

 par-

particulas, seu frustula parva, ad instar fabaru
seu nucis avellanæ magnitudinem. Hoc mod
confracta minera f. a. stratificetur in vase terr
forti cum ℔ij. vitrioli probè purificati & ad flav
dinem calcinati: claudatur olla operculo: &
arena calcinentur, seu (uti loquuntur) ceme
tentur per gradus ignis continui, spatio duaru
septimanarum, igne gradatim aucto, quousq
antimonii particulæ rubefiant. Quo facto, sep
retur antimonium, seu particulæ ejus, à vitrio
& in pulverem subtilem, conterendo, rediganti
Huic calcinato & trito antimonio, vitro alembi
immisso, superaffundatur aceti destillati q. s. s
quod longè meliùs, spiritus veneris, ex ære viri
vel etiam spiritus vitrioli Philosophicus ad 4. di
torum transversorum supereminentiam, leniq
calore digerendo extrahatur tinctura. Tinct
spiritus decantetur, & alius superaffundatur; c
si iterum tinctus appareat, auferatur: & tam
hæc actio continuetur, donec spiritus ultimò ef
sus rubedine non ampliùs tingatur. Tincti spi
tus omnes destillando ad liquorem crassum le
ter abstrahantur. Liquor verò residuus cum s
ritu vini rectificato puro superfuso denuò ext
hatur, ejusque essentia seu tinctura eliciatur; ut
magis subtilietur, & corpori humano appropr
tur, tanquam per vegetabile, spiritum nimiru
vini, naturæ nostræ amicum. Abstracto autem
hoc spiritu vini, ad remanentiam liquoris crassi
ris rubicundi, qui præstans est antimonii essent
immittatur, prægressâ fermentatione diuturn
rete

ortæ vitreæ, & ex arena, seu cineribus, destill. oleum seu liquorem rubicundum & pretiom. Ex antimonio relicto & extracto, igne aum reverberii, sed leniter, priùs calcinato, trahatur sal antimonii, beneficio aceti stillati; qui iteratò cum aq. simpl. solvatur, filetur & clarificetur, ac ad crystallinam puritatem ducatur, tandemq; tincturæ suæ dextrè ad unir: quod facilè beneficio spiritûs vini, aliquali culatione, & tandem ejusdem spir. vini per B. leni abstractione fieri poterit.

Et sic pretiosa hæc tinctura s. a. Spagyricam elabo-a meritò laudibus & encomiis in omnibus morbis lepticis extollenda est. Dosis ejus est à gutt. iij. ad & viij.

VLVIS CINNABARINVS ANTIMONIALIS ROLFINCII.

CInnabar. antimonii ℥ij. Pulverisata in alcool irroretur & misceatur m Ol. still. succin. rut. ana ℈ij. cinamom. rismar. ana ℈ß. in mortario vitreo pistillo reo. Pòst adde Cran. human. sine i-e præp. Ungul. alc. præp. ana ℥j. Foë-l. poëon ℥ij. ireos *Florentin.* Magist. rlar. corallor. ocul. cancri ana ℥ß. Moni ℈j. Elæosacch. citri q. s. ad grat. sapor. mortario agitentur & misceantur, add. l. auri No. vj.

S. Antidinicum & Epilepticum τέγ-γημα; *cujus dosis est à* ℈ß. *ad* ℈j *&* ʒß. *in vehiculo specifico & con-venienti.*

PVLVIS ANTEPILEPTICVS EGREGIVS.

℞. Cinnabar. antimonii, Mag. corall. perlar. ana ℈ij. Misce, fiat pulvis *pro aliquot dosibus in infantibus.*

VEL

℞. Cinnabar. nativ. pellucid & splen-dent. ʒß Magister. corallor. perlar. ana ℈ij. Croci orient *Austriac.* ℈j. Fol. auri No. x. Quæ terendo super lapidem di-ligenter redige in pulverem; *cujus grana vi. ad xviij. in aq. salv. propinentur, & sæ-piùs repetantur.*

PVLVIS ANTEPILEPTICUS magnarum virium.

℞. Cinnabar. Ungaric. probè lot. & de-purat. ℔ß. Imbibe cum spir. vitrioli ʒiv. Adde Scob. cranii human. nunquam sepulti, & spiritu vini imbuti ℥ß. Relinq. in loco calido per quindecim dies, & post retortam destilla liquorem, atque illud quod restat, seorsum serva.

Hinc ℞. Scob. ungul. alcis ℥iß. Myrrh. rubr.

rubr.℥ij. Solve in ſpiritu ſalis. Solutum à fœcibus ſepara, & ſerva. Poſteà ℞.Croci orient. ℥ß. Extrahe ex eo cum ſpiritu vini tincturam. Liquores omnes ſimul miſce, & iſtis cinnabarim lotione ac pulveratione præparatam imbue, iterumque leni calore exſicca, donec omnem liquorem imbiberit, & in pulverem ſiccum abierit. *Dosis ejus est à gr. ij. ad iv. & v. cum vino generoſo, aut ſpiritu vini, vel aqua antepileptica, in ante & post paroxyſmum*

MAGISTERIVM CRANII HVMANI.

HOc fit, ſi ſupra cranium pulveriſatum affundatur ſpiritus vitrioli, & fermentetur; poſteà bis vel ter abſtrahatur; remanebit Magiſterium cranii humani elegantiſſimum.

TABVLÆ ANTEPILEPTICÆ.

℞. RAdic. poëon. ℥j. Magiſt. perlar. corallor. ana ℨiß. Cranii human. ℨß. Sacchari in aq. fl. tiliæ ſoluti q. ſ. Miſce. fiant Tabulæ. *Detur una atque altera manè jejuno, & veſperi longè à coena.*

VEL.

℞. MAgiſt. cranii human. per vaporem calcinat. ℨj. Gran. poëon. excortic.

No. xvi. Sacchar. in aq. theriacali dissolut. ℥ß. Fiant s. a. tabulæ; *quarum una vel altera manè jejuno, & vesperi ante coenam ægro jam exhibeatur,*

PULVIS DIACINNABARIS.
magnarum virtutum ac facultatum.

℞. Cinnabar. nativ. præp. ʒj. Lapid. stellar. præp. Corn. alcis spagyric. calcinat ana ℈ij. gr. v. Rasur. cran hom. anterior. Visci quercin. ana ℈iß. Radic. & Sem. poëon. ana ℈j. gr. iij. Spec. diamosch. dulc. diambr. ana gr. xv. Magister. perlar. orient. corall. rubr. ana gr. viij. Croci oriental. gr. v. Ol. still. succini albi gutt. v. Fol. auri No. iij. Misce, & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Miram vim & efficaciam habet in epilepsia, & omnibus aliis morborum capitis periculosorum generibus, estque tàm certissimum quàm secretissimum experimentum, quo, Deo aspirante, innumeros cæterorum Medicinæ incurabiles hactenus, quantumvis eorum non paucos ad 9. 10. 12. imò 18. pluresque annos tali abominabili affectu laborantes pristinæ sanitati perfectè feliciterque restituimus. Dosis in curatione à ℈j. ad ʒß & ʒj. plus minusve pro ætatis

atis & virium patientis discrimine in vehiculis appropriatis & specificis omnique mane reiterandis, usque dum integram consequatur sanitatem.

PVLVIS DIALVNÆ INCOMPARABILIS.

℞. Radic. & Sem. poëon. debito tempore collect. Corn. alcis spagyric. præp. Mag. cran. human. ana ℥ij. Anim. Lunæ ver. in form. pulv. Bezoartic. Lunar. ana ℥iß. Cinnabar. nativ. præp. Visc. quercin. Squill. præp. ana ℥j. Secundin. exsiccat. mulieris primiparæ filium enixæ, stercor. pavon. præp. ana ℈ij. gr. v. Sal. perlar. oriental. corall. rubr. ana ℈iß. Castor. ver. Piper. long. Cubebar. ana ℈ß. Moschi laudatiss. Ambr. gryſ. ana gr. v. Misce & fiat pulvis omnium subtilissimus, cui adde: Ol. ... rectificat. succini albi, nucismoschat. ...tæ ana gr. v. Denuò misce, & ad usum repone.

Pulvis hic miraculosè lunaticis, epilepticis seu comitialibus, vertiginosis, lethargicis, ...bethicis, congelatis malisque cerebri frigidis confert, & illis, quibus tumultuosa insomnia obversantur, & incertis timoribus corripiuntur, succurrit. Dosis in curatione à ℈j.

ad ℈iß. in aqua epileptica vel apoplectica aliqua convenienti in ipso paroxysmo. In præservatione autem datur in omnibus lunæ quadris, & in omni humida & minùs constanti aëris tempestate à ℈ß. ad ℈j. in aquis supradictis.

PULVIS EPILEPTICUS MIRABILIS.

℞. CRanii hominis strangulati, & sine igni calcinati. ℥j. Cinnabar. nativ. præp. Visci quercin. Ungul. alcis ana ʒß. Fol. auri No. ij. Misce, & fiat pulvis, cujus ℈ß. pueris statim post paroxysmum datur; adultis vero ℈j. iteretur; certissimè liberat.

SAL SUCCINI ANTEPILEPTICUM,

CHimicorum Practicorum felicissimi ex fortiter calcinato capite mortuo olei succini destillati sal fixum, per aquam communem collectum, & crebris solutionibus & coagulationibus purificatum cum sale volatili jungunt, *ac tertius compositionis ℈j. cum ℈ij. visci quercini in aq. radic. vel flor. pæon. ter exhibent, vel ante, vel in ipso paroxysmo, omnemque epilepsiam, modò à transplantatione non provenientem, hos modo curant, præmissis tamen juxta methodum præmittendis.*

MAGISTERIUM SUCCINI.

DIssolve Rasuram succini albissimi in spiritu vini, ut tingatur; pòst filtra, & ad dimidiam partem evapora.

In epilepsia magnum est arcanum, quando dan- ur in aqua appropriata grana xv.

MAGISTERIUM LUNÆ.

℞. Terr. *Silesiac.* alb. part. viij. Limatur. lunæ puriss. cui nihil cupri admixtum sit, part. . Hæc inter se misce, & in pulverem reduc. Pul- erem istum spiritu vitrioli antepileptico imbibe aulisper, exsicca in loco calido, tere iterum hunc ulverem, & imbibendo perge, donec denuò ex- ccetur. Hoc quater repete: sic terra illa sic- a *Silesiaca* imbibet sal volatile spiritûs vitrioli, uo & luna calcinabitur, ita ut in tenuissimas & btilissimas partes abeat, quæ deindè à calore ativo faciliùs & feliciùs in operandi actum de- uci potest. *Hic pulvis ad* ℈j. *in aliqua conve- iente aqua, utpotè aq. lil. convall. fl. tiliæ, vel ce- sfor. nigr. exhibetus in morbo caduco & epileptico dmodum efficax est.*

GALREDA VEL GELATINA CRANII HUMANI.

℞. Limatur. Cranii human. nunquam humati, humoreque adventitio privati, cum alco- ole vini salviato ad supereminentiam 6. digito- am, per mensem dimidium digere, deindè, more quæ fortis, per retortam pelle, reaffusum liquo- em cum capite mortuo denuò digere, ac vicis- m destilla, idque tertiò repete. Tandem omne ostractum aliquandiu circula, abstractoque alco- ole vini è lento balneo, essentiam cranii instar oaguli seu galredæ remanentem serva. *Epi- lepsiæ*

lepsiæ verum curativum est, si ejus grana aliquot in convenienti vehiculo exhibeantur.

CONFECTIO ANTIEPILEPTICA PARACELSI.

PRimò ex tribus craniis humanis non sepultis sed morte violentâ peremptis inque aëre exsiccatis, crassiusculè contusis, ex retorta igne lenito arenæ, posteà observatis gradibus, auctiore, dari potest ignis suppressionis, in receptaculum capax destillat liquor, quem super easdem fœces tertiâ vice destillando evocat, tandem per alembicum rectificat. Hujus liquoris accipit ℥vijj. vel ℥viij. addit spec. diamosch. dulc. ℥ß. Castorei, Mell. anacardin. ana ℨiij. & vicissim è cineribus per retortam destillat. Extremò adjicit Liquor. perlar. ℈jv. Spir. antiepileptic. ℈j. *De hac tota mixtura epilepsiâ laboranti exhibuit cochleare unum quotidiè jejuno stomacho ad novendium continuando. Perhibetur hoc unico Paracelsum mirabilia præstitisse.*

ESSENTIA CERVINA ANTEPILEPTICA.

℞. COrnuum tenell, cervi, sive typhor, ℔ij. Conscindantur in frustula minuta, & cucurbitæ vitreæ capitello muniendæ immittantur, cui superaffund. Spir. ceras. ardent. lil. convall. ardent. ana ℔j. factâque digestione die unâ vel alterâ abstrahatur in B. M. per alembicum, ℔j. circiter, qui ipse tamen spiritus reaffundendus, & simul post aliqualem adhuc digestionem colandus, filtrandus, interimque asservandus est. Ex-

res-

residuis cornibus retortæ vitreæ & loricatæ immissis, destillentur, servatis ignis gradibus, sal volatile, spiritus & oleum, quod ultimum à spiritu & sale volatili per tritorium separetur, aut per chartam emporeticam madefactam.

Sal volatile, quod in spiritu dissolutum erit, rectificetur, abstrahendo nimirum destillatione medietatem spiritûs, cui totum sal volatile inhærebit. Hic rectificatus spiritus, sale volatili prægnans, jungatur superiori essentiæ factæ; circulentur aliquandiu adhuc; usuique tandem asservetur essentia, cui pro aromatisatione elæosaccharum quoddam appropriatum addi convenit. *Hujus essentiæ usus laudabilis est in epilepsia. Dosis est à gr. x. ad xx.*

ANTEPILEPTICUM CERVINUM I.

℞. FL. tiliæ recent. ℥iij. Radic. poëon. recent. deb. temp. collect. ℥ij. Sem. ejusd. excorticat. ℥j. Incisa & contusa coq. in aq. simpl. q. s. repetitis vicibus affusæ, & expressæ, quousque tota virtus prolecta sit.

Decoctiones expressæ junctim optimè clarificentur, & ad ℥vj. circiter evaporent; cui relicto decocto, sive extracto liquido, cucurbitæ vitreæ immisso adde Pulv. cervini simpl. ex typhis parat. ℔ß. Margarit. Oriental. præp. sive earundem solutionis menstruo idoneo paratæ ℥j. Corall. rubr. præp. seu eorundem etiam solutionis vero menstruo paratæ ℥jß. Et lentâ destillatione per B. M. iterum totaliter exsiccentur, ut in alcohol

cohol redigi queant, cui pro aromatisatione add
Elæosacchar. cinamomi ℥jß. Ol. still. coriandri ʒj.

Misce, fiat pulvis & epilepticum efficax, *cujus dosis à ℈j. ad ℈ij. est.*

ANTEPILEPTICUM CERVINUM II.

℞. PUlv. cervin. simpl. ex typhis parat. ℥vj. Sal volatil. c.c. succini ana ℥ß. Sacchar. cand. alb. pulverisat. ℥ij. Ol. still. coriandr. majoran. lavend. ana ʒj. Misce, fiat pulvis antepilepticus, custodiatur in vitro cerâ optimè obturato; *cujus dosis est à ℈j. ad ℈ij.*

EXTRACTUM LAPIDIS LAZULI.

℞. LApid. Lazul. q. pl. candefiat sexies vel septies, & toties extinguatur in spiritu vini. Tandem in pulverem redigatur, & cum aqua mellis. ipsius recrementa terrea eluantur, & redigatur iterum in pulverem tenuissimum, ac cum spiritu vini digeratur in calore per septimanas tres aut quatuor. Postremò per destillationem aufer spiritum vini à toto, & remanentiam diligenter serva. *Dosis hujus est* à ℈ß. *ad* ℈j. *In epilepsia, vertigine, cephalalgia, melancholia, quartana, præstans medicamentum est in liquore appropriato.*

LAUDANUM EPILEPTICUM.

℞. LAudani ex sulphure vitrioli ℥ij. (fit autem hoc laudanum eâdem præparatione, lege & ingredientium mensurâ, ut in laudano opiato, nisi quòd pro opii essentiâ sulphur Vitrioli ano-

dynu

ynum accipiatur.) Olei camphor. ver. ℥ß. & ræstò erit laudanum epilepticum, quod morum comitialem certissimè sanat. Olei camphoræ genuinam & veram descriptionem deinps dabimus.

Hujus dantur grana ij. iij. *aut* jv. *vel in paxysmo, & ita subitò solvitur, vel deinceps uotidiè aliquid aliquandiu, præsertim circa ovilunia, cæteris ad hanc curam observatis: c paroxysmus tantùm solvitur, sed morbus iam omninò aboletur. Nota: Oleum camporæ citò exhalat, proinde satius est, si totaer huic specifico epilepticorum laudano non lmisceatur, sed potius dosi jam exhibendæ prortionaliter adjiciatur.*

ESSENTIA VITRIOLI: SEU OLEUM AUT LIQUOR VITRIOLI DULCIS.

VItriol. ad rubedin. leniter calcinat. vel cap. mort. Vitrioli ita dict. à quo spiritus latiliores saltem expulsi fuerint, relicto oleo, spiritu, magis rubicundo & fixo, dicto in care mortuo residuo. q. v.

Ex hoc, aliqualiter etiam in aëre imprægnato ite mortuo, extrahatur salsedo vitriolata, & ntia etiam vitrioli, repetitâ aceti destillati afione & decantatione, quousque sapor vitrious, seu salsedo, etiam in aceto extrahente, gupercipiatur. Extractiones omnes filtratæ, in alem-

alembico vitreo, balnei calore, destillando ab- strahantur ad crassum liquorem & mellaginem: qui liquor residuus, addito sabulo vel alumine usto, & ad extremum calcinato retortæ vitreæ luto obductæ, immittatur, ac igne aperto, gra- datim aucto, in liquorem rubicundum destille- tur & studiosè asservetur.

Præsens est remedium in epilepsia, hemicrania, calculo, ulceribus internis abstergendis; &, ad san- guinem purificandum, aptissimum. Dosis ejus est à gutt. x. ad xv.

ESSENTIA VITRIOLI ALIA.

℞. VItriol. Martial. seu *Hungaric.* ad rubedi- nem calcinat. q. v. cui affundatur spiritus vini probè rectificatus, & extrahatur, digerendo moderato calore, vitrioli essentia, spiritum repe- titis vicibus affundendo, & decantando, quous- que neque sapor, nec color in spiritu extrahen- te percipiatur. Extractiones omnes filtratæ, in B. M. per alembicum, aut cucurbitam, destillan- do abstrahantur, ad liquoris crassioris remanen- tiam: qui porrò, addito alumine usto, & extre- mè calcinato, per retortam in liquorem rubicun- dum, & dulcem destillandus est. *In affectib. superiùs denominatis efficacissimum auxilium præ- stat, si à gutt. x. ad xx. sumatur in liquore conveni- enti & specifico.*

ESSENTIA VITRIOLI ALIA.

EX Vitriolo Martiali seu *Hungarico* puro, ad flavedinem in olla s. a. calcinato, destilletur

r optimè lutatam retortam, & igne aperto, (ut
tis est) spiritus & oleum ejus magis pondero-
m: ultimò nimirum, uno atque altero die igne
olentissimo continuato: qui spiritus interim
udiosè asservetur. Ex capite hoc mortuo
mmè calcinato, & ab aëre & astris debitè im-
rægnato, eliciatur, beneficio aq. simpl. sal can-
dus aëreus, omni vitrioli sapore expers; qui
petitis solutionibus & coagulationibus, ad
mmam reducatur puritatem. Huic sali affun-
tur porrò, in vitro seu cucurbita oblonga,
oprius destillatus & asservatus spiritus, pede-
ntim quidem ac per vices, illum instillando.
igerantur hînc macerenturque calore balnei,
tro probè clauso, per duas circiter septimanas.
înc retortæ vitreæ immissa, destillentur ex are-
, igne ultimò violento, ut retorta candeat. Li-
ior & spiritus, destillando prolectus, ac cucur-
tæ vitreæ immissus, in B. M. vel in cineribus
phlegmetur, quousque residuus spiritus maxi-
è rubicundus & crassus appareat; qui in locum
gidum collocatus, spatio aliquot dierum cry-
llos ad fundum & latera cucurbitæ deponet.
iritus residuus supernatans à crystallis separe-
r, & porrò in cineribus ad dimidias circiter
strahatur: qui (spiritus abstractus) interim as-
vandus est. Cucurbita verò cum residuo &
adhærente spiritu in locum iterum frigidum
crystallizandum collocetur. Crystalli à su-
rnatante adhuc spiritu iterum separentur & as-
rventur; spiritus verò residuus porrò in cine-
Kk ribus

ribus ad dimidias circiter abstrahatur, & fri-
dum in locum ad crystallizandum collocetu
quod toties repetendum, usque dum totus is
spiritus per cineres abstractus, & crystalli co
collecti sint. Hi jam collecti crystalli & ad su
mam puritatem repetita solutione & coagulati
ne redacti, immittantur iterum cucurbitæ vitr
& superaffundatur iis successivè & pedetent
spiritus proprius, in crystallisatione repetita a
stractus, item spiritûs vini summè rectificati
midium circiter, respectu proprii spiritûs vitr
li. Digerantur posteà, & calore leni circul
tur, in phiola alta, satis ac probè clausa, duar
circiter septimanarum spatio, donec omnia de
tè unita, & in liquorem rubicundum conve
sint: qui tanquam præstans vitrioli essentia, s
diosè asservetur.

Epilepsiæ, maniæ, melancholiæ hypochondria vertigini, podagræ, aliisq; morbis chronicis & re catis medendis salutare auxilium est. Dosis e gutt. x. *ad* xx.

TINCTURA VITRIOLI.

℞. Vitrioli viridiusc. quant. satis magn. e
phlegma ac spiritum per cineres, cum
ducto liquore ex capite mortuo extrahe s. a. (
etiam in loco frigido, sæpè tamen commoven
tincturam viridiusculam, quam cautè decantat
destilla ad mellis consistentiam, atq; aëri frigi
ut in crystallos cõcrescat, expone. Si verò menst
ad extractionem requisitam deficiat, destillat
ne id abstrahe ad extractionem continuand

℞. C

. Cryſtall. horum ℔ iij. vel jv. circula cum ſpi-
u vini optimè rectificato, vaſe Hermeticè clau-
. Deindè deſtilla per alembicum ex arena.
inc cohoba, inſuper affundendo ſpiritum vi-
oli, deſtillaq; per retortam gradatim 4. dies, ut
cillet poſt ſpiritum & oleum rubicundum. Spiri-
m vini abſtrahe in B. M. ſpiritum vitrioli in cine-
, & reſtat oleum ſeu tinctura rubicundiſſima.
*Admirandarum eſt virium adverſus epilepſiam,
oplexiam ac alias ægritudines in craſſiore materia
iſſimum ſedem habentes. Doſis ejus eſt à gutt. v.*
VIII. *in liquore ſpecifico.*

TINCTURA VITRIOLI DULCIS.

TInctur. præced. conjunge cum proprio ſuo ſpiritu vitrioli (qui indè abſtractus)
gere aliquandiu, ſic dulceſcet.
*Remedium eſt nunquam ſatis laudandum, idque
cipuè, ſi aurum philoſophicè ſolutum adjectum
rit. Prodeſt enim adverſus epilepſias, aſtra-
que omnes affectus, apoplexiam, paralyſin, verti-
gem, maniam, extaſin, ſyncopen, cachexiam, hy-
pem, calculum. Doſis eſt gutta una aut altera
vehiculo conveniente.*

SPIRITUS VITRIOLI ANTEPILE-PTICUS VOLATILIS.

MUltas *Paracelſus* virtutes tribuit in curanda epilepſia volatilitati ſpiritûs vitrioli. At
s apud nullum adhuc Chimicum data mihi
iis fuit videndi facultas, nec ullus mihi affir-
e potuit, quòd confirmatam ac hæreditariam
m epilepſiam ſolo vulgari & ſimpliciter præ-

 parato

parato vitrioli spiritu tollere potuerit. Hi sequentes spiritus efficacissimi usu medico depr henduntur.

Solve vitriolum *Vngaricum* verum, non co ruptum in rore majali destillato, abjectis fœc bus, & ablato ad satietatem menstruo, idem nuò lapidescere sine in frigido, posteà vel cal solis, vel hypocausti, istius vitrioli exsiccati ℔ vel vj. destilla per retortam igne nudo, tàm p gma, quàm spiritus omnes. Caput mortu exemptum tere, & super idem cohobiis octo h destillationem, sicut prius, repete, idque no per novum alembicum absolve. Habebis sp tum vitrioli penetrantissimum, *arcanum summ in epilepsia. Ejus nimirum* ℈ß. *vel* ℈j. *in aq. ra & fl. poëon. lavend.* ℥j. *dilutus, & in paroxysmo bibitus, eundem sistit. Deinceps verò non negl cæteris requisitis in cibo & potu observandis, praesertim decrescente, quotidiè propinatus mor potentissimè solvit.*

SPIRITUS VITRIOLI ANTEPILE-PTICUS PUERORUM.

℞. VItrioli *Vngaric.* deputatiss. ℔jv. adde rin. pueror. sanor. recenter coll ℔viij. digere vase clauso aliquandiu in B. M. steà in eodem destilla ad siccitatem duplex p gma, quorum primum insigne est parergor ad dolores podagricos aliosque suaviter de cendum; alterum est insigne ophtalmicum quævis oculorum vitia utilissimum. Caput tuum pulverisatum ex retorta terrea valida,

na

do, sed tamen ab initio valdè lento in excelsum capax urge, prodeuntibus confertim spiribus, liquor emanat pretiosissimus, sulphurei oris & austeriusculi saporis, qui per retortam mel atque iterum rectificatus, ac probè in vitro uso reservatus, *omnium puerorum epilepsiam dicitùs tollit. Ejus ℈j. cum aq. radic poëon. fl. tiliæ ana ℥ij. Misce & serva. De hac ixtione exhibe in paroxysmo, priùs membris ntractis & convulsis reductis, cochleare seis, & paulò pòst recollectis sensibus ad se rebunt; quo animadverso, denuò aliquid exbe, atque ita etiam tertiò. Quod si quidem roxysmus redditurus sit, ut sæpe fit, eundem ocessum ter repete, nec diffide, quin secundâ ice hic morbus pueris & infantibus valdè miliaris penitùs radicitusque aboleri possit, præsertim posteà cerebrum confortantia, ut nt Magisteria perlarum, corallorum, tabulæ tiepilepticæ, quarum descriptiones jam supditavimus, adhibita fuerint.*

SPIRITUS VITRIOLI ANTEPILEPTICUS PARACELSI.

VItrioli *Ungarici* vel *Romani* q. s. elice phlegma, cohobaque toties super caput morum, donec eo penitus imbuatur. Tunc admi spiritum vini optimè rectificatum, digere diem um ac alterum vase clauso, hìnc destilla, nudo ne gradatim aucto, donec Spiritus prodierint

omnes. Extillato liquori (à fœcibus segregato) adde ℔ ¼ aquæ theriacalis camphoratæ, denuo que bis vel ter destilla.

Exhibetur felici cum successu in paroxysmo, & ante paroxysmum. Dosis est ℈ß. *cum aq. fl. til. vel lil. convall.*

SPIRITUS ANTEPILEPTICUS ALIUS.

SI Vitriolum *Romanum* crudum in balneo (d) stilletur, & liquor roridus in cucurbita affu(n)datur cranio humano exsiccato & contuso, (p) frequentem cohobationem destillando expellit(ur) gratiosissimus, efficacissimus spiritus, easdem co(n)tinens vires antiepilepticas. *Dosis est à gutt. ad* x. *in vehiculo convenienti. Spiritus hic per(se) non eget encomio, cùm hujus virtutes ipsum satis (in) cœlum laudibus efferant.*

SPIRITUS VITRIOLI VIRIDIS.

℞. Vitriolum, destilla hoc, ut habeas seorsi(m) phlegma ac spiritum, eaque in quantita(te) sufficienti. in phlegmate macerentur in B. M. per dies quatuor aut quinque Semina hyperici (&) poëoniæ, Fl lil. convall. tiliæ, calend. rorism(ar.) hyperic. rosar. Aliquid ebor. cran. human. Vi(sci) quercin. pro lubitu, fiatque expressio, quæ dest(il)letur. destillato eo imbue Vitrioli rec. ℔j. v(el) ℔ij. destillaque in B. M. ac cohoba quater v(el) quinquies, tandem adjice spiritum Vitrioli r(e)servatum destillaque ex cucurbita per serpentin(am) in B. M. fervente. Si benè operatus fueris, f(...)

ſpiritus cum virore elicietur penetrantiſſi-
is. *Doſis ejus eſt a gutt.* VI. *ad* XVI.

PIRITUS VITRIOLI COMPOSITUS, ANTIEPILEPTICUS.

PHlegmatis vel Spiritûs Vitrioli roridi q. v. Nonnulli ſumunt ſpiritum vitrioli Philo-
phicum volatilem ſtriatum, qui primò adſcen-
in rectificatione, q. v. Cap. Vitrioli rubr q. pl.
anium humanum, præſertim os triquetrum,
adrangulum, quod duplicata λαμδοειδὴς ſutu-
excludit, vel orbiculare aliquod ad arbitrium.
ſtillentur lento igne per alembicum vel retor-
n quater, quinquies vel ſexies cohobando. Sic
volatile cranii & vitrioli ſimul adſcendit. *Vi-
Cephalica ſunt, & antiepileptica inſignes. Do-
eſt à gutt.* v. *ad* x. *Sumitur per ſe in juſculo,
ditis guttis aliquot ſalis volatilis & C.C.*

IRITUS TARTARI COMPOSITUS EX IRITU TARTARI, THERICALI CAMPHORATO, ET SPIRITU VITRIOLI.

Rimus medicamenti hujus autor eſt *Paracel-
ſus lib. de reb. natural. c.* 8. Vocatque arca-
m caduci, cujus curandi fundamentum à vi-
iolo, & non aliundè peti debet. *Iohannes Guin-
rius Andernacus de Medicina veteri & nova
mmentario* 2. *dialog.* 7. Miſturam vocat. *Graſe-
cius Practicus olim Argentinenſis* vocavit Mi-
ram ſimplicem, ad differentiam aliârum miſtu-

 rarum

rarum. Mistura de tribus, seu de tribus spiritib[us] etiam dicitur: tot enim constat ordinariis i[n]gredientibus.

℞. Spir. vitrioli correcti part. I. tartari corr[e]cti part. iij. theriacal. camphorat part. v. Hâc pr[o]portione jubet uti *Paracelsus. Vires habet inc[i]dendi, attenuandi, tenuitateque substantia unive[r]sum corpus sine ulla molestia penetrat.*

In epilepsia vix præstantius excogitari posse m[e]dicamentum, monet Paracelsus. Pleuritidis pr[æ]sens est remedium. Obstructiones viscerum mir[i]ficè solvit. In febribus ardentibus & malignis aux[i]liares præstat operas, earum materiam dissipat, (*per* διαφόρησιν *à centro ad superficiem expellit* (*absumit, indè & diaphoreticum* in *peracutis à P[a]racelso dictum. Dosis à* ℈j. *ad* ℈ij. *Exhibetur* [...] *aq. Card. bened. scordii, cordiali, scorzoner. meli[s.] composita.*

SPIRITUS ANTIEPILEPTICUS BA-SILII VALENTINI.

℞. Virid. æris q. v. superfuso aceto calido, ex[-]trahe tincturã & decanta. Liquorem pe[r] alembicum abstrahe. Reliquũ in aqua pluviali so[l]ve, filtra, coagula ad tertiæ partis remanentiam[,] repone in loco frigido ad crystallizandum, crysta[l]los toties collige, quoties aqua ulteriùs coagul[a]ta & reposita illos dabit.

Hos Crystallos destilla ex retorta fortiter, [&] prodibit aqua subviridis; quando incipit subni[-]gra apparere, cessa, aquamque illam subviride[m] deindè per retortam destilla, & exstillabit clari[s]sima.

Usus ejus non modò in epilepsia, sed etiam in calculo est nobilis. Dosis ℈j. est in aq. appropriat. pëon. fœniculi.

SPIRITUS VENERIS.

℞. Virid. æris opt. p. pl. Quod contusum immittatur alembico vitreo, cui superaffundatur acetum destillatum, ad digitorum aliquot ansversorum super eminentiam, factâque digeione aliquâ effundatur acetum tinctum per innationem, aliudque super affundatur, digerar, & per decantationem separetur; hoc toties petendum, donec acetum non ampliùs tingatur, & tota ferè æris viridis substantia dissoluta t, impuritatibus in fundo alembici vel filtro reanentibus: solutiones omnes decantatæ & filatæ in alembico abstrahantur, (sive in patella uprea per lenem coctionem, quia vitrea vasa, ob lphur proprium, quod fundum petit alembici, plurimùm rumpuntur,) ad cuticulam apparenm, & in loco frigido crystallizari permittantur. rystalli, refrigeratis omnibus, ab adhærente liore separati, excipiantur, leni in calore siccenr; residuus à crystallis liquor jam effusus, de ò paulisper abstrahatur, crystallique colligantr, quoad totum ferè in crystallos abierit, qui res viridis æris dici consuevére.

Porrò crystallis his, sive floribus viridis æris, ambico vitreo immissis, superfundatur spir. vini tificati q.s. ad super eminentiâ trium vel quaor digitorum transversorum, isque bis terve pro jori volatilisatione & imprægnatione, ab iis

destillando abstrahatur. Hi crystalli tandem i pulverem redacti indantur retortæ vitreæ luta vel loricatæ, & igne aperto, ast leni destill.per gr dus, quoad totus spiritus prolectus sit, c in alembico vitreo per arenam probè recti candus.

Hic spiritus in Medicina laudatissimus magn rum virium est: epilepticis enim, apoplecti hystericis, & hypochondriacis summè opitu tur. Et ut summatim dicam, tanquam exp tus in multis affectibus, qui Herculea etiam rem dia rident & contemnunt, ad hunc spiritum ta quam asylum si quis accurrerit, medicamentum i periet quovis pretio redimendum.

SPIRITVS VINI COAGULATU

℞ Spir.vini alcoholisat. Spir.urinæ rectificati ana part.æqual.Misce.in vitro angusti or cii, & statim orificium cerâ claude videbisque trumque liquorem in substantiam glacialem al re sine ullo vestigio liquoris, poteritque in i forma diutissimè conservari, modò ne in cella condatur; ibi enim facilè per deliquium s vitur, & sic in liquorem mutatur.

Exhibetur hic spiritus, quemadmodum spirit salis armoniaci in epilepsia & hysterca passione, h beturq; pro miro artificio naturæ & raro in chim spectaculo, ex quo multi volunt deducere genera nem calculi in corpore humano, ubi nempè eodem m do sal à spiritu vini ligatur in calculum, qui post magis magisque exsiccetur in corpore humano ind returque.

Do

Dosis est ℥ß. in aliquo liquore si solvatur, ut salis moniaci spiritus.

SPIRITUS CEREBRI HUMANI.

ADolescentis saltem annis viginti quinque minoris, integræque sanæ & bonæ con-tutionis, ac violentâ morte perempti cerebrum tum cum omnibus membranis & vasis medullâ-e spinæ. Conquassa in mortario lapideo, & inde curbitæ vel phiolæ potiùs capaci, additis aq. fl. æ, pœoniæ, betonic. cerasor. nigr. lavendul. rtibus duabus, & diaphoretici in acutis parte u-, ad super eminentiam quatuor vel quinque gitorum: addunt etiam spiritum vini. Clau-vas Hermeticè, & relinque per annum aut plu-s. Posteà destilla ex balneo roris, & cohoban-fac, ut tota cerebri substantia simul transeat. anc aquam, abjectis fœcibus, curiosè serva. Ex ecibus, post sextuplex cohobium, calcinatis elice em, quem deinceps cum spiritu conjunge, & to-n curiosè serva.

Dosis hujus est à ℈j. *ad* ʒiij. *in vehiculis con-nientibus.*

Nota: Si in initio mixtura simplex non t addita propter defectum, posteà, phlegma-huic per balneum leniter abstracto, adde il-r partem dimidiam, & procede, ut moni-m est.

SPIRITUS SECUNDINÆ HUMANÆ.

SEcundin. primi partûs masculi No. I. Spir. vini

vini Canth. ſ. injice in phiolam, adapta alembicum, & recipiens vas amplius. Juncturis lutatis, in arena primò exſtillat ſpiritus ſeorſim excipiendus: pòſt ſpiritus ſiccus: ad ſiccitatem & cineres tandem ignis extendatur. Liquor extillatus reaffunditur capiti mortuo, ſeptem cohobiis.

Vires ejus antiepilepticæ extolluntur à ℈ ad ʒß. ſi exhibeatur ante paroxyſmum, in convenienti liquore. Reſiduus combuſtus pulvis bis, duobus diebus, manè & veſperi exhibitus ʒß. ad ℈ij. cum ſpiritu theriacali vel ūl. convallium, prodeſt in furibundis vel melancholicis à philtro.

TINCTURA VENERIS.

Vitriolum veneris tincturam pulcherrimam continet; ideò hæc ab eo eliciendavenit. Itaque cœruleum tuum vitriolum cum aceto deſtillato pluries ſolve & coagula: paratum ſic vitriolum retortæ firmiter luto munitæ indatur, atque igne per gradus exhibito, phlegma & ſpiritum abſtrahe. Fœces cum aceto deſtillato iterum ſolve, à qua ſolutione per coagulationes novum elicies vitriolum; hoc autem ſpiritui miſce diligenter, & cum ſpiritu vini lento calore, ut fimo equino, infuſione tr

u.

um vel quatuor dierum præmiſsâ, tinctu-
am pulcherrimam elicies.

In epilepticis morbis, apoplexia, & aliis graviſſimis capitis morbis mirificè confert. Doſes ejus eſt à gutt. v. ad xv.

LIQUOR VITRIOLI ANTIEPILEPTICUS.

PRimò vitriolum purificatum ad flavedinem calcinatum imbibere convenit ſpir. vini, ut fiat maſſa. Hujus accipe ℔iß. Raſur. cranii hominis juſtificati, nunquam ſepulti, vel terræ demandati, Viſci quercin. debito tempore collecti, Ungul. alcis, Gran. poëon. menſe julio collectorum ante ſolis ortum ana ℥j. Omnia ſcindantur & tundantur, poſteà mixta deſtillentur per retortam, ſervatis ignis gradibus, ultimò violento igne pellantur. Hujus egreſſi liquoris ℔j. rectificetur in B. M. ſupra Caſtorei Spec. diamoſchi dulc. ana ʒß. Mell. ana cardin. ʒvj. Poſteà adde Spir. vini ℔iv. Sal poëon ʒj. Liquor. ſalis perlar. & corallor. ana ʒj. Ol. ſtill. aniſi, ſuccini ana ℈ij. Miſce, & digere in balneo per menſem.

In aq. poëon. datur de Liquore dicto cochleare ſemis vel integrum, novem dies continuando,

ando, post exhibitum medicamentum per tr[es] horas maneat jejunus,

ELIXIR POENIÆ.

℞. RAdic. palm. chr. angelic pyreth. an ℥ß. Visci quercin. Sem. foenic. Anacard. ana ℨiij. Fl. rorismar. stoëchad. *Arab.* lavend. ana ℨiß. Rasur. corn. alc. cranii. human. Castor. ver. ana ℈iiß. Herb. majoran. sicc. M.ß. Spir. vini optimè rectificati ℔j. Incisa & contusa infund. in vas[e] vitreo, benè tecto, in loco tepido per 14 dies, posteà per alembicum destill. & liquori destillato adde Radic. & Fl. & Sem. poëon. debitè collect. ana ℥ß. Spec. diamoschi dulc. diaxylo aloës ana ℨij. Misc. & dige[re] leni calore, per mensem sæpiùs agitando, posteà vini spiritum tinctum aufer per inclinationem & ad medietatem saltem abstrahe, reliquum maneat cum essentia extracta, cujus ℞. ℥vj. Spir. vitrioli diligenter rectificati, & â cinnabari nativa priùs spagyricè imprægnati ℥ij. Sal poëon. ℈iiß. Sicque simul mixtum per octiduum circulabis & digeres.

Specificum Epilepticum meritò vocari potest, propter vires ejus maximè admirandas & arcanas; in epilepsia enim curanda, suâ facultat[e]

ultate omnia alia remedia superat. Insigni-r etiam periculosos capitis morbos timentibus rodest, quales sunt: apoplexia, paralysis, ver-igo, scotomia. Insuper in cerebri stupore, ex-ccatione catarrhi, suffocatione matricis, colica &c. admodum excellit. Dosis & modus ex-hibitionis est saporis in acidum mutatio: da-ur in vehiculis appropriatis, puta aq. epilep-t. vel in aq. fl. poëon. tiliæ, lil. convall. no-em dies continuando; post exhibitum autem edicamentum æger per tres ad minimum ho-s maneat jejunus.

LARETUM ANTIEPILEPTICUM D. MICHAELIS.

FL. tiliæ, poëon. lil. convall. betonic. ana p. j. Radic. poëon. justo tempo- collect. Fol. sen. *Alex.* sin. stipitib. a- ℥j. Radic. hellebor. nigr. ʒvj. Visci ercin. ℥ß. Fl. lunar. ver. p. iij. Rasur. un- l. alc. cran. human. ana ʒiß. Carda- om. min. Cubebar. ana ʒj. Cinamom. ʒiij. Infund. in q. s. vini rorismarin. seu *enani* opt. per triduum, posteà coletur, edulcoretur cum saccharo, & iterum letur per M. H. S. Sonderlich pur- rend claret auff ezliche mahl.

AQVA

AQUA ANTEPILEPTICA AUREA.

℞, VIsci quercin. radic. poëon. mar. d[e]bito tempore collect. ana ℥ß. d[i]ctamn alb. ʒiij. ireos *Florentin.* ʒij. bisto[r]
ʒiß. Sem. poëon. lunâ decrescente colle[ct.]
& excortic. ʒvj. cubebar ʒß. Corian[d.]
præp. ʒij. Nuc. moschat. ʒiij. Macer. ʒ[..]
Fl. betonic. lavend. ana M. j. stoëchad. [A-]
rab. ℥j. Conserv. anthos, primul. ver. a[na]
℥ij. pulverisanda pulverisentur subtilissim[è]
& misceantur, ac infundantur in spir. vi[ni]
ex vino malvatico optimo destillati, ℔ [v]
& stent in infusione, in loco calido per [o-]
ctiduum, vase quotidiè multoties comm[o-]
to: Deindè adde Aq. lil. convall. simpl. ℔ i[.]
fl. til. ℔iß. cerasor. nigr. sylvestr. dulc. ℔[.]
rorismar. ℔ß. majoran. salv. chamædr. ve[r.]
ana ℥iv. Misc. & destillentur igne lentissim[è]
in B. M. Aquæ destillatæ adde Mag. p[er]
lat. ʒij. Tinctur. corall. ʒj. Fol. auri fin. N[o.]
XX. argenti No. v. Misce.

*Est hæc Aqua verè aurea; præcavet en[im]
ab epilepsia, apoplexia, paralysi, à convulsi[o-]
& ab aliis nervorum frigidis affectibus, si [in]
omnibus quadris lunæ, & in humida, & [ne-]
bulosa aëris constitutione sumatur semiun[c.]*

rat verò eosdem affectus, si in ipso paroxy-o exhibeatur uncia una. Pueris sufficit tàm in præ-vatione, quàm in curatione dimidia, vel etiam nor, pro ætatis ratione, dosis: nec iis simpliciter ge-rosam hanc aquam usurpare convenit, sed diluen-est æquâ portione aquæ fl. tiliæ, vel cerasor. nigr. le. addaturque saporis gratiâ nonnihil syrupi vio-um.

AQVA EPILEPTICA NOBILIS.

Fl. lil. convall. M. ij. infund. in q. s. vini gene-rosi: digere diebus decem, vel usq; dum dif-re licebit. Adde Fl. til. rec. ℔ ß. pœon. ℥iv. Destil-n B. M. ad siccitatem. In destillato infund. Ra-. poëon. ℥j. dictamn. alb. Visc. quercin. Cran. man. præp. ãã ℥ß. Radic. pyrethr. ℥ß. Casto-℈ij. Fol. rutæ M. j. Fl. stoëchad. *Arab.* lavend. p. iiij betonic. p. vj. Cubeb. Macer. ãã. ℥ij. Ci-nom. ℥j. Sqvill. præp. ℥iij. Digere iterum per dies. Hinc per alembicum in B. M. destilla, & am usui reserva. *Dosis ejus est à ℥ß. ad ℥j.*

AQVA SANITATIS.

Sanguinis humani, juvenis præsertim ho-minis & carnosi ℔j. adde Succ. fl. chelidon. j. & Mellis virginei, seu primi, priùs tamen de-mati tantundem, Salis torrefacti M. j. Misc. & . Pulv. zingiber. macer. caryophyll. cubeb. ngæ, mastich. cardamom. min. gran. junipe-cinamom. ana. ℥iß. lign. aloës ℥v. Mosch. opt. br. grys. in aq. rosar. dissolut. ãã. ℈j. Recon-tur omnia in phiola Hermeticè clausa, eandem cùs terram defodiendo per mensem, posteà de-

 stil-

ftilla, & quoslibet liquores, auctis ignis grad-
bus, successivè egredientes serva.

*Aqua hæc in epilepsia, capitis doloribus invet-
ratis, aliisque cerebri affectibus insignem præstat
sum; memoriam confortat, spiritus animales recrea-
loquelam vel impeditam, vel amissam restituit, vera
na expellit, angustiam pectoris ampliat, pulmones im-
puritatibus infarctos expedit, sanguinem purificat,
imprimis nervis mirificè opitulatur, aliosque usus
tota medicina, observatis ubique cæteris ad benè m-
dendum necessariis, exhibet. Dosis ejus est à ℥ij.
℥ß. vel etiam ℥j.*

BALSAMUM SANGUINIS HUMANI INSIGNE.

℞. SAng. hominis sani ℔j. Alcoholis vini op-
℥ij. Post digestionem debitam, destilla
ex balneo, deinceps repete totius digestionem
fimo equino per sesqui mensem, aut septimam
plures, donec videlicet aqua appareat gemina, i-
ferior rubra, superior alba, quas ambas separati
serva. *Iisdem usibus inserviunt, quibus præcedens
qua; commodè itaque ad eosdem affectus applica-
tur. Datur autem hoc balsamum in vehiculis a-
propriatis, vel etiam in vino, utriusque ãã. guttæ
ad XII. usque.*

OLEUM SANGUINIS HUMANI,

Ad epilepsiam etiam inveteratam sana-
dam perquàm celebre.

℞. SAng. homin. sanor. & juvenum, venas p-
mo vere incidentium satis magnam quan-
tate

…em, adde alcoholis vini præstantissimi partes …, & in cucurbitis probè munitis in ventre fimi …ini digere putrefaciendo per 40. dies, deinde …illa in cineribus per alembicum, & prodit unà … aqua oleum elegans; separa phlegma ab oleo …illando per balneum lene, oleum posteà per …rtam è cineribus rectifica, per se novies repe… …lo eandem destillationem, admodum nobile …leum, *cujus* ℈ß. *in aq. poëon. singulis diebus per …sem integrum à luna nova incipiendo epile…o exhibitus, prætereaque singulis novi luniis …el per integrum annum scrupulo integro …tus, si diætæ ratio simul habeatur exquisita, …issimè morbum tollit, & malignitatem to… corporis expellit.*

OLEUM ANTIEPILEPTICUM PRÆSTANTISSIMUM.

℞ Pir. vitrioli *Begumi*; funde super corallia … pulverisata & radicem poëoniæ, q. s. Calci…ur corallia & exalbescunt: relinque aliquan… & corallia petunt fundum; aquam superna…m decanta, quæ parùm acescit.

…ujus ℞. *cochleare unum, & tantundem a… radicis pœoniæ, ac in eo solve salis verbenæ ʒj …ileptico post paroxysmum, ac repete per tri… ac quadriduum, manè jejuno stomacho, …nendo ab omni potu post sumptum hoc per …uor horas. Eo pertinacissimæ etiam epile… …olvuntur.*

OLEUM CRANII HUMANI.

CRanium hominis sospensi in pulverem r
duc, retortæ impone, & juxta Spagyrico-
rum artem oleum elice, exibit aqua, oleum
sal: simul accipe, & iterum in novam retortam
pone, destilla, aquam separa, & oleum rectifica;
quo adde auri calcinati ʒj. digerantur leni calore.

*Summum remedium est in morbis cephalicis, præ-
sertim epilepsiæ medetur, si ℈j. in aq. poëon. vel vi-
albo sumatur.*

MIXTURA DE TRIBUS, EX SPIRITIBUS MINERALIBUS.

℞. SPir. antimon. tartarisat, ℥ij. veneris vel vi-
rid. æris ℥j. vitrioli volatil. sulphurei ℥
Misceantur.

*Ad morbum comitialem sive epilepsiam
puerulis benedictum remedium est. Dosis ejus
à gutt. II. ad IV.*

MIXTURA ANTEPILEPTICA.

℞. SPir. vitrioli ex viridi & urina pueror. de
lati ℈iiij. Aq. radic. poëon. & fl. tiliæ āā
Misce, *& ejus mixturæ exhibeatur in paroxysmo
membris convulsis & contortis, cochlear semis gu-
tim, & paulò post redibunt ad se. Quo animadv-
iterum aliquid, & tertiò exhibeatur. Quod si rec-
paroxysmus, ut non rarò fit, eadem repete.*

EMPLASTRUM EPILEPTICUM.

℞. OL. d, castor. rutac. irin. āā. ℥ß. Rad.
Sem. poëon. pyrethri ana. ʒß. Visc. q-
cin. Sqvill. præp. Corn. alcis Cran. human.
spagyric. calcinat. ℈j. Thur. elect. Mastich.

an. Galban. Opopanac. ana. gr. XV. Fl. lavend. oëchad. *Arab.* Spic. Indic. ana. p. ß. Ol. ſtill. rosmar. hyſſop, nuc. moſchat. expreſſ. ana. ℈ß. esin. & ceræ ana. q. ſ. Miſce, ut fiat ſ. a. Emplarum.

In epilepſia & aliis periculoſis capitis affectibus, ſuturæ coronali applicatum, præclarum præſtat auxilium, & ſpecificâ vi contra illam virtuoſiſſimè pugnat.

TITULUS IV.

DE SPECIFICIS APOPLECTICIS.

PRincipiò in apoplexia enema injiciendum. Poſteà ſternutationes excitandæ ad modum ſequentem. ℞. Fol. majoran. ʒij. Sem. nigell. ʒj. Radic. hellebor. nigr. ℈ij. Moſchi opt. ℈ß. Ambr. gryſ. gr. VI. Fiat pulvis. Magnitudine piſi inſuffletur in narem utramq; calamo fortiter.

Fumus ſuccini; Item oleum ejus intra nares proſunt.

In apoplexia mirabilis habetur Balſamus vitæ *Johannis* Lichtenacker. Vid. *Hartmann.* in *praxi Chymiatrica.*

Ad præſervationem & curationem maximè conducit Aqua apopleptica ad ℥j. item Laudanum Apoplepticum *Hartmanni.* Imprimis verò ſequentia medicamenta Chimica maximas vires in apoplexia curanda poſſident.

CLYSSUS VITRIOLI, SEU SPIRI-TUS VITRIOLI ESSENTIFICATUS.

℞. Vitrioli *Hungarici* virid. Martial. q. s. Sol-vatur in aq. simpl. filtretur, & iterum iis crystallisetur, fœcibus seu ochrâ, sive terrâ flav sulphureâ, separatâ. Et hic labor solvendo, filtra-do, separando fœces vitrioli, illudque denuò cr-stallizando, tertiùm repetatur. Tum vitriolu hoc, probè purificatum, calcinetur in olla, sup igne leni, ad medium inter flavum & rubrum c lorem. Quo facto, solvatur porrò cum q. s. ac destillati, filtretur & crystallizetur, idque tertiâ v ce repetatur, donec feces nullæ amplius conspi antur; ac rursus in olla super igne leni, ad flave nem, seu siccitatem, calcinetur. Hoc deinde pulverem redactum, immittatur retortæ vitre ac, in arena destillando, expellatur ejus phleg sulphureum, spiritusq; volatiliores, quantum qu dem in hoc ignis gradu fieri potest. Phlegma h spiritusqve volatiles sulphurei projecti, resid in retorta vitriolo semicalcinato, ac prius iteru in pulverem trito, reaffundantur & restituant Quæ tandem juncta, & siccata, retortæ vitre luto obductæ, denuò immissa, destillentur igne perto, per gradus aucto, ultimò violentissimo, p duos circiter dies continuando, donec omn spiritus ad extremum expulsi fuerint; qui asse vandi. Relictum caput mortuum aëri libero astris exponatur, ut imprægnetur; è quo tande sal candidus aëreus, beneficio aquæ simpl. extr

hatu

atur; qui etiam repetitâ solutione, filtratione & cryſtalliſatione, probè purificetur. jam verò

℞. Hujus ſalis aërei purificati ℥iij. cui affund. ſpiritûs proprii, ſuperiùs aſſervati ℥xij. Digerantur, circulenturque deindè in phiola probè ſigillata calore moderato per integrum menſem. *Et evadet medicamentum nobile, per filtrum ſaltem clarificandum, ac in vitro probè clauſo ad uſum aſſervandum.*

Præſtat in apoplexia, paralyſi, ſpaſmo, palpitatione cordis: in tabe & affectibus ventriculi corrigendis, ſummo eſt emolumento â gr. VI. ad X, repetitis vicibus in convenientibus vehiculis exhibendo.

AQVA ANTAPOPLECTICA EXIMIA.

Majo menſe ſub ſolis exortum maturos lil. convall. flores collige, eoſque roridos, & ſtatim in vitrum ingere, ſine lotione ulla: eoſque pediculis deciſos in vino generoſo, malvatico, vel alio dulci, digere ad ſolem in vitro optimè clauſo, & relinque tàm diu, donec etiam lavendula floreat. Cujus flores, purgatos à calicibus æquo pondere conjunge cum prioribus in eodem vitro: quod diligenter clauſum relinque ad Septembrem uſque. Tùm per alembicum ex balneo deſtilla. Quæ primùm prodit aqua ſpirituoſa, diligenter ſervetur.

Eſt enim pretioſa, & in tàm præſervandis quàm curandis apoplecticis potens: fragrantiſſima eſt, & diu durat. Ex capite mortuo ſal elici poteſt. Doſis per ſe â cochleari ſemis ad duo, pro ægri & morbi natura, cum gutta una vel altera olei ſuccini, jejuno ſtomacho.

AQVA

AQVA ANTAPOPLECTICA ALIA.

℞. FL. primul. ver. ℔j. lavend. stoëchad. *Ara* ana. ℥j. tiliæ, bugloss. ana ℥iß. roris ma nymph, ana. ℥ß. Radic. poëon. caryophyllat. arn ℥x. ireos *Flor*. zedoar. Macer. Spic. indic. visc. que cin. ana. ℥j. Galang. Caryophyll. ana. ʒvj. Pom citria rec. duo. Rasur. lign. sassafr. ʒiß. Fol. m joran. artemiss. roris mar. ana. m. ß. Sem. foëni siler. mont. poëon. basilic. ana. ʒiij. Confract & obiter contusis affunde in matracio capaci A rosar. ℔j. & vini generosi ℔ij. Tùm simul. p triduum vase benè clauso digerantur. Hinc add Succi recenter expressi ex foliis salviæ ℥vj. betoni melis. ana. ℥iv. Spir. vini ℔iv. Denuò per trid um digerantur, & destill. in B. M. per alembicu ad siccitatem. Fiat semel cohobium. Hînc aqu illa per se in cineribus vel balneo rectificetur, di stillando tres partes, quartâ relictâ. Sed antè r stro alembici imponantur cum gossypio Mosc & Ambræ ana. gr. vj. Tandem omnia in vitro b nè clauso serventur usui. *Dosis est à cochleari s mis ad unum. Aqua hac maximè etiam facit ad fr ctiones membrorum.*

AQUA VITÆ APOPLECTICA EXIMIA.

℞. FL. lil. convall. exsicc. tiliæ, poëon. primu ver. majoran, lavend. salv. betonic. rori mar. cerasor. sylvestr. nigr. recent. & dulc. lu decrescente decerptor. ana q. s. Tritis omnib & mixtis (vel seorsim flores, seorsim cerasa d stillentur) adde Farin. sinap. ℔j. vel ℔ij. pone a

p

trefactionem, affusâ roris majalis super triticum llecti quantitate sufficienti, in qua tantillum puli & fermenti incoctum sit, ut omnia possint rmentare, posteà s. a. destilla, & indè elicies iritum inflammabilem, quem circula cum æquali portione spiritûs vitrioli antepileptici, & *apoplexia, pro morbi & ægri ratione, cochleare seis exhibe, additâ unâ atque alterâ guttâ olei succini. Præstantissima est hæc aqua in apoplexia; æservat nimirum ab eadem, ac, si illa jam tùm rpus occupaverit, solvit, Imprimis in linguæ palysi etiam præstans est.*

IXTURA ANTAPOPLECTICA, ANTIEPILEPTICA, ANTIPARALYTICA.

. MIxtur. simpl. vitriolat. tartarisat. & theriacal. ℥ij. Spir. c. c. sale volatili adhuc npraegnati ʒj. lil. convall. ℈ij. sang. human. ℈j. l. cran. human. gr. x. Extract. granor. juniperi, v. rorismar, poëon. ana ℈j. Sal. majoran. lil. nvall. betonic. primul. ver. ana gr. x. Sterc. paon. gr. vj. Syr. fl. poëon. lavend. ana ℥j. d. coll. rubr. ℥iij. In cucurbita vitrea misceantur, embico cœco super imposito, digerantur 8. dieum spatio, donec rubescere incipiat. Parum er inclinationem separetur, ac usui servetur. *osis hujus est a ℈ß. ad ℈j. vel ʒß. in vehiculo conveniente.*

In apoplexia, epilepsia & paralysi Mixtura hæc regias ac laudabiles edit operationes.

LAUDANUM ANTAPOLEPTICUM.

℞. Laudani ex sulphure vitrioli facti ℥j. Ol. camph. ℥ß. Misce, *& habes laudanum pr[...] stantissimum, tàm in paroxysmo, quàm extra eu[...] ad curationem usurpandum. Dosis sæpiùs iteran[...] præmissis universalibus, debet.*

Oleum Camphoræ verum.

℞. Camphor. elect. part. I. Argill. præp. [...] siccat. part. IV. Contundendo simul m[...] sce exactè, donec camphoræ nihil appareat. Il[...] massa forma globulos. Quos in umbra siccat[...] destilla in arena per retortam lutatam, & in exc[...] pulum, quod aliquid aquæ pluvialis destilla[...] contineat, & prodibit camphora partim oleag[...] nosa, partim sublimata quidem, sed solvens [...] Huic destillato cum aqua adde spir. vini part[...] tres, & destilla per alembicum igne lento. Il[...] vini spiritus tenuissimum oleum camphoræ tran[...] fert. Hoc, spiritu vini per separatorium aut [...] M. separato, seorsum debet asservari.

Alius modus.

Camphoram in Spiritu antepileptico, ex vi[...] triolo & urina puerorum, solve leni calor[...] & elevabitur camphora ad superficiem in form[...] olei. Hoc seorsum collige, & cum terra sigi[...] lata sicca, & cum pauco aceto forma in glob[...] los. Hos destilla ex arena per retortam, & pr[...] dibit spiritus seu oleum camphoræ valdè fuga[...]

OLEU[...]

OLEUM MERCURII ANTIMONII.

SUme Regul. antimonii, eo modo, quem docuit *Baſilius Valentinus*, confecti, partes octo, Salis ex urina humana clarificati & ſublimati partem unam, Salis armoniaci partem unam, unamque Salis tartari. Miſce ſalia omnia in vitro ſimul, affuſoque aceto vini fortis, claude illud luto ſapientiæ, & digere ſalia cum aceto menſe integro in calore convenienie, tandem impone omnia cucurbitæ, & in cineribus deſtilla acetum, ut ſalia remaneant ſicca; hiſce admiſce Terræ *Venetæ* partes tres, & per retortam igne forti deſtilla, & habebis ſpiritum mirabilem: hunc ſpiritum affunde regulo antimonii trito, & putrificetur eo duobus menſibus, tùm ſuaviter ab eo deſtilla acetum, & cum eo, quod remanet, miſce quadruplum pondus chalybis limati, & violento igne per retortam deſtilla, tùm ſpiritus ſalis, qui tandem tranſit, ſecum transvehit mercurium ſpecie fumi; præponas autem recipientem vitreum magnum aquâ plenum, tùm ſpiritus ſalium commiſcetur aquæ; ſed mercurius colligitur in fundo vitri in verum mercurium vivum.

Sume hujus Mercurii partem unam, exprime per corium, affunde Olei rubri vitrioli ſummè rectificati partes quatuor, extrahe oleum, remanebuntque ſpiritus olei apud mercurium, pelle igne vehementi, aliquid ſublimabitur, hoc ſublimatum iterum appone terræ in fundo; affunde ite-

iterum aliud oleum ejusdem ponderis, & repe hoc tertiò: quartâ verò vice pone sublimatum quod ascenderit cum terra, & tere simul, tunc rit clarum & purum instar speculi, vel crystalli impone circulatorio, & affunde tantum olei vitrioli, & triplum spiritûs vini, circula, donec fi separatio, & tandem aliquando Mercurius se i solvet in oleum, & supernatabit instar olei oli rum: quod ubi factum erit, separa ipsum oleum ab aliis, & impone in vitro circulatorio, affun acetum forte destillatum, & ita permitte quiesce re, præter propter diebus viginti, tunc oleu iterum acquirit gravitatem suam, & decidit fundum, & quicquid adhuc venenatum in eo e remanet in aceto, quod tenebrosum & omni confusum est.

Hoc est arcanum magnum, quod naturæ rep gnare videtur, ut oleum hoc prius supernatet, posteà gravius redditum petat fundum. Veri tamen adverte, oleum vitrioli etiam grave esse, cùm Mercurius in separatione sua nondum sit omnino purus, superstat illi; sed cum impura le tas illi per acetum eripitur, quia acetum illam as mit, tunc oleum recipit justum suum pondus, compactum, & decidit in fundum. Atque hoc oleum ex mercurio antimonii, quod est quart medicinæ columen.

Vtile imprimis est adversus apoplexiam, conf tat cerebrum, facit hominem industrium, exci spiritus vitales & animales in capite: si quis g

ibus morbis longo tempore laboraverit, & aliquandiu utatur quotidiè hoc oleo, huic decidunt ungues & crines, & redit quasi in hominem recenter creatum; Omnis sanguis humani corporis eo ita purificatur, ut omne malum ab eo abstergatur, & expellatur. Sanare morbum Gallicum huic ludus est; per hanc enim medicinam radicitùs evellitur: & ut paucis multa comprehendam, major est hujus olei in medicina laus, quam ut vel ore vel calamo virtus visque ejus omnis exprimatur. Dosis ejus est à gutt. iij. ad v. & vj. in vehiculo convenienti & specifico.

OLEUM SUCCINI.

IN hoc parando diligentiâ non vulgari opus est; requirit enim convenientem & debitum ignem. Albo autem succino, è purissimo & mero bitumine, in mari generato ad hoc conficiendum utimur, non flavo.

℞. Ergò Fragmentor. succini albi (exempli gratiâ ℔ij. vel iij.) & crasso modo tundas, non in pulverem tenuem teras: Eluantur prius, si opus sit, aquâ communi sordes, deindè ponatur in cucurbita vel alembico non nimis alto, & affundatur bona quantitas aquæ rosaceæ & betonicæ (quod fit, ne oleum comburatur, & ut harum aquarum vehiculo faciliùs stillare incipiat) imponatur capitellum capax cum rostro satis amplo, & vas recipiens adaptetur, & in arena, clausis utrobique pro more vitrorum juncturis, servato ignis gradu convenienti & continuo, ne re-

refrigescat (alioquin instar picis nigrescit, & vitrum frangit) destillatio absolvatur. Cave etiam, ne ignis nimium invalescat, alioquin recipiens periclitatur.

Primò egreditur aqua & oleum album cum spiritibus nubium instar, deindè non ampliùs spiritus egreditur visibilis, sed in capitello striæ apparent, ut in destillatione spiritûs vini videre est; tandem venit oleum flavum: hîc cessandum à destillatione, vel mutato recipiente, excipe seorsim oleum rubeo nigrum subsecuturum: ultimò adscendit sal sublimatione: caput mortuum in fundo manet, friabile, nigrum & leve.

Antequam oleum succini albi rectificetur, benè abluatur priùs in aqua communi, volvendo sæpiùs, posteà rectificetur lentè in B. M. per aquam rosarum, vel majoranæ. Post rectificationem potest etiam ulterius cum nova rosarum vel majoranæ aqua aliquoties misceri, semper post residentiam & separationem olei ab aqua, renovando aquam. Sic fœtor perire solet.

A libra una succini post rectificationem vix tres vel quatuor lotones veri olei albi haberi possunt.

Nota. Nonnulli tantùm per retortam oleum succini destillant, sine vehiculis aquarum destillatarum, saltem observantes olea diversa prodeuntia, quæ sigillatim colligunt. Primùm prodit album, posteà flavum, deindè rubrum. Hæc olea posteà rectificantur. Ab aliis adduntur fra-

egmentis fuccini vel arena alba pura, vel offa ombusta, vel etiam silices calcinati: Hæc enim mnia eâ potestate pollent, ut succinum ebullens quasi supprimant, nec idem permittant, ut er retortam in recipiens dilabatur vel fluat; uæ sanè ratio est accommodatior, & ad destilndum oleum succini securior.

Oleum hoc succini efficacissimum Opobalsamum uropæum meritò vocari potest, quia suâ facultate nia alia remedia in apoplexia & epilepsia curan- superat. Olim sacrum appellabatur propter vis ejus nimirum admirandas & arcanas.

1. In peste una gutta manè & vesperi naribus af- icatur, sic nullum venenum conficere potest. Corre- o datur à ℈j. ad ℈ij. in aq. card. bened.

2. Vehementer prodest illis, qui periculosos capi- morbos timent, qualis est apoplexia, epilepsia pa- lysis. Nam si quis in aquis appropriatis, puta onic. til. fl. lavend. cerasor. nigr. unam atque al- am guttulam olei illius jejuno stomacho conti- ando assumat, nihil periculi erit ab illis morbis. em præstant Placentulæ seu Rotulæ ex sacchara nfectæ, quibus aliquot guttulæ olei hujus immixtæ nt. Et si apoplexiâ, epilepsiâ, paralysi quis cor- iatur, vix est præstantius remedium, quam olei è ccino albo destillati guttæ aliquot in spiritum epi- ticum infusæ & exhibitæ, Prodest etiam cervi- m & nares ungere dicto oleo, & certò pellitur mor- s, & recipientes se, sensum & motum recuperant repti, non aliter ac suffitus eiusdem succini albi

su-

supra carbones naribus epileptici admotus, pa[ro]xysmum ipsi sedat.

3. *Nervi, venæ, arteriæ, aut partes nervosæ, sp[a]smo aut similibus contracturis infestatæ, ungan[tur] hoc oleo; ita utere, ut pauxillum immisceatur u[n]guentis, quibus nervi refocillari solent.*

4. *Una atque altera guttula aqua petroselini i[m]mixta & assumpta calculos & alias superfluitates m[ea]tuum urinalium pellit; & imprimis arenulas, t[es]tarum, renum præsertim, si una atque altera gu[tt]a olei terebinthinæ admisceatur, exterminat.*

5. *Si aq. verben. vel artemis. vel vino malv[atic]o infundatur* ℈ß. *vel* ℈j. *& mulieri parturie[nti] propinetur, partum promovet. Fortiùs autem [o]perabitur, si adjiciantur guttæ* v. *vel* vj. *olei cum[ini] aut carvi.*

6. *Prodest frigidis defluxionibus capitis, [q]... hujus usu consumuntur, & cerebrum reficitur.*

7. *Si guttulæ aliquot naribus, cordis fossulis [&] pectoris illinantur, illis mulieribus, quæ suffocatio[nes] præcipitationes & strangulationes uteri habent, [se]dant matricis motum. Similis efficaciæ sunt Ro[tu]læ ex oleo succini cum saccharo confectæ, si una at[que] altera assumatur.*

8. *Confortat quoque in deliquiis animi, lang[uo]re & cordis palpitatione.*

9. *Confortat non solùm facultatem virtutis [ani]malis cerebri, verùm etiam vitalis cordis, ac [re]qua viscera naturalia mirificè tuetur: ideoqu[e] concoctione & digestione magnas utilitates c[onferre] solet.*

1(

10. *In febribus tres guttæ in aq. card. benedicti an-e paroxysmum (antegressá tamen præparatione) ex-pectato sudore, assumuntur, sic febres pelluntur.*

11. *In retentione urinæ tres vel quatuor guttæ in aq. fragar. vel vino silicum sumantur, mirabiliter promovet illam.*

12. *In exsiccatione catarrhi conducit, sacculum ex pulvere chamæpytios oleo succini illinendo, & supra suturam coronalem gestando.*

13. *Dolores dentium è defluxionibus exortos tu-lat, si cum aq. plantag. misceatur, & indè gargarismus fiat.*

14. *In ictero datur cum aq. endiv. cuscut. ci-hor. chelidon.*

15. *In colica ℈j. vel ʒß. exhibetur in cerevisia.*

16. *In suffocatione matricis septem vel octo guttæ in aqua pulegii.*

17. *In expulsione fœtûs & secundinæ, septem vel octo guttæ in aq. sabin. artemisiæ. Vel si guttæ 8. vel novem imponantur simul in umbilicum, fœtum, sive mortuum, sive vivum educit.*

18. *In mensium retentione septem vel octo guttæ mira præstant.*

19. *In contractura præstans est. Contractus in manibus & pedibus olei succini illitu fuit resti-tutus.*

20. *In vomitu sanguinis tres guttæ in aq. tussilag. tormentill. prunor. sylvestr. sunt mirabilis virtu-tis.*

21. *Vertiginem & scotomiam curat.*

22. *Cerebri stuporem miraculosè removet.*

23. *Visum cum aq. fœniculi confortat.*

24. *In punctura lateris efficaciter adhibetur.*

Dosis ejus est à gutt. IV. usque ad xx. ratione morb & complexionis. Senibus maximè utile est hoc oleum. Usus externus hujus olei est quoque egregius.

BALSAMUM ANTAPOPLECTICUM SACRUM.

℞. Moschi orient. non adult. ℈j Hic solvatur in q. s. spir. rosar. in mortario ad formam pulticulæ (in defectu dicti spiritûs aq. rosar vel cinamomi, aut aliam aquam apoplecticam sulbstituendo) pòst addatur particula de oleo nuci moschat. expresso, cujus pondus sequetur paull inferiùs; hæc benè mixta interim serventur separatim; hînc solvatur in eodem mortariolo Ambragrys. ʒß. cum ol. still. cinamomi ℈j. caryoph. ℈s coriandr. lavend. majoran. ana gutt. xv. succin rectificati ℈j. Huic pulticulæ sensim & sensim ad de sequentia: Olei nucistæ duriusculi, non ad ulterati, sed legitimè expressi ℥iij. Zibeth. o rient. non rancidi, nec adulterati ℈ij. Item superiorem solutum moschum, in pultem cum o leo nucistæ conversum. Misceantur optimè i mortario, & tandem super lenissimum ignem i patella ferrea parùm liquefiant, pro accuratio unione; ne quicquam autem exhalet, illicò re frigescere permittatur balsamum, patellâ nim rum, cui inest dictum balsamum, aquæ frigid immersâ, donec refrixerit, quod denuò spathu agitandum, pyxidi immittendum, *ac usui asservandum est.*

BAL

BALSAMUM ANTAPOPLECTICUM PRO SEXU FOEMINEO.

OL. nucis moſchat. legitimè expreſſ. ℥iiiß. ſtill. cinamomi, coriandri, lavendulæ, ajoranæ, roriſmarini, ſalviæ, ſuccini ana ℈ß. alſam. Peruvian. ℈ij. Miſce omnia exactè ſ. a. ne igne; fiat Balſamum *pro uſu aſſervandum.*

ALSAMUM APOPLECTICUM CROL-LII CORRECTUM.

OL. nucis moſchat. expreſſ. ℥j. Ambr. gryſ. ʒj. alb. Moſchi orient. ana ʒiß. Zibeth. iß. Ol. ſtill. lavend. in quo fl. lil. convall. maduint, ʒß. ſuccin. ʒj. majoran. rut. ana ʒß. cinaom. ℈ß. caryophyll. gt. vi.

Ex his omnibus ſ. a. mixtis fiat in juſta conſiſentia Balſamum: qui volet aliquid de Balſam. ruvian. odorifero addere, ei erit integrum. rvetur in vaſe aureo, vel argenteo deaurato.

Balſamum hoc apoplecticis, epilepticis, & rtiginoſis mirè confert, ſi extremitates naum, tempora, vertex, interius etiam palatum, igente neceſſitate, inungantur, noctu & die r intervalla. Pro præſervatione ſingulis timanis tantillo alæ narium mixtâ hâc pulpâ lice modicè inuncto, unà cum vertice ſemel ue iterum inungantur. Contra malignam peſtiferam auram egregium antidotum eſt. nnes animales & vitales ſpiritus recreat. anum in colica eſt, ſi umbilicus eo inunga-

tur, propter Zibetham præsertim, quæ aliàs in uncta solet exturbare stercora. Matricis ægritudinibus mirè confert, si inungatur ventriculus & umbilicus; etiam naturalia mulieris suffocationem patientis tunc confestim recreantur, si præsertim ex eodem in linteo factus pessus genitalibus mulierum indatur: nares autem illarum eo tempore, fœtida adhibeantur; qualia sunt castoreum, asa fœtida, oleum item anthracis seu carbonum fossilium, vel odor è pennis perdicum, aut è propriis capillis accensis, oleum sanguinis humani, hirci

BALSAMUM APOPLECTICUM ALIUD.

℞. OL. è nucib. moschat. express. ℥j. Ambragrys. gr. XVI. Moschi opt. Gumm. benzoës, styrac. calamit. ladan. opt. ana ℈ß. Ol. still. caryophyll. gutt. XVI. lavend. rut. anthos, cinnamom. ana ℈ß. Pulveranda pulverentur optimè, & cum oleo nucis moschat. in scutella argentea vel orichalcea misceantur pistillo optimè donec in corpus unum uniantur. Tùm admisceantur paulatim olea destillata, & Balsamum vase benè clauso ad usum servetur.

Apoplecticis, epilepticis, & vertiginosis prodest, si extremitates narium, tempora & vertex eo inungatur. Præservandi causâ singulis septimanis bis aut ter partes jam dictæ inungantur.

TITULUS V.
DE
SPECIFICIS GUTTURALIBUS.

MEdicamenta Stomatica, quæ aliàs etiam Gutturalia nonnullis vocantur, ſunt, quæ oris affectibus conveniunt, ac alia ſunt calida, alia frigida.

Calida plerumque ſunt cephalica, & magna ex parte ad apophlegmatiſonta referuntur. Sunt præterea etiam, quæ quandam adſtrictionem aut vim diſcutiendi habent: quædam calida ſunt ſimul fragrantia, & adhibentur in oris fœtore.

Stomatica frigida ſunt duplicis naturæ; vel enim ſimul leniunt, vel adſtringunt. Illa uſurpantur in linguæ ſcabritie, oris fiſſura, puſtulis linguæ, ejus & gingivarum inflammationibus; inter ea quædam ſunt moderatè calida. Hæc verò in inflammatione & tumore calido linguæ, gingivarum, oris, faucium, flacciditate & excreſcentia gingivarum, ſanguinis ex iis profuſione, gurgulionis laxatione, tonſillarum tumore, inflammatione.

Chimici experientiſſimi ex nitro ſequentia præparant gutturalia, ægrisque ſuis ſummo cum emolumento exhibent.

NITRUM ROSATUM.

℞. FL. roſar. rubr. recent. tempore vernali & æſtivo ℥xij. Fl. roſar. rubr. ſiccat. tempore hyberno ℥v. vel vj.

Quibus inciſis, & vaſi vitreato, ſeu ſtanneo immiſſis ſuperaffundantur Aq. ferventis ℔. circi-

ter vj. vel viii. Succ. citri seu limon. rec. expre
℔ß. Factâ maceratione, colentur & filtrentur
In colata hac, & filtrata seu clarificata rosarum
tinctura dissolv. Nitri puriss. cum sulphure in ig
purificati ℔j. Filtrentur denuò, ac per lene
exhalationem, seu repetitam abstractionem
quositatis, in cucurbita vitrea nitrum crystall
zetur, aut leniter abstrahendo omnem aquo
tatem, in siccam salinam consistentiam red
catur.

Hoc semel insuccatum nitrum rosatum e
dem operâ, quâ anteà (si ita volupe fuerit) r
centi tincturâ rosarum, pro majori virtutum im
pressione, insuccari poterit.

In faucium & tonsillarum inflammation bus. Nitrum hoc rosatum mirandum aux lium præstat; calidis etiam morbis, viscerum naturalium æstubus, & dysenteriæ seu diarrhæ etiam malignæ opitulatur.

LAPIS BRUNELLÆ,
VEL
ANODYNUM MINERALE.

℞. NItri purificati q. v. liquatur in catino, po
steà injice aliquid sulphuris puri, ve
quod melius, florum sulphuris, qui ubi deflagra
verint, iterum aliquid sulphuris injice, idqu
continua, donec pro qualibet uncia nitri injece
ris ℈ij. vel ʒj. sulphuris & nitrum planè puru
fiat. Tùm effunde super marmor vel tabula
nitrum hoc modo præparatum. Pulverisetu
so

ſolvatur in aqua roſarum, & filtretur. Aqua roſarum dimidiâ parte exhalet, & in loco frigido in cryſtallos pellucidiſſimos concreſcet nitrum. Aqua effundatur, atque iterum dimidia pars exhalet; ſicque demùm cryſtalli colligantur.

Maximo cum fructu in Brunella morboque Hungarico uſurpatur: Imprimis verò convenit in colli gutturisque vitiis, præſertim, quando fauces, præ nimio æſtu, nigreſcere incipiunt. Datur ejus ʒß. vel ʒj. in aq. roſar. ſemper vivi brunell. lactuc. fauceſque tali gargariſmate ſæpiùs eluuntur: ſi quidem omnem oris & colli immunditiem tollit. Dicitur autem Lapis brunellæ ideò, quòd inflammationi gutturis, quam brunellam vocant, ac faucium ſcabritiei, confiniumque partium inflammationi, medeatur præſentiſſimè.

CRYSTALLI NITRI.

℞. Nitri ℔j. Ponatur aqua pluvialis ſuper ignem, calefactæ injice nitrum, ita tamen, ne aqua peccet copiâ, ſed eâ quantitate exiſtat, ut nitrum vix in ea ſolvi poſſit; filtretur per chartam calidè. Colaturam in vaſe vitreo non terreo contentam repone in cellam, ſic nitrum intra horas 24. in longos & pulchros concreſcet cryſtallos. *Conveniunt uſu egregio cum lapide brunella, inſerviuntque antimonio diaphoretico parando.*

CRYSTALLI NITRI ALII.

℞. CAp. mort. ſpiritûs nitri q.ſ. vel etiam Ni-tri crudi ac puri q.v. Impone ollæ vitreæ ſeu terreæ; affunde aquam fontanam ad eminentiam trium digitorum; liquſiat ad ignem, deindè filtretur, & in loco frigido cryſtalliſetur.

PLACENTA NITRI PURIFICATA.

℞. NItri crudi q. v. tere, cribra; liquefiat in crucibulo puriſſimo, deindè in æneum aut potiùs ferreum mortarium effundatur, eritque nitrum purificatum. Vocatur & placenta nitri.

GARGARISMA BENEDICTUM.

℞. HErb. malv. hortenſ. M.I. Fl. roſar. rub. Fol. prunell. veronic. ſalv. ana M. ß. Radic. polypod. quercin. ℥ij. Coq. in aq. pur. ℔iij. aceti vini ℥vj. uſque ad caſum tranſverſi pollicis, poſteà colentur, & colatura leniter exprimatur. Poſteà fiat talis Mixtura: ℞. Spir. vitrioli ʒß. vini ℥ij. Mellis ℥j. Miſc. inſtar linimenti.

Hoc linimento poſt adhibitum gargariſmum illinatur lingua, & imminutus guſtus paulò poſt redibit.

Hæc mixtura excellens eſt ad omnis generis gutturis vitia, ſive ſit inflammatio, tumor, excoriatio vel exulceratio, &c.

TIT.

TITULUS VI.
DE SPECIFICIS OPHTALMICIS.

Specifica Opthalmica sunt, quæ oculis affectis communiter adhibentur.

Usus eorum est varius; vel enim ardorem extinguunt, vel dolorem mitigant, vel emolliunt, detergunt, resolvunt, discutiunt, crassitiem incidunt, vel fluxiones resiccant, & modicâ adstrictione impediunt, vel spiritus visivos recreant. Usurpantur autem vel indiscriminatim intrà & extrà, vel extrà solùm.

Nos vulgaria medicamenta ophthalmica in hoc Titulo non multùm curamus, verùm potiùs ad Chimicorum peritiorum arcana tanquam ad sacram anchoram confugimus.

SPIRITUS SIVE ESSENTIA EUPHRASIÆ.

℞. Doronic. ver. Cass. lign. ver. Amomi ver. Radic. valerian. chelidon. maj. Mari ver. fol. rutæ ana ℥ij, Fl. vel summitat. euphras. ℥ij.

Incisa & contusa crassiusculè infund. in Spir. cerasor. nigr, ℔j. & peractâ digestione aliquali destill. in B. M. ad siccitatem specierum. Ex residuis speciebus conficiatur beneficio spiritûs vini extractum spissum, quod superiori prolecto spiritui junctum, aliquandiu cum ipso digeratur, filtretur, & ultimô additis Aquæ vel Essent. Hirundin. comp. ℥vj. Essentia usui seponatur.

Visionem reparat hic spiritus, cùm spiritus

visivos reficiat, cerebri frigiditatem corrig spiritus in eo mundet, & clarificet, in so mia & vertigine optimè proficiens. D ejus est à gutt. v. ad x. in vehiculo app priato.

ARCANUM EUPHRASIÆ ET VALERIANÆ,

Philosophicè planè præparatum.

AQua cum spiritu ex euphrasia destillatio elicitur, posteà ex capite mortuo sal extr ctum cum eodem spiritu per destillationem p lecto digerendo unitur, & posteà cum eodem ig aperto simul in forma spiritûs supra similem h bam marcidam & in excipulum propositum c citur: qui essentiam ab illa planta extrahens t dem per retortam igne balnei sicci producitur arcanum euphrasiæ dici meretur. Simili mo conficitur etiam Arcanum valerianæ. *Dosis e est à gutt.* iij. *ad* x. *in liquore convenienti.*

ELECTUARIUM OPTICUM.

℞. RAdic. enul. condit. Myrobalan. cheb. co dit. ana ℥ß. Piper. long. Caryophyll. a ℥ij. Macer. Galang. Zingiber. Cubebar. ana Fabar. marin. præp. Ocul. lucior. Herb. euphr pulеg. chamædr. Fl. tunic. anthos ana ℈ij. Se siler. mont. foenic. ana ʒß. anis. petroselin. a anethi, saxifrag. alb. ana ℈j. Omnia pulverisa misce cum sacchar. alb. ℥vj. in Spir. juniperi succ. depurat. salv. rut. chelidon. hyssop. ana q & ad justam consistentiam coct. f. Electuariu

c

i adde: Ol. ſtill. cinamom. nucis moſchat. ana
xv. Denuò miſce & ad uſum reſerva.

Electuarium hoc ſtomachum confortat, ſu-rfluos humores conſumit, renes mundificat, ad omnem ventoſitatem expellendam va-r. Maximè autem lumen debile reſtaurat, in visûs imbecillitate undecunque etiam oveniente, & ſuffuſionibus, experimentum mirabile. Doſis continuè, manè, ſtoma-o, jejuno, & veſperi, eundo cubitum, quanti-s nucis caſtaneæ: Quia ſic utentes, claro & ero viſu, ſine ocularijs, parvas etiam literas que ad finem vitæ perfectè legere ſolent.

AQUA OCULARIS INTERNA.

BAcc. juniperi ℥ij. Caſſ. lign. ℥j. Sem. ſiler. mont. foënic. ana ℥ß. rut. ℥iij. Spec. dia-oſch. dulc. Nuc. moſchat, Lign. aloës ana ʒij. erb. euphraſ. verben. rut. Summitat. roriſmar. v. puleg. aneth. foënic. ana ʒiß. Fl. chelidon. j. betonic. lavend. roriſmar roſar. rubr. ana ʒj. acerentur in vini malvatici ℔vj. per octiduum, ſteà in B. M. deſtillentur.

Ad visûs imbecillitatem & caliginem, ſpi-usque viſivos confortandos, cerebrum humo-sque ipſius rectificandos, præmiſſis univerſa-us, mirificè prodeſt. Doſis manè & veſpe-ab ʒß. ad ʒjß.

CLA-

CLARETUM OPHTALMICUM SINGULARE.

℞. HErb. euphras. rut. verben. foenic. ana ʒ ß. Summitat. rorismar. salv. Fl. rosar. rub. ana p. ß. Bacc. juniperi ʒß. Cass. lign. ʒj. Lig. aloës gr. xv. Sem. foenic. ʒj. siler. mont. ʒß. m. gr. xv. Infunde in Vini Malvatic. ℔iij. dieb. quindecim & destilla. *Hujus cochlear semis vel integrum, jejuno ventriculo sumptum, visum potenter roborat.*

AQUA OPHTALMICA SMARAGDINA.

℞. AQ. calcis prim. ℥jv. Aq. calcis secund. ℥viij. tert. ℥x. Sal. armoniac. trit. ʒß. Misce, & in vase cupreo tàm diu serva, donec smaragdinum colorem contraxerit, & habebis aquam ophtalmicam.

Vires magnas possidet in ardore oculorum extinguendo; aperit atque discutit. Dosis est gutta una aut altera oculo instillanda.

AQUA FLORUM CICHORII SECRETISSIMA.

EA fit hoc modo. Collige cœruleos flores cichorii, quando sol est in principio leonis, eisque recentibus reple vitrum sic, ut intrudas atque infercias, quantum admittere ullo modo potest. Tum diligenter subere vel vesicâ quadruplâ claude vitrum & massâ panis-crudi, trium quatuorve digitorum crassitie, obcrustatum mitte in furnum, & pone super asserculum (ne rumpatur) & coque cum panibus, aut etiam diutius. Oportet enim, ut hæc massa discocta sit. Exin-

&

invenies flores in aquam rubentem & pinguiu-
lam conversos. Hanc destilla per alembicum
balneo, nisi enim sit destillata, non servatur.
*Hâc, si singulis diebus bis, surgenti scilicet & cubi-
tum eunti, linantur palpebræ, multi oculorum affe-
ctus, albugo, nubecula, unguis, suffusio, caligo, &
entùm non ipsa cœcitas, mirificè tolluntur.*

AQUA EX ALBUMINE OVORUM PRÆSTANTISSIMA.

COquantur ova ad duritiem. Coctis & in dimidias cum cortice sectis eximantur vitelli. In quorum locum repone aliorum albumina discocta & minutissimè confecta. Tùm compone disfecta & colliga, atque ex filo suo sic in cucurbita suspende, ut liberè pendeant. Cucurbitam benè clausam in B. M. colloca, & digere tantisper, donec videris albumina paulatim in liquorem destillare. Hunc, cum paucus sit, ex fundo cucurbitæ diligenter collige, & oculo recens vulnerato sæpiùs cum pluma illine. *Aqua certè præstantissima est, quæ qualiacunque oculorum vulnera citra aliquam cicatricem consolidat, estque magnarum virtutum.*

AQUA OPHTALMICA EX CHELIDONIO ET CANCRIS.

SUcci è floribus & foliis chelidonii bonam quantitatem in B. M. digere, donec spontè omnes impuritates ad fundum subsederint. Deindè mense junio, dum sol & luna inambulant cancro, cancros fluviatiles viginti collige, & pedibus

dibus caudarumque crustis abscectis, contunde
mortario, ac succum exprime, eumque unâ cu
isto chelidonii succo destilla ex B. M. & usui i
serva. Eodem tempore cancrum vivum totu
in olla benè operta usque eò exsicca in clibari
ut teri possit; & tere quàm subtilissimè, atque p
incerniculum cerne.

*Si erosio in oculo sequitur, vel vulnus obi
git, stupendum illud ophtalmicum est, oculos
tiam ad desperationem læsos, restituit. Qu
incredibili virtute vulnera glutinat intra
num diem. Hujus nonnihil ex penna ad id
ptata precisè super vulnus impone, atque i
relinque horas 24. Deindè, omisso pulvere,
lâ aquâ, sæpiùs oculum eluendo, abstergo m
teriam purulentam, quæ apparebit, & sic
voto res succedet.*

AQUA OPHTALMICA DE CANCRIS.

℞. Cancror. fluviatil. vivor. mense junio, so
& lunâ in cancro existentibus No. xxx
Et pro pondere horum adde tantum herbæ che
donii cum toto. Contunde hæc unà, iisdemq; po
rò adde: Sem. foen. contus. ℥j. Fabar. marin. præ
Camphor. ana ℥ß. Caryophyll. Aloës hepatic. Tu
præp. ana ℥ij. Misce & divide in tres æquales pa
tes

primamque partem in B. M. destilla; deindè tem alteram immitte cucurbitæ, & destilla; n illam à parte prima aquam affunde, rursume abstrahe, ut primâ vice, tùm tertiam quoque tem infer, & aquas anteà destillatas omnes item super infunde, adeóque tertiâ vice destilla, sic verê præperata est Aqua illa de Cancris & helidonio famosissima. Qui vult ex fœcibus cinatis salem, potest extrahere, & majoris efficiæ ergò admiscere.

Hæc est illa Aqua Ophtalmica pretiosissi-, magno semper in pretio habita, cujus et- Crollius in Basilica sua Chimica mentio-n facit his verbis: Mirum & stupendum htalmicum fit ex chelidonio & cancris. uod si debito artificio & tempore præpare-, oculos ad desperationem læsos virtuosissimè ituit, & omnia vulnera 24. horarum spatio glutinat. Hactenus Crollius. Sed mo-n præparandi ex mera invidia revelare uit, vel ipsemet nescivit, nisi quod ab aliis dem deprædicari forsan audiit. Hac de a Ophtalmica ægris oculis una, duæ, plures-guttulæ instillentur, vel illinantur plumâ inæ nigræ, idque bis, ter, quaterve quoti-, prout necessitas requirit, & continuan- hoc, donec æger sanitati restituatur.

AQUA

AQVA OPHTALMICA EGREGIA.

℞. VIni albi non adulterati, Aq. rosar. ana ℥ Sacch. cand. alb. Vitrioli depurati a ℈jv. Misce, & cum hac mixtura Zingiberis gitum unum supercote tere tamdiu, donec im quam fuerit absumptus. Tum cola per ch tam emporeticam in vitrum. Colaturæ ℥j. ca phoræ, in duobus spiritûs vini cochlearibus lutæ, admisce, & serva usui.

Ejus oculo poscenti immitte sæpiùs unam alteri ve guttam. Ad ruborem, caliginem, lachrym & quævis ferè vitia oculorum maximè valet.

AQUA OPHTALMICA ALIA.

℞. AQ. rosar. fœnic. chelidon. euphras. ana ℥ij. Adde Mercur. sublimat. & te simè pulverisat. ℈ß. Cum ille solutus fuerit quam filtra & serva; *quotidiè manè jejuno sto cho gutta una vel altera in oculos læsos immittat Ad oculorum deponendas ungulas, suffusiones, & rificandum visum remedium mirabile est.*

AQVA OPHTALMICA AVREA.

℞. DEcoct. ligni Brasilii cum pauco alum in vino malvatico, Aq. radic. herb. & valerian. cum vino destill. Sacch. cum ana gis matur. destill. ana ℥vj. rosar. fragran tiss. ℥viij. fœnic. verben. fl cichor. euphras. pu rut. ana ℥iij. Mell. Virgin. ℥ij. Tut. præp. ʒvj. trioli alb. Croci metall. Myrrh. rub. Aloës ro ana ʒij. Sacchar. cand. alb. Camphor ana ʒiß Z gib. alb. Caryophyll. Piper. nigr. Bacc. lauri.

name

nomi ana ʒß. Sal. chelidon. valerian. saturni
a ℈ß.

Ex his omnibus invicem benè mixtis fiat l. a.
ollyrium, quod in vitro clauso, per mensem a-
uoties in die movendo, in lenti ignis aut solis
ore digeratur. Posteà usui reservetur.

*In omnibus oculorum affectibus valdè mirabilis
; perfectissimè enim omnes oculorum prolapsus,
lammationes, lippitudines, nebulas, fistulas, ma-
as &c. curat, vehementissimosque dolores sistit,
i non eodem, altero die persanat, guttula una at-
altera per oculorum cavitates, manè, meridie
vesperi diligenter diffusa.*

AQUA OCULARIS EXTERNA.

Lapid. scissil. (Schiefer Stein) in frusta con-
tusi ℔ß. Aq. pluvial. ℔iv. Vitriol. alb. ℥j.
ʒvj. Coque in olla, & spumam diligenter re-
ve. Aqua ad casum duorum digitorum con-
pta filtretur, & vase benè clauso servetur.

*Usus est, ut quotidiè in oculum manè & vespe-
mmittantur aliquot guttæ.*

AQUA EX FELLIBUS PISCIUM,

Præsertim lucii destillata.

Fell. lucior. q. v. destilla in cucurbita, donec
inspissetur. In aqua destillata solve ali-
d camphoræ, & serva. Quod relictum, ex-
e cum spiritu vini: quem vicissim ab extra-
per destillationem abstrahe. Extracti hu-
& Sacch. Saturni ana granum dissolve in prio-

 ris

ris aquæ guttis tribus aut quatuor, & cum plum[...] in oculum manè ac vesperi immitte.

Ad ungues, nebulas, pterygia ac alios oculorum affectus specificum hoc feliciter adhibetur.

AQUA OPHTALMICA VIRIDIS.

℞. MEllis virgin. ℥jv. Fragor. maturor. ℥iij Vitriol. alb. Sal. comm. ana ℥ij. Misc[e] & in vase aurichalcino stent in loco frigido & hu[-]mido, sæpiùs agitando, donec perfectè virescan[t] seu viridi sese demonstrent colore; posteà add[e] Vini malvatici ℔ß. Aq. rosar. fl. sambuc. ana ℥ij consolid. regal. euphras. chelidon. valerian. cya[n.] ana ℥ij. Misce. Stent in vitro clauso, aut in ca[-]loris digestione per mensem, vel, quod meliu[s] sub dio soli & rori exponantur per aliquot sep[ti-]manas, tunc viridissimus liquor separat sese [in] superficiem, remanentibus in fundo fœcibus im[-]puris, à quibus separetur, & sic demùm insola[ta] promenda usui.

Ad oculorum contusiones, inflammationes, ar[do]res, rubedines, lippitudines, inustiones, fistulas, p[u]stulas, fluxum tenuem, epiphoram &c. medicame[n]tum est solenne. Usus ejus, ut bis terve in die g[ut]ta una atque altera oculo instilletur, atque intri[ta] aqua per totum oculum diffundatur, sic infirmus [ci]tò curabitur.

AQUA OPHTALMICA SUB-NIGRA.

℞. VIni generosi ℔ß. Aq. chelidon. rosar. a[na] euphras. fœnic. rutæ hortens. ana ℥iij. C[a]ryophyll. Aloës hepatic. Tut. præp. ana ℥i[...]

Ca[...]

...mphor. ℥iij. Misce in phiola vitrea & expo... soli per dies caniculares, semel in die agitan...; posteà immotam reserva ad usus.

Epiphoras rarefacit, rubores discutit, lippitudi... m causas exsugit, corneam tunicam limpidiorem ...dit, & fotu subjacentes humores crassos extenuat. ...ûs tempore præcipue misce, instillando parum in... lum, nec non petias ex collyrio hoc madentes, si ...s, extrinsecus applicando.

AQUA OPHTALMICA INSIGNIS.

SUcc. anagallid. rubr. apii, fœnic. betonic. majoran. chamædr. ver. pimpinell. euphras. ... fragar. ana part. æqual. ℥j. vel ℥ij. Adde uri... pueri impubis pondus tale, ut liquescant & ...gantur. Mellis part. tertiam, Piper. contus. ...x I I. Misceantur & serventur in vitro ad so... diu agitando, posteà colentur à residentia: ...idia pars destilletur per balneum: altera *ser...er usui.*

TINCTURA CUPRI.

[T]Imatur æris ℥j. Spir. salis armoniac. ℥iij. [L]digere in phiola per primum ignis gradum ... cœruleum colorem. *Adhibetur in inflammatione oculorum.*

LIQUOR OPHTALMICUS EXCELLENS.

VIni Malvatici, Aq. destillat. albumin. ovorum coctione indurator. ℔j. sang. hu... ℥j. rosar. alb. rubr. ana ℥iij. chelidon. maj. euphras. foënic. valerian. fumar. puleg. ana

 ℥ij.

℥ij. Mell. virgin. cochl. jß. Alumin. Roch. Sacc
cand. Vitriol. alb. ana ℥ß. Camphor. ʒiij. Sal e
phras. fœnic. saturni ana ʒj. margarit. corallo
ana ℈ij. Caryophyll. Zingiber. Mastich. ana ℥
Tut. præp. (id est, in aqua rosarum & vino *Cre*
co ana sexies extinguatur, ac tenuissimè teratu
℥jß. Terenda terantur & misceantur. Ste
in vitro clauso, aut in caloris digestione per me
sem, vel, quod melius, sub dio soli & rori exp
nantur per 40. dies, quotidiè movendo aliquoti
sic demùm insolata promenda usui: Qui in v
aurichalcino vult parare & exponere, faciat p
libitu.

Notandum hic, aloën in mortario cum aq
dictis prius remiscendam, moven do, quate
in aquam abeat, & ramenti modo coëat, id
donec aquæ remisceatur, posteà reliquis ad
tur. In balneo si aloë succotrina in aqua dige
tur, spontè resolvitur, & fœces post se relinqui

Ad omnes oculorum affectiones, infla
mationes, lippitudines, nebulas, fistulas &
Ita applicatur: jaceat in lecto æger supinus
injecta intra apertos oculos aquæ lachryma,
gutta cum pluma gallinæ nigræ indatur, cl
dat referetque oculos infirmus, ut per oculor
cavitates intrusa aqua per oculum diffun
tur, idque bis terve in die, & curabitur.
nebulæ fuerint supra vel infra corneam, co
sito pulverem è saccharo candido, alum

cu

*mbusto, & sepiæ osse calcinato, sed tenuissi-
è contusum & succretum incerniculo, ut ta-
um effugiat, ut, cum cubitum pergit, ex cana
culo pennæ de hoc pulvere insuffletur, mox a-
uæ ophtalmicæ guttam instillabis, oculos clau-
at ac dormiat, nam citissimè diluetur. Vel si
nt maculæ, misceantur cum ℥ß. illius liquoris
ohtalmici, olei laterini quater rectificati &
lei still. fœnic. semel rectificati ana gr. IV. Item
næ guttæ olei succini rectificati, ac in die de
oc liquore bene mixto bis, manè & vesperi,
mper una atque altera gutta oculo indan-
ur.*

LIQUOR OPHTALMICUS SUBALBIDUS.

℞. AQ. Ophtalmic. de cancris jam descript. ℥ij. euphras. fœnic. ana ℥j. Pulv. nostr. ophtalmic. extern. ℈ß. Misce, & fiat l. a. Collyrium subalbidum.

Miræ virtutis est contra amblyopiam, amaurosin, & oculorum suffusionem. Guttatim otest in oculum instillari citra ullum doloris ensum. Cujusvis enim acrimoniæ expers t. Ex eo etiam oculi singulis matutinis, idque d plusculos dies irrigari debent.

LIQUOR OPHTALMICUS VIRIDIS.

℞. CUpri bracteati ℥iij. Vini malvatici ℔ß.

Circulentur ad solem, vitro benè clauso, don liquor viridis & transparens instar Smaragdi fi
Delet egregiè maculas oculorum , fluxion sistit, & oculum in orbita sua firmat.

OPHTALMICUM JOVIALE.

℞. CAlcis Jovis *Anglici* ℥ß. Mell. virgin. ℥j Circulentur per mensem ; subtile, qu apparet, servetur ad usum. *Si cum æquali vi albi pondere conjungatur, utile maximè est in pa niculis oculorum incipientibus.*

PVLVIS OPHTALMICVS EXTERNVS.

℞. CEruss. lot. ℥ij C.C. sine ign. calcinat. Sa cocoll. nutrit. Tut. præp. ana ℥j. Gum arabic. Tragacanth. alb. Amyli ana ℥ß. Mat perlar. Nihili alb. Oliban. ana gr. xv. Opii spag ric. præp. Camphor. ana gr. VIII. Misce, fiat pu vis subtilissimus pro collyriis variis cum aq appropriatis parandis.

Valet ad omnis generis passiones oculorum, imp mis autem ad rheumatismos, lippitudines subacr fluxum tenuem, pustulas, inustiones, prolapsus, co tusiones, rupturas, concavitates, scabritiem, pru ginem, & ophtalmicos dolores leniendos prodest, n non oculorum vulnera replet & consolidat.

OLEVM ANTIMONII.

℞. ANtimonium, & tere ipsum, & in olla amplam novam & in carbonibus benè a censis pone, & permitte ibi stare, donec fund tur. Deindè accipe Sal. nitri, Tartari crudi ana ℥j

redu

educ in pulverem, & benè commixta & cribrata rojice supra ℔ß. antimonii fusi & benè liquati, aulatim projiciendo & baculo movendo: & cum ideris ipsum liquatum instar aquæ, projice in nagnam quantitatem æquæ communis calidæ, & bi resideat per 24. horas, posteà cola per filtrum, t iterum adjice aquam calidam, ut tota salsedo beat, & sic remanebit in fundo antimonium ru-icundissimum. Tunc superfunde acetum de-illatum & move; sine per aliquot dies in putre-ctione, filtra, destilla ter in balneo, reducendo cetum desuper, & in fundo reperies oleum, quasi utyrum dulce; recipe eam essentiam antimonii, t pone in quadruplo aceti destillati, & loca bo-iam clausam in fimum per 40. dies, extrahe & estilla per balneum, & antimonium solutum nanebit in fundo in olei forma, recedente a-ceto.

Hoc oleum mirabiliter oculorum cataractas, le-ram, cancrum, & morbum caducum curat, multa-ue egregia in Chimicis præstat.

UNGUENTUM OPHTALMICUM.

℞. Butyri majal. non saliti & aq. euphras. ablut. ℥ ß. Sang. dracon. ver. & subtilissimè pul-erisat. ʒij. Sacchar. cand. alb. Tut. præp. ana ʒj. Margarit. præp. Sarcocoll. ana. gr. xv. Camphor. gr. x. Opii Spagyric. præp. gr. ij. Misce, & fiat s. a. nguentum.

Si hujus Vnguenti tantillum, præmissis priùs universalibus, ad angulos & palpebrarum oras

adhibeatur, omnes humorum fluxiones, calorem temperando, dolorem sedando, ruborem auferendo, acrimoniam mitigando, lachrymas sistendo & exsiccando, arcet, oculosque mirè in- borat.

TITULUS VII.
DE SPECIFICIS OTALGICIS.

SPecifica Otalgica sunt, quæ in affectibus aurium tàm intrà quàm extrà ad dolores mitigandos usurpàntur.

Utuntur ergò iis in dolore, inflammatione, ulceribus, tinnitu & sibilo aurium, in surditate & gravitate auditûs. Ex Chimicorum arcanorum in hisce affectibus ordine sequentia principem habent locum.

SPIRITVS VINI OTALGICVS.

℞. OVor. formicar. No. 100. Amygdal. amar. ℥ij. Radic. hellebor. nigr. raphan. min. cyclamin. cyperi rot. ana ℥j. Cortic. mali pun. ʒvj. Bacc. lauri excortic. juniperi ana ℥ß. Sem. foënic anis. carvi, cymini ana ʒiij. Pulp. colocynth. Castor. ver. ana ʒiß. Herb. majoran. absinth. sabin. rut. ana. ʒj. Contusa & mixta infunde in Spir. vini optimè rectificat. ℔iv. & post debitam digestionem è B. M. ingeniosè tamen, ne vitrum rumpatur, destillentur Deindè Spiritui abstracto adde Milleped. vivor. q. s. & digerantur huc tam diu, donec aliquo modo spiritus tingatur, posteà cum filtra, & ad usum reserva.

De hoc spiritu aliquot guttæ manè & vesperi, stillentur in aures, claudendo cottone moschato; sic surditatem & gravitatem auditûs tollit; nec non contrà tinnitum, sonitum, strepitum & sibilum, imo ob auditionem & fluctuationem præstantissimum est medicamentum, Sed in his affectibus multum etiam præstat panis recens coctus minor, statim e clibano sumptus, & crustâ inferiore ablatâ, immissoque spiritu hoc, si ad aurem applicetur (inter jecto panniculo lineo crassiore ad evitandum partis exustionem) ut vapor intrò recipi possit. Continuetur autem curatio hæc, donec malum cedat.

SPIRITVS ACOVISTICVS.

℞. Ovor. formic. Milleped. viv. ana xxxi. Amygdal. amar. ℥ß. Bacc. lauri excortic, juniperi, sabinæ ana ℥ij. Sem. cymin. Radic. cyperi ... ana ℥j. Lumbric. terr. exsiccat. Herb. nicotian. ... sinth. ana ℥ß. Succin. alb. præp. Castor. ver. ana ... Croci orient. ℈ß. Crassiusculè contusa infund. Spir vini anisati ℥xvj. digerantur per octiduum, ... pè in die movendo; posteà filtrentur.

Hic spiritus in gravi auditu & surditate nec non in tinnitu aurium, etiam inveterato, secre... s est. Vsus ejus, ut guttæ aliquot auri instillentur, manè stomacho jejuno, & vesperi ante cœnam & deindè bombace moschato auris obturetur.

SPIRITVS OTALGICVS NOBILIS.

℞. Ovor formic. maj. No. 100. Castor. ver.

Pulp.

Pulp. colocynth. Herb. majoran. sabin. absinth. rut. ana M. I. Sem. cymin. anis. carvi, foënic. ana ℥iij. Bacc. lauri excortic. juniperi ana ℥ß. Cortic. mali punic. ℥vj. Radic. helleb. nigr. cyper. rot. raphan. min. cyclam. ana ℥j Cæpar. diocr. No. vij Infusa per dies 14. in q. s. spir. vini rectificat. destill. in B.M.

Audıtûs difficultati maximè convenit & tinnitum tollit, si manè & serò paucula guttulæ prudenter auribus instillentur; vel madefiat gossypium imponendum.

OLEVM OTALGICVM NOBILE.

℞ RAdic. hellebor. nigr. ℥ß. Pulp. colocynt. ℥iij. Fol. sen. elect. lauri ana ℥ij. Millep. vij Alipt. moschat. Caryophyll. ana ℥iß. Herb. ros. mar. auric. muris, majoran. sabin. ana Mß. Coq. in vino, & ℞. Colatur. ℥iij. Ol. amygd. amar. bacc. juniperi, petræ ana ℥ß. Formic. ℥iß. Denuò coq. ad consumptionem humiditatis, & oleum ad usum reserva.

Auditûs difficultati confert & tinnitum tollit. Manè autem & serò paucula guttulæ prudenter auribus instillentur; vel madefiat gossypium imponendum.

OLEVM CEPÆ.

CEpam magnam rubram in medio cavatam reple oleo rutæ cum pulv. radic. cyperi, bacc. lauri, sem. anis. cymini ana ℥j. & castor. ℥ß. Be-

at super prunis ardentibus. Exprimatur, & ser-tur succus in phiala.

Ex hoc guttas aliquot in aures instilla ma-è & vesperi, ac mox occlude gossypio moschato. ob auditione & surditate magnum & effi-x hoc est.

OLEVM ACOVISTICVM AMBRATVM.

OL. amyddal. amar. ℥ij nardin. comp. lil. alb, ana ℥j. Succ. origan. majoran. rut. rri, raphan. cepar. ana ℥ß. Mixta coq. ad suc-rum consumptionem, posteà oleo colato adde ir. vini mille pedibus priùs impraegnati, Aceti ni acerrimi ana ℥ij. Ambr. gryf. Fl. serpill. Bacc. pin. Sem. cymin. Macer. ana ʒß, Hellebor. alb. stich. Ladan. Styrac. calamit. ana gr. xv. Castor. r. Piper. long. Croci orient. Nitri praep. ana ℈ſ. Omnia per se pulverisata & diligenter con-assata denuò in balneo aquae magnificè bul-ntis ad consumptionem humiditatis coquan-, permittendo refrigerari: posteà oleo expres-& benè colato immisce ol. formic. anisi ana Galliae moschatae subtiliss. pulverisat. ℈ß. Mi-, & ad usum repone.

Contra surditatem & gravitatem auditûs, nec tinnitum ab humore & vapore, vel etiam à fla-expertissimum est. Aurium etiam dolores si-. Apostemata rumpit, & ulcera manantia cu-. Usus est, ut aliquot guttae in aures manè & vesperi

vesperi instillentur, claudendo cottone moschato; tribus aut quatuor diebus sæpè auribus medetur.

OLEUM BALSAMI.

℞. OL. olivar. ℔ſ. hyperic. bacc. lauri ana ℥j. petræ, lign. rhodin. ana ʒij. Spic. indi ʒj. Sem. angelic. aniſ. ana ʒß. Terebinth. cypr. aq. violar. lot. ℥iv. Misc. & cum q. ſ. radic. anchu f. l. a. Oleum ſeu Balſamum rubicundum.

Calefacit, aperit, diſcutit, attenuat atque pen trat. Hinc omnibus affectibus frigidis auxiliatu Surditati, ſibilo, & dolori aurium à frigiditate pr primis medetur. Flatus egregiè diſſipat. In p ralyſi nervorum origini inunctum, multum fac Dolores & rigores febrium ſpina dorſi illitum toll & febres abigit. Putredini & peſti reſiſtit: calc los comminuit atque pellit: ſudores provocat. ſpaſmo, colica, hydrope, tympanite, contracturis, ſ focatione matricis, ſanguine coagulato, ſtomacho d bilitato &c. Internè & externè uſurpatum, pr ſtans eſt remedium. Doſis à ℈j. ad ʒj. in vehicu morbum reſpicientibus.

BALSAMUM POLYCHRESTUM INCOMPARABILE.

℞. OL. olivar. ℔ß. hyperic. lauri ana ℥ß. ſu cin. alb. rectificat. bacc. juniperi, pet ana ʒij. ſpic. ʒj. nucis moſchat. aurant. floris ana ʒß. chamæmel. Rom. cymin. ana gt. xv. Mi tis add. Spir. vini optimè rectificat. (in quo pri per 8. dies Thus, Maſtix, Benzoinum, Styrax c lamita, Mumia, Grana tinct. Centaur. min. Co ſolida major, Roſæ, Violæ, nec non Radices a

chu

usæ infusa fuerint) ℔ ß. Terebinth. Cypr. in aq
far. diligenter lot. ℥ iv. Balsam. Sulph. anisat.
ij. Ingeniosè denuò misce, & stent in dige-
one retro fornacem, vel ad solem, sæpiùs in die
itando, per 14. dies: Posteà spiritus vini in
M. lentissimo igne abstrahatur, tunc in fundo
anebit Balsamum rubicundum ad usum publi-
m meritò reservandum.

*Balsamum hoc nobilissimum tàm pro externo il-
u, quàm pro interno usu efficacissimum, tenuis est
bstantiæ, propter vim penetrandi, quâ membra re-
it, calefacit, attenuat, aperit, discutit atque ex-
cat. In aurium tinnitu à flatu crasso, sibilo &
betiore sensu, ex frigiditate contracto, tepidum
liciter adhibetur. Omnibus destillationibus, &
fluxionibus capitis frigidis, mirè confert. Apo-
exiæ, epilepsiæ, vertigini & oblivioni præcipuè au-
liatur, si sutura coronalis, extremitates narium,
mpora, occiput, vertex &c. frequentiùs inungan-
ur. Cerebri, pectoris, hepatis, lienis, uteri, nervo-
um, articulorum omnium, aliarumque partium
ervosarum puncturis & doloribus frigidis mirum
modum medetur. Hypochondriorum tensioni-
us valde utile; nec non omnem duritiem, seu tu-
ores duros & scirrhosos dissipat, & colorem bonum
nciliat. In paralysi, spasmo, Ischiade, contractu-
s &c. secretum est. Pulmones quoque ab humo-
bus crassis & viscidis purgat. Stomacho & ori-
cio ventriculi inunctum, mirifice eum roborat:
pbelitum commendat: flatus internos potenter dis-
pat. Arcanum est in colica, si umbilicus eo inun-
gatur,*

gatur, introque sumatur. Coagulatum sanguinem dissolvit ex vino, exspectato sudore, potum, locoque affecto inunctum. Aquæ petroselini vel alii convenienti liquori immixtum atque assumptum, simulque regioni renum & vesicæ illitum calculos & alias superfluitates meatuum urinalium pellit, venerisque tentiginem excitat. Vteri quoque strangulatui prodest, naturalibusque illitum fœtum evocat. Quod si tepefactum in quartana, aliisque febribus quamplurimis, ante paroxysmum spinæ dorsi à nucha colli usque ad nates fortiter juxta ignem seu retro fornacem inunxeris, rigores insigniter sublevat, mitigat, febresque profligat. Omnia denique membra conservat & tuetur à putrefactione, nec non ab omni veneno & aëre pestilenti præservat. Dosis internè à ℈j. ad ʒß. & ʒj. in vehiculis appropriatis & specificis.

TITULUS VIII.

DE SPECIFICIS ODONTALGICIS.

MEdicamenta, dentibus dicata, plerumque vel repellunt humorem influentem, vel absumunt exsiccando influxum, vel roborant, atque confirmant dentes vacillantes, vel mitigant dolorem, vel tollunt cariem, vel detergunt & mundificant dentes, vel stupori eorum medentur. Nos in hoc *Titulo* saltem odontalgica respicimus, quæ nobis Chimici laudabilia ac egregia suppeditant.

AQVA

AQUA ODONTALGICA.

HErb. ferpill. origan. salv. mentastr. persicar. Rasur. ligni guajaci, tamarisc. buxi M. j. Affunde spiritum vini opiaticum, videt à laudani confectione residuum, ad eminenn trium vel quatuor digitorum, stent in calovitro clauso, donec tingatur spiritus.

De hoc spiritu tincto tantillum in ore contineatur, te illâ, ubi sunt dolentes dentes, postea iterum exatur: reiteretur, si opus est. Si dens sit conca, gossypium intinctum imponatur. Efficacissimè nes dentium dolores sopit.

Ad inflammationem dentium confert decoctum jaci cum alumine & nitro fixo in ore detentum. m ℞. Particulam laudani opiati; distempera n oleo caryophyll. gossypio excipe, & denti dolenti pone.

Odontalgica reperiuntur apud Practicos varia. uentia sunt omnium tutissima mihique usitata. adix lapathi acuti in taleolas secta & exsiccata tibus dolentibus imposita, humorem superfluum rabit. Radix vere & autumno colligatur. 2. m facit decoctum lappæ majoris radicis ex aceto quandiu in ore detentum, & decoctum radicis ure majoris, si ex destillatione dolor provenit. 3. Si vis gallarum in succo radicis pyrethri 10. vel 12. bibitus & exsiccatus cum fermento mistus in for globuli impositus fuerit, subitò dentibus vehenter dolentibus medetur, eos etiam firmiores facit, miculos in eorum cavernis vigentes enecat, flunesque omnes ad gingivas delapsas extrahit, eas-

que

que confortat. 4. *Oleum buxi, cujus præparati[o] & modus adhibendi mox sequetur.*

SPIRITUS VINI ODONTALGICUS.

℞. RAsar. lign. guajaci ℥ij. Radic. pyrethri ℥[ß]. Sem. staphid. agr. hyoscyami, Cortic. gra[-]nator. Gallar. *Turcic.* ana ℥ß. Caryophyll. Zing[i-]ber. alb. Piper. long. Oliban. ana ʒij. Fl. papav. err[-]ratic. Opii *Thebaic.* Camphor. ana ʒj. Herb. taba[c] *Indic.* salv. acut. persicar. mentastri ana ʒß. con[-]tusa & mixta infund. in spir. vini simpl. ℔iij. ste[n]t per quatuordecim dies in digestione, posteà i[n] B.M. destillentur.

Teneatur in ore; deindè iterum exspuatur, &, [si] opus, reiteretur; præsentissimum est remedium; [o-]mnes enim dentium dolores efficacissimè sopit. I[n-]terdum etiam propter majorem delectationem cu[m] floribus papav. rh. priùs tingere, & posteà colora[-]tum spiritum ad usum reponere solemus.

TINCTURA LIGNI GUAJACI.

℞. RAsur. ligni guajaci ℥ij. Mastich. el. ℥[.] Lign. aloës resinos. ʒß. Fl. tunic. exsicca[t.] gr. xv. Mixtis superaffund. Spir. vini q. s. ad extr[a-]hendum tincturam, quæ posteà filtrata ad usu[m] servetur.

Cum hac tinctura sæpiùs quotidiè abluan[-]tur os & dentes dolentes; dolorem enim, pl[e-]rumque à capitis defluxionibus ortum, sisti[t,] catarrhum inhibet, foëtorem & putredine[m] oris aufert, ejusque halitum emendat. Tem[-]poribus etiam emplastrum de gummi elemi, v[el]

m

astiche factum, simul applicetur; quod ta-ren ante applicationem optimè calefiat; item ost exspuitionem semper os decocto anisi dili-nter abluatur.

TINCTURA ODONTALGICA.

℞ Asur. ligni guajaci ℥j. sassafras, radic. sar-sæparill. ana ℥ß. pyrethri, Alumin. crud. itri præp. ana ℨij. Sem. staphid. agr. hyoscyam. na ℨj. Opii spagyric. præp. Caryophyll. ana ℈ij. erb. serpill. origan. Croci orient. ana ℈jß Mi-e, & fiat pulvis, quem inde vitro, & superfund. pir. vini simpl. & Aceti vini ana ℥ix. & fiat Tin-ura.

De hac Tinctura tantillum calidè in ore con-neatur, loco illo, ubi sunt dolentes dentes, po-rà iterum exspuatur, & reiteretur, si opus est: ficacissimè omnes dentium dolores, etiam a-tissimos affluxus inhibendo, sedat atque pla-e. Imò mirabiliter extrahit humores illa-os; ab initio videtur quidem sæpiùs dolor geri, sed paulò pòst mitigatur, & desinit.

GARGARISMUS DE PYRETHRO.

℞ Adic. pyrethri ℨij Oliban. opt. Zingiber. alb. ana ℨiß. Sem. hyoscyami contus. Herb. v. acut. ana ℨj. Pip. long. ℈j. coq. in aceti vini nqfontan. ℔iß. pro gargarismo.

In dentium doloribus præstans & valdè effi-x est; habet enim vim anodynam. Æger

autem ſæpiùs eo quotidiè utatur, donec acutiſſimi dolores & cruciatus placentur.

GARGARISMUS DE HYOSCYAMO.

℞. Radic. hyoſcyam. urticæ min. pentaphyll. pyrethri ana ℥iij. Raſur. lign. ſancti. tamariſc. buxi, Thur. alb. Sem. ſtaphid. agr. ana ℥j. Cortic. granator. Piper. long. Zingiber. alb. Caryophyll. ana ℥iß. Herb. ſalv. acut. ſerpill. mentaſtr. perſicar. origan. ana ℥j. Miſce, & fiat pulvis groſſus, qui reſervetur uſui. Tempore uſus verò ℞. Pulv. hujus groſſi ℥j. Aceti vini, Aq. fontan. ana ℔ß. Coquantur & fiat Gargarizatio.

Colatura calida in ore retinenda eſt. Sic enim dentium dolores, etiam vehementiſſimos & acutiſſimos ſiſtit.

OLEUM ODONTALGICUM ANODYNUM.

℞. OL. caryophyll. rectificat. ℨß. ſolve in illo Camphor. ℨß. adde poſteà Spir. terebinthin. quater rectificat. ℨß. & mixtum hunc liquorem ad neceſſarios uſus reſerva.

Gutta una vel altera denti dolenti erosio cum goſſypio indatur ad ſopiendos dolores.

OLEUM BUXI.

℞. Buxi ſerrâ raſi q. ſ. Reple eo tres partes retortæ vitreæ. Deſtilla è cineribus, igne primùm leni, tùm fortiori, denique ſummo: prodibunt liquor aqueus ac oleum. Idem oleum rectiùs per deſcenſum aut per veſicam

ſti

illatur. *Hujus olei guttas tres exhibe cum vino, affectus est à frigida defluxione, aut cum aceto, si calida. Æger hoc ore contineat, & post tempus liquot exspuat, si dolor non cessat, repetatur sæpiùs, tandem os abluat vino aut aceto, & sedabitur lor.*

Idem præstat Oleum Camphoræ, item Oleum Ligni eraclini.

BALSAMUM ODONTALGICUM.

OL. still. origan. *Cretic.* caryophyll. Camphor. ana ℥j. Opii spagyric. præp. Fl. nitri na ʒß. Spec. diambr. Santal. rubr. ana gr. xv. Mie & cum capite mortuo nucismoschat. express. l in hujus defectu cum ceræ alb. ℥ij. f. l. a. Balnum.

Efficax est in dolore dentium à quacunque ferè usa, præsertim autem à frigida; gossypio enim exceum, & dentium cavernis impositum, subitò metur; vermiculos insuper necat, humoresque afuentes per os copiosè educit.

PILULÆ ODONTALGICÆ.

OPii *Thebaic.* ʒß. Camphor. Sem. staphid. agr. Zingiber. alb. Piper. long. Gallar. *urcic.* Cret. albiss. Alumin. ust. ana gr. xv. Radic. eucedan. hyoscyam. urtic. min. ana ℈ß. Spir. sa- nitri q. s. ad perfectam acetositatem. Misce ligenter & cum balsamo odontalgico f. l. a. Massa lularum ex qua posteà cum dicto etiam balsao formentur pilulæ oblongæ, alterutrâ sui par- in acutum desinentes.

In usu quotidiano pro secreto habemus; perfora-tis enim & concavis dentibus impositæ, acutissimum dolorem confestim & ex tempore solvunt.

PILULÆ DE CALCE VIVA.

℞. CAlc. viv. ʒß. Farin. siligin. Piger. lon Cortic. granator. Gallar. *Turcic.* ana gr. xx Sem. hyoscyam. Caryophyll. Opii *Thebaic.* Alum ust. ana ℈ß. Misce, & cum succo inspissato radi pyrethri f. Massa pilularum; ex qua posteà cu Ol. still. origan. & camphor q. s. fingantur Pilul oblongæ.

Dentibus dolentibus impositæ subitò medentu firmiores eos reddunt: vermiculos in eorum cav nis enecant, nec non fluxiones omnes ad gingivas i psas extrahunt.

TROCHISCI DE ALUMINE.

℞. ALumin. crud. Radic. pyrethr. ana ʒij. P per. long. Sem. hyoscyam. ana ʒß. Far siligin. Cret. alb. Nitri præp. ana ℈iiß. Zingib alb. Caryophyll. Opii Spagyric. præp. ana ℈i Misc. & cum succ. urtic. min. f. Trochisci.

Super dentes & gingivas positi (factis tamen pr debitis purgantibus per phlebotomiam, si expedit vel per ventris solutionem) dolorem sedant.

SACCHARUM ALUMINIS.

℞. ALumin. purificat. q. v. destilla, ut elic tur phlegma, quod affunde iterum cap mortuo, & postquàm 24. hor. steterint, den abstrahe, idque vicibus aliquot (5. vel 6.) tand phlegmate reservato, solve caput mortuum p diem, Liquor digeratur per dies 12. coagu-

turq;

urque in arena ad siccitatem. Sic præparatum abebis Saccharum Aluminis.

Hoc odontalgiam maximè sedat, gingivæ impositum. Celebratur etiam in pectoris morbis, præertim ex mineralium halitu contractis, qualibus etallurgi frequenter affliguntur. Dosis à gr. v. d VIII.

TITVLVS IX.
DE
SPECIFICIS PECTORALIBUS.

PEctoralia medicamenta Chimica, quæ mihi in usu, plerumque sunt hæc.

BALSAMUS SATURNI.

℞. SAcchar. Saturni legitimè parati q. pl. Cui sup erassunde Spir. terebinthin. clar. seu Olei niperin. vel etiam anisi, aut citri destill. ad trium el quatuor digitorum transversorum superemientiam. Digerantur leni calore cinerum, donec oleum affusum rubicundo imbuatur colore: uod per filtrum separatum & clarificatum, pro su medico asservetur.

Balsamus hic in affectibus pectoris ejusque exulrationibus, phthisi nimirum, vomica pulmonum, mpyemate, non leve, sanando atque abstergendo, ræstat auxilium.

BALSAMUM ANTIMONII.

℞. SUlph. antimon. ℥j. cui adde Salis tartari tantundem. Misce exactè super igne leni, in atella terrea. Huic mixturæ, cucurbitæ vieæ immissæ, affundatur Spir. terebinth. ad duoum vel trium digitorum supereminentiam. Di-

gerantur leni calore cinerum, quousque spiri rubicundo imbuatur colore; qui effundendus usui asservandus est.

Præstat in morbis pectoris, exulcerationibus pulmonum aliarumque partium internarum læsionibus, à gutt. VI. ad X. & ultrà sumptum.

Sulphur hoc antimonii ita paratur.

℞. ANtimon. *Hungaric.* trit. vel ejus loco Regul. antimonii ℔j. cui affund. pe tentim Olei tartari per deliq. facti tantundem plus: & super igne leni exsiccentur, quoad m rubea remaneat. Massa hæc in pulverem su lem redacta, coquatur in sartagine ferrea, c q. s. lixivii fortis, repetitis vicibus, quousque bedo in lixivio appareat. Tincto lixivio inf gatur acetum destillatum, ut præcipitetur pu rubeus, qui ab omni salsedine, repetitâ a simpl. affusione, liberetur, ac usui asservetur. P rò, qui hoc, vel aliud antimonii Sulphur quo que modo paratum, in præstantius medicam tum ulterius elaborare vel redigere voluerit assequi valebit, affundendo illi Spiritum, ser leum vitrioli dephlegmatum: quod aliquotie eo abstrahatur, ad fixitatem sulphuris. Ex fixo sulphure tinctura, cum spiritu vitrioli losophico, vel etiam cum spiritu veneris el tur: Spiritus tincti ad mellaginem abstrah tur; quibus abstractis, cum spiritu vini rec cato denuò essentia rubicunda eliciatur; & stractione etiam hujus, ad justam consisten

re

educatur, essentia studiosè asservanda, ac usui medico accommodanda.

BALSAMUS ANTIMONII BASILII VALENTINI.

SUme ex optimo antimonio *Hungarico*, & tartaro crudo partes æquales, & mediam salis nitri, terantur simul subtiliter, & postquam in furno ventoso inter se fluxerint, effundantur in pelvim æneam, ibique refrigescant, tunc invenitur regulus: hic ter & eò sæpiùs tartaro & sale nitri purgatur per ignem, & fit albus, relucens, ut argentum capellatum, quod jam fulminavit, & plumbum suum omne superavit. Hic regulus teritur minutim, & vitrum imponitur, superfunditurque oleum juniperi, vel spiritus terebinthinæ, qui prior in destillatione prodiit, & purus est instar aquæ fontanæ, benè clasum impone B. M. in calore subtili, fietque oleum ut juniperi, vel spirit. terebinth. ruber instar sanguinis, eum effunde, & rectifica spiritu vini.

Hujus balsami, guttæ iij. *aut* jv. *cum vino calido tantummodo ter in hebdomade assumptæ, sanant morbos pulmonum, depellunt tussim frequentem, & asthma: etiam conducunt vertigini, laterum punctionibus & diuturnâ tussi laborantibus.*

BALSAMUS SULPHURIS TEREBINTHINATUS.

℞. FL. sulph. ℥ij. Ol. terebinth. ℔j. Misce & in cucurbita oblonga in arena cum igne se-

cundi & tertii gradûs digere, & spatio trium ho-
rarum totum sulphur se junget cum oleo, solu-
tionemque nigram efficiet, quæ est balsamus sul-
phuris terebinthinatus.

*Hujus usus præcipuè est in affectibus pecto-
ris; vim habet vulnerariam, diaphoreticam
& diureticam. Dosis est, aliquot guttæ in
aliquo convenienti liquore, exempl. gr. pro u-
rina movenda, in aq. petroselini, pro sudore ci-
endo in aq. card. bened. & in affectibus pecto-
ris in aq. fœniculi vel hyssopi.*

BALSAMUS SULPHURIS ANISATUS.

℞ Balsam. sulph. crass. ℥j Ol. still. anisi non ad-
ulterati ℥vj. Misce, & in leni calore dige-
donec balsamus crassus fuerit solutus, & junctus
oleo anisi; & habebis balsamum anisatum gratis-
simum nullum planè empyreuma redolentem:
sed dulcem instar puri olei anisi.

*Magni usûs est hic balsamus in affectibus
pectoris: ubi duo potissimum præstat, quod vix
aliud medicamentum ullum præstare potest.
Nam materiam crassam & viscidam ratione
sulphuris attenuat atque incidit, ratione verò
anisi facit, ut sursum ascendere possit phlegma:
unde & pectori hac ratione quàm maximè in-
servit. Dosis est,* iij. *aut* jv. *guttæ in aliquo sy-
rupo bechico, aut spiritu vini.*

BAL-

BALSAMVS SVLPHVRIS ANISATVS MYNSICHTI.

OL. ſtill. aniſi ℥vj. F'. ſulph. ℥j. Miſc. & in vitro digerantur & circulentur tamdiu, donec oleum aniſi tincturam ſulphuris perfectiſsimè extraxerit: poſteà aufer oleum rubicundiſsimum per inclinationem, filtra & ad uſum reſerva.

Eſt balſamum perfectiſſimum, calefaciens cans & à putredine conſervans, in quo ſunt omnes virtutes naturalis balſami, & vis conſervativa maxima. In catarrhis pectoralibus, tuſſi, aſthmate, phthiſi, pleuritide, colica, febribus, morbis epidemicis, epilepſia, lue venerea, nec non in omnibus apoſtematibus & putrefactionibus corporis miranda præſtat. Doſis eſt à gutt. iij. *ad* LV. *vel etiam* VI.

BALSAMVM SVLPHVRIS JVNIPERINVM.

SUlph. commun. pulveriſat. Sal. tartari ana ℥iij. Miſce & ſupra ignem leniſſimum in vaſe no terreo fiat hepar ſive maſſa, hepatis inſtar, quæ in pulverem iterum redacta immittatur alembico vitreo parvo, cui ſuperaffundatur Oleum juniperi deſtillatum ad eminentiam quatuor vel quinque digitorum, ſtent in calore leniſſimo, donec rubicundiſſimo colore imbuatur, quod effundendum, filtrandum, uſuique aſſervandum.

Dosis ejus est à gutt. iij. *ad* vj. *in vehiculo co[n]venienti & specifico.*

BALSAMVS SVLPHVRIS. HARTMANNI.

℞ FL. sulph. alb. q. s. Sublima adhuc semel[ ]que iterum ab aloë, myrrha & oliban[o] quemadmodum *Crollius* docet. Ex his tinct[u]ram cum oleo anisi, vel spiritu terebinth. bal[sa]mico extrahe sine ebullitione, & acquires bal[sa]mum rubicundissimum.

Hujus à vj. *ad* xx *guttas exhibe in decoc[to] pectorali quotquot diebus, manè & vesp[e]re augendo dosin, procedente morbo. Inter [ea] quæ pulmonis ulcera consolidant, præstanti[ssi]mum censetur hoc balsamum. Pulmones en[im] putridos & exulceratos, præmissis tamen mu[n]dificantibus & expectorantibus, mirabilit[er] restituit, ulcera consolidat, & ad perfectam [sa]nationem unicè disponit.*

BALSAMVM SVLPHVRIS COMPOSITVM.

℞. FL. sulph. ℥ß. Myrrh. elect. Aloës, Cr[oci] Orient. ana ʒij. Ol. terebinth. ℥iiß. Myrr[ha] & aloë cum croco pulverisentur, & posteà o[leo] cum sulphuris floribus immisceantur. Hæc st[ent] in loco calido, vel arena, in phiola, admov[ea]turque primò ad horas duas lentus ignis, qu[em] deindè augeas, donec species solvantur, & ru[bi]do appareat.

Cavendum verò hic diligenter, ne ignis nimis fortis sit; nam si ignis justò fortior, comburitur materia, impediturque ejus effectus, sed ita regatur, ut tantùm vis & efficacia specierum leniter extrahatur; posteà hæc filtrentur per chartam bibulam & ad usum reponantur.

VEL.

℞. FL. sulph. ℥j. Myrrh. & Aloës, Croci Orient. ana ℥ß. Ol. still. foënic. anis. terebinth. ana ʒjß. Fiat balsamum modo jam dicto.

Hoc balsamum specificum pulmonis est. Nam curat asthma, tollit antiquam & recentem tussim. 2. Vlcera pulmonum abstergit & consolidat. In phthisi nihil certius. 4. Prophylacticon, & pharmacum in peste, aliisque morbis contagiosis. , Externè si quis ulcera eo illinit, brevi tempore ipsa sanantur. 6. Sudorem expellendo febres abigit & curat. 7. Venenatorum animalium morbus resistit. Dosis est à gutt. viij. ad x. & xij. in vehiculo convenienti & specifico.

BALSAMVS PECTORALIS PRETIOSVS.

EX spiritu terebinthinæ balsamico, & floribus sulphuris conficitur balsamus pretiosus, ad exulcerationes pectoris & pulmonum mirificè faciens, qui sit commendatissimus & est talis: Colligitur terebinthina in diebus veneris, quando luna est in cancro (quod singulis annis ter ferè aut quater contingit) eaque statim recondatur, ne nempè aëri multùm subjiciatur, posteà ex ea destilletur spiritus lenissimo balneo tenuis & sincerus,

cerus, prius tamen affuso in æquali quantita rore majali destillato.

Deindè ℞. Fl. sulphuris, eosque præpa cum aloë, myrrha & thure ad mentem *Crolli* horum ℥ij misce cum unciis totidem spiritûs te rebinthinæ balsamico in cucurbita parva, ac vas probè munito, in igne arenæ fac ut leviter ebul liant invicem, fit extractio florum instar rubini. *Hujus extracti guttæ. v. vj. vij. viij. ix. aut etiam x. manè & vesperi in decoctis pectoralibus, præ missis tamen universalibus, præsertim vomitoriis a liquandiu, donec sanatio fuerit absoluta, exhibi ta, mirificè & salutariter quoslibet affectus pulmo num tollunt. Cavendum tamen est, ne prohibeat hujus usum febris quædam maligna.*

RVBINVS SVLPHVRIS.

AD ℥iij. flor. sulphuris debito modo subli matorum, cucurbitæ inditorum, affunc Ol. terebinthinæ vel juniperi, ut quatuor digito emineat; stent in loco seu arena calente & quot dièvas agìtetur, sic tandem sulphur in sanguineum liquorem solvetur, vase refrigerato. Tinctu ram decanta, novum solvens affunde, fac ut pri ùs, donec omnis absoluta sit solutio, nec quic quam amplius tingatur; collectas tincturas bal nei calore destilla, & menstruum separa, re lictæ in fundo tincturæ spiritum vini, vel spiri tum juniperinum affunde, sine ut tingatur.

Rubinum separa per inclinationem, alium vi ni spiritum affunde; ut priùs, tandem junctas tincturas per balnei teporem aliquandiu circula

postea

ſteà, evocato ſpiritu, in fundo habebis mellis
aſſitie Balſamum, Rubinum ſeu Sanguinem
phuris, *magnum in medicina theſaurum, in phthi-
pectoris affectibus, peſte, febribus malignis vari-
que humorum corruptionibus.*

SPIRITUS HYSSOPI.

HErb. hyſſopi rec. q. l. contunde eam in mortario, poſteáque vaſculo querno in-
de, & quidem addendo pauxillum aquæ calidæ;
nque ſic per ſeptimanam unam vel alteram,
fermentabitur herba ſpumando & ebulliendo
ſtar cereviſiæ recentis, cum contraxerit acorem,
ſtituatur tùm ejus deſtillatio, affusâ q. ſ. aquæ
uvialis per veſicam cum refrigeratorio, & ac-
iretur aqua odoratiſſima, quæ ſæpiùs rectifi-
ta tandem ſpiritum ardentem exhibebit.

*Calefacit & ſiccat hic ſpiritus, conducitque in
fectibus corporis attenuando & incidendo; unde
am Spiritus thoracicus & cephalicus dicitur.*]

SPIRITUS SULPHURIS ACIDUS.

HAbendum eſt vas vitreum latum, paropſidis
vel patinæ inſtar, è cujus centro ſeu medio
gat meta, (tripus vel aliud quid metæ vices
pplens) ſupra quam catinus vel crucibulum ſta-
atur, ſulphure repletum. Sulphur accenditur.
pra ſulphur campana vitrea ſuſpenditur, eâ di-
ntiâ, ne flamma tangat campanam; fumus ex
phure accenſo aſcendens, in campana coagu-
itur, & ex campanæ oris deſtillabit in ſuppo-
tam patinam. Alii etiam per retortam tubula-
n oleum vel ſpiritum ſulphuris deſtillant: ſed
præ-

prædictus modus, præ cæteris mihi videtur commodissimus: cuilibet tamen judicium de utraque destillandi methodo liberum relinquo.

Hic Spiritus sulphuris acidus per campanam factus magnas & excellentes vires habet. Putredines arcet; in phthisi autem, asthmate, sanguinis sputo, catarrhis suffocativis, aliisque pectoris affectibus, debitis vehiculis administratus, suam laudem obtinet.

TINCTURA SACCHARI.

Saccharum in aceto destillato nonnihil dissolve, digere, donec rubicundissimo colore tingatur, iterumque cum eo ferè exsicca lento igne; quod deindè saccharum spiritu vini rectificato extrahe, donec tinctura omnis elicita sit, tùm denique spiritum vini destillando ad syrupi consistentiam evoca, servaque tincturam vel syrupum, *in catarrhosis affectibus, tussi & similibus efficacissimum; qui etiam cordialibus commixtus, cor & ventriculum egregiè roborat & confortat.*

TINCTVRA SVLPHVRIS.

Flores sulphuris extrahe cum spiritu terebinthinæ, more usitato, spiritum paulatim evaporare sine, donec reliqua exsiccentur: exime tunc materiam illam exsiccatam, redige in pulverem, & hînc cum spiritu vini rectificato tincturam extrahe, & desinente tinctione, spiritum tinctum cum defuderis, misce affundendo, quantum illius

[illegible]thus e it, de aqua pectorali, & aliquot diebus loco [c]alente, ut digerantur, repone: posteà spiritum vi[n]i in B. M. lento igne abstrahe, & sic tinctura sul[p]huris remanet in aqua pectorali. Hanc aufer [p]er inclinationem, & ad medietatem seu oleita[t]em saltem evaporare sine, reliquam per char[t]am emporeticam filtra, & ad usum commodum [s]erva.

Hæc tinctura non solùm pectus ab omni hu[m]ore crasso, organa respirationis obturante, [t]ussim & anhelitûs difficultatem causante libe[r]at, sed pulmonum etiam & vicinarum par[t]ium apostemata in thorace purgat, eorundem[q]ue curationem promovet, anhelitum tardum [f]acilem reddit, caputque frigefactum, consum[p]tis catarrhis delabentibus, refovet, siccat & [c]orroborat. Insuper colicos dolores sedat, o[m]ni putredini resistit. Magno etiam cum [f]ructu in pestis humidæ contagio adhibetur, [s]ed hominibus præsertim plebeis vili & vul[g]ari victu pravas humiditates in sanguine col[l]igentibus, ideoque infectioni huic magis, quàm [a]lii, subjectis & obnoxiis. Dosis ordinaria [e]st à gutt. v. vj. vij. *usque ad* x. *in vehiculis [a]ppropriatis.*

TINCTURA TARTARI.

Vini spiritus tartari tincturâ imprægnatus evaporetur ad mellis consistentiam, hunc liquo-

quorem in retortam inditum, servatis ignis gradibus, destilla, habebis liquorem album acidum, olei vitrioli instar, *qui summum arcanum est in omnibus pulmonum apostematibus & aliarum partium internarum. Dosis illius est à guttis* jv. *ad* viij. *cum appropriato liquore.*

ELIXIR SULPHURIS.

℞. CRoci orient. Myrrh. rub. ana ℥iß. Mastich, elect, Benzoin. Cardamom. min. Cinamom. acut. ana ℥j. Succ. glycyrrhiz. extract. Confect. alcherm. Radic. enul. camp. ana ʒvj. Alipt. moschat. ʒij. Misc. & fiat pulvis, cui add. Sacchar. cand. alb. ℥ij. & humectetur spiritu vini rectificato, ut fiat quasi pasta: posteà Spir. sulphuris optimè rectificat. ad eminentiam 4. digitorum affunde; digerantur & circulentur per mensem. Tandem quod tinctum & extractum fuerit, per inclinationem separa, materiam in fundo restantem spiritu vini extrahe, separa, ac priori liquori colorato immisce, & ad usum repone.

In affectibus thoracis & pulmonum miranda præstat: pectus ab impuritatibus & catarrhis mundificat: tussim tàm inveteratam quàm recentem tollit: Phthisicis, melancholicis, supra rationem mœstis, cardiacis &c. in genere subvenit, lætitiam adfert. Valet quoque ad coarctationem anhelitû antiquam & asthma chronicum. Insuper cor confortat, & à putredine præservat: vitam prolongat & canitiem retardat: Nec est, quòd hic acredi-

nem

nem tussim provocantem metuamus; illa etenim adresolutionem necessaria, moxque alleviatio sequitur. Dosis, seu modus exhibitionis, est saporis in acidum mutatio: & per se nullus ejus sit usus, sed semper cum vehiculo appropriato sumatur. In aquis vel syrupis pectoralibus commodissimè offertur.

ELIXIR PECTORALE ASTHMATICUM.

℞. Radic. gentian. rubr. glycyrrhiz. ras. ireos *Florentin.* enul. camp. ungul. caballin ana ℥j. Fol. salv. veronic. roris sol. capill. vener. hyssop. marrub. ana M. ij. Sem. anis. foënic. ana ʒiii. urtic. *Roman.* ʒß. basilic. ʒij. Cortic. squill. ℥ß. Pulm. vulp. præp. No. ij. vitul. rec. No. j. Myrrh. rubr. Benzoin. ana ℥j. Spir. anis. vel juniperi ℔x. Stent in digestione per dies & noctes 4. Medii hujus tincti liquoris pars lentâ digestione exhalet parùm & signetur Elixir pectorale.

Quod reliquum est, destilletur per alembicum, addito novo spiritu. Exstillatus spiritus misceatur cum sequente Julepo.

℞. Aq. veronic. q. v. Sacchar. canariens. q. s. Fiat Julepus saturatæ dulcedinis, in aqua soluto saccharo, quantum imbibere potest.

℞. Prior. Spir. q. pl. Aq. saccharat. q. s. ad gratum saporem. Tunc omnia turbantur, & lactis instar albicant. Colentur per bibulam chartam rariorem & laxiorem, & clarissima pellucidaque exibit.

℞. Croci orient. ʒj. Moschi electiss. ℈j. Ambræ grys. ℈ß. Ligentur in nodulo, ut flavo aureo gra-

Pp tiosa

tioso colore tingatur, & grato odore se commen-
det. In fœminis odorata aversantibus ultimo omittantur.

Pulmones frigidâ intemperie laborantes alterat, tussi & asthmati præsentaneâ operâ medetur, tùm Elixir, tùm Mistura altera asthmatica, dum vapores ex hypochondriis vel utero adscentententes discutit. Dosis Elixiris gutt. xxx. Misturæ cochl. j. vel ij. prout magis vel minùs est alterata aquâ saccharatâ. Mixtura per se exhibetur: Elixir autem cum jusculis.

LIQUOR PECTORALIS.

℞. AQ. cinamom buglossat, Capon. *Mynsichti* ana ℥ij. pulmon. vitul. *Ejusdem*, hederæ terrestr. veronic. farfar. ana ℥iß. Lact. sulph. ℥iß. Fl. sulph. ℈ij. Mag. corall. rub. ℈iß. perlar. orient. gr. xv. Misc. & cum Man. chr. simpl. ℥iß. edulcora & ad usum reserva.

Mirabiliter asthmaticos, peripneumonicos phthisicos & hecticos juvat. Cor confortat. Periculosè seu graviter tussientes non sine admiratione liberat, & pristinæ sanitati restituit. Dosis manè, meridie & vesperi à cochl. j. ad ij. Et priusquam ad usum medicum adhibeatur, diligenter moveatur.

OLEUM SACCHARI MAGISTRALE.

SUper Saccharo Cantho albo stet vini spiritus semel correctus per aliquot horas: deinde accendatur, & saccharum cum phlegmate rel. quo in crassum liquorem abibit. *Qui in tussi etiam inveterata assumptus, expectorationem promo-*

ve-

et, asperamque arteriam & pulmones leniendo corroborat, præsertim si admisceantur aliquot guttæ extracti seu essentiæ croci. Efficacior is liquor erit, si vini spiritus extracto helenii tingatur prius.

OLEUM SVLPHVRIS AVREI COLORIS.

℞. Sulph. crud. q. v. impone vasi fusorio super prunas, ut solvatur; solutum sulphur effunde in aquam ferventem, exemptum denuò solve, inque eandem aquam immitte, idque duodecies itera, & invenies sulphur butyri instar liquefactum. Istud inde retortæ, superaffuso optimo spiritu vini, inque lento caloris gradu per destillationem abstrahe, & exibit postea oleum aurei coloris, boni saporis & odoris. Oleum spiritui supernatat, quod statim l. a. separandum.

Usus ejus est frequens & egregius ad morbos pectoris, nec non in obstructionibus viscerum, ut & peste. Dosis est à gutt. jv. ad xii. in convenienti vehiculo.

OLEUM SULPHURIS ANTIMONII.

Antimonii pars una sublimetur cum quarta parte salis armoniaci igne subtili: sal tollit sulphur antimonii in altum, rubrum, instar sanguinis: tere hoc sublimatum subtiliter, & si sumseris prius ℔j. antimonii, tere cum eo rursus ℥v. salis armoniaci, & eo rursum sublima, ut antè factum est, hoc sublimatum solvitur in loco humido.

Sed aliàs sume sublimatum illud & edulcora à

sale addito, molliterque sicca, & habebis sulphur quod ardet instar sulphuris vulgaris, quod prostat apud Apothecarios venale. Extrahe ex hoc sulphure tincturam per acetum destillatum, & cum acetum in B. M. leniter abstraxeris, & pulverem remanentem subtili encheirisi transtilla veris, habebis (siquidem in hac operatione non aberraveris) præstantissimum oleum, dulce, gratum, & suave in usu suo sine ulla corrosivitate aut periculo.

Sanat phthisin, depellit puncturas lateris, & si quis laboret difficultate anhelitûs, is assumat duo grana manè, & totidem vesperi, dum concedit cubitum, in elixire vel spiritu vini, dilatat angustias pectoris, expellit omnes impuritates & phlegmata ex pectore, & multos sæpe numero protulit minimè speratos effectus.

PILULÆ BALSAMI SULPHURIS.

℞. Balsam. sulphur. cum Spir. terebinth. fact. ℥j. Fl. sulphur. Pulv. liquirit. Sacchar. cand. ana ℥ij. Fiant l. a. Pilulæ.

Dosis à ℈ß. ad ℈j. In vitiis pectoris: item in phthisi tutissimè exhibentur, & cum maxima utilitate.

SULPHUR VITRIOLI DULCE.

℞. Vitrioli ad albedinem in hypocausto calido, vel in sole calcinati q. s. Solve in aqua calida, affunde guttatim oleum tartari, & sulphur vitrioli fundum petet, quod edulcoratum exsicca.

Confert affectibus pulmonum, mundificat plagas putridas cicatricesque inducit. Datur internè à gr. IV. ad VIII. In vehiculo appropriato.

LAC, MAGISTERIUM, CREMOR, ITEM BUTYRUM SULPHURIS.

℞. FL. sulphur. partem unam & Salis tartari fusi partes tres, pone in vitro ore capaci, luto obducto, collocetur in arenam, affundatur aqua pluvialis destillata ad eminentiam sex digitorum. Vitri quarta pars sit vacua, quæ extra arenam promineat, subjice ignem successivè, ut bulliat, ligneâ spathulâ diligenter agitetur, donec sulphur ferè omne in illis ebullitionibus solutum sit, quod spatio quinque vel sex horarum fit, tunc enim liquor rubescit, mediocriter saltem se inspissando instar lixivii; si aqua inter bulliendum evanescit (suprà impone alembicum cœcum; hâc ratione aqua non evaporat) affundatur alia fervida. Ultimò, ubi ferè omne sulphur solutum est, & liquor rubens ad eminentiam trium digitorum transversorum restat, tunc ita calidè filtratur per chartam emporeticam, & de filtrata calida solutione parum in alio vitro ponitur, & confestim, dum adhuc calet, affunditur vinum (sunt qui aceto destillato utuntur, sed vinum præstat) lentè, celeri tamen & alto lapso tamdiu, donec colorem spissi lactis acquirat. Hoc posteà in peculiari vitro servatur, & procedìtur eodem modo cum restante solutione calido & vino: ultimò omnem lacteum liquorem misce, & pone

in loco tepido, donec albedo sulphuris à vin cœrulei & rubei coloris in fundum descende[..] do se separaverit, abstrahe tunc vinum per incl[i]nationem, & affunde aquam pluvialem destill[a]tam miscendo: stet diem & noctem, ac iterum effundatur, affundendo novam. Hoc toties re[i]teretur, donec nulla nigredo seu impuritas in a[qua] amplius appareat, nec sensibilis fœtor, po[s]teà post debitam residentiam & effusionem a[quæ], siccatur per se in hypocausto, & servatu[r] instar pollinis, vel antequam planè siccetur, m[i]sceatur aqua cinamomi vel alia appropriata, u[t] fiat pultis instar vel lactis, & priusquam ad usu[m] medicum adhibeatur, diligenter moveatur.

Butyrum hoc sulphuris balsamum est humi[di] radicalis. Confortat vires naturales. Purific[at] sanguinem ab omnibus impuritatibus, unde va[rii] morbi oriri solent. Præservativum est apoplex[iæ], convulsionis nervorum, lepræ & luis venereæ. Sp[e]cificum est pulmonum, præservat & sanat asthm[a]. Tollit antiquam & recentem tussim, consumit [&] exsiccat fluxus capitis. Confortat cerebrum. Ve[n]tositates ventriculi & colicam impedit. Hecticis [&] aridis peculiariter suâ confortatione prodest, cũ aqu[a] cinamomi si misceatur, ut fiat instar lactis liquid[i]. Phthisicos cum aq. tussilag. [si]ngulariter juvat, agen[s] do in humidum radicale, testimonio ægrotantium. In arthritide, podagra, ischiasi, & simil. morb[is] summoperè etiam conducit. Instar ignis occu[lti] consumit morbum, non aliter ac ignis vulgaris [li]gnum absumit.

Tar

Tantum pulveris miſcetur, ut vehiculum quaſi albicante colore tingatur, manè & veſperi cochl. j. Ante exhibitionem diligenter liquori immiſceatur. Offertur in aquis ſtillatitiis cinamom. meliſſ. lavend. aqua epileptica vel in ſpiritu vini.

FLORES SULPHURIS.

℞. SUlphuris crudi, contriti, & mixti cum duabus partibus arenæ ℔j. Fiat in olla terrea ſublimatio ſeu deſtillatio ſicca, ſuper impoſito alembico vitreo, & flores ſulphuris colligantur ad limbum alembici; undè aliquoties inter ſublimandum, ne fluant, auferri debent.

Calefaciunt & ſiccant, undè vulnerarii dicuntur, ſudorifici ſunt, conducuntque affectibus pectoris, ſi e ſyrupo aliquo pectorali, aut in ovo ſorbili ſumuntur.

PULVIS DIASULPHURIS NOBILIS.

℞. LAct. & Fl. Sulphur. comp. ana ℥j. Succ. glycyrrhiz. purgat. Cardamom. min. Terr. ſigillat. ana ℈ij. Sem. urtic. *Roman.* cydonior. Cinamom. acut. Zingiber. alb. Nucis moſchat. Croci orient. Piper. long. Macer. ana ℈j. Tragacanth. alb. Radic. ireos *Florentin.* Fl. papav. rh. Maſtich. elect. Crem. tartari ana ℈ß. Miſce. & fiat pulvis, cui add. Ol. ſtill. hyſſop. fœnic. ſalv. aniſ. chamæmel. *Rom.* ana gr. iij. & ad uſum repone.

Tuſſi diuturnæ, difficultati Spiritûs & aſtmati chronico ſuccurrit. Humores in pectore diverſos & craſſos incidit & extenuat. Præſervat & cu-

rat absque omni alia medicina phthisin, aridura[m], pleuritidem, omnesq; putrefactiones & apostemata[...] & in affectibus thoracis miranda præstat, vocisqu[e] jacturam semper resarcit. Consumit etiam & ex[...]siccat fluxus capitis, & pravos humores in corpore existentes, è quibus podagra, ischiatici & arthritici dolores existere solent. Prophylacticum est in epi[...]lepsia, apoplexia, lue venerea, convulsione nervo[...]rum, colica, hydrope. In hydrope offertur autem cum ana Mag. croci martis, corpore prius evacuato, & neminem fallit. In affectibus thoracis utimur i[n] forma tragea, addito saccharo Cando albo, vel cum syrupis pectoralibus mixtis in forma electuarii se[u] lambitivi.

CRYSTALLI MARTIS ASTHMATICI.

℞. Limatur. martis subtil. & pur. q. v. Ei affund[e] Olei sulphur. per campanam facti q. s. sti[l]latim tamen; protinùs enim incalescit mars, to[...]tusque solvitur: Ubi refrixerit, intra bihoriu[m] dabit crystallos. Hos aquâ destillatâ solve[,] solutos filtra, & aquâ vaporatâ, donec cuticu[la] in summo coëat, redire in loco frigido i[n] crystallos sine. Quibus exemptis, & aquâ rur[sum] vaporatâ, alios crystallos exspecta; etia[m] tertiâ quartâque vice.

Horum grana duo vel tria in lohoch aut syrup[is] pectoralibus aliquoties exhibita mirificè asthmat[i] expediunt, idque nec per vomitum, nec per secessu[m] sed sudoribus prorumpentibus.

PILL[...]

PULVIS DIASATURNI INCOMPARABILIS.

℞. MAgister. Saturni ℥j. Succ. glycirrhiz. purg. Lact. Sulph. comp. Radic. Chin. electana ℈ij. Sal. margarit. orient. corall. rub. panis triticei. ana ℈j. Boli rubr. orient. præp. Benzoin. sublimat. Oliban. ana ℈ß. Croci Orient. Cass. lign. ana gr. vj. Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus, cui add. Sacchar. cand. alb. ℥iij. & pulverem benè mixtum ad usum reserva.

Nescio quibus verbis hanc incomparabilem compositionem extollam; Phthisis enim, quæ aliàs humanâ manu curari non potest, curatur hâc medicinâ sæpiùs. Dosis manè & vesperi à ℈iß. ad ℈iij. in vehiculo aliquo appropriato.

PULVIS REFECTIVUS.

℞. SAcchar. cand. alb. cum syrupo violar. concret. ℥ij Lact. sulph. ℥j Fl. sulph. Confect. alcherm. ana ʒß. Mag. perlar. orient. corall. rubr. saturni ana gr. xv. Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires reficit: cor & totam naturam confortat: multùm nutrit & impinguat: fluxus capitis exsiccat: tussim sedat: asthma, phthisin & tabem curat. Dosis ejus est ℈j. in aqua aliqua appropriata; vel misceetur tantum pulveris, ut vehiculum quasi albicante colore tingatur; de quo liquore mixto Dosis manè & vesperi cochl. j. vel ij.

SECRETUM ANTIHECTICUM POTERII.

℞ ELectrum minus, paratum ex regulo anti-

monii & martis, simulque jovis æquali proportione.

Pulverisetur minutim. Adde & misce exquisitè Nitri pulverisati triplum,

In crucibulo calcinentur cum leni detonatione, & igniantur, sicque stent per aliquot horas. Refrigerata abluantur aquâ dulci, & iteratâ affusione liberentur à nitri salsedine. Pulvis in filtro chartaceo residuus servetur.

Antimoniale & joviale hoc medicamentum cognominis sui mensuram implet, & in calore habitum acquirente, phthisicaque extenuatione singulare habetur arcanum. Aliis etiam pulmonum, hepatis & uteri affectibus medetur.

Dosis à gr. vj. ad viij. vel per se, vel cum aliis pectoralibus, jusculo, horis matutinis usurpatur.

TITVLVS X.
DE
SPECIFICIS CORDIALIBUS.

PRæcipuum in Medico, qui ægrotum curat, ut cor benè defendat, & postcà morbum aggrediatur. Ejusmodi autem medicamenta cor contra omnem injuriam defendentia dicuntur cordialia, quæ præter intemperiem cordis etiam spiritus vitales respiciunt, vel enim debiles odore suo grato reficiunt, vel deficientes restituunt, vel dissipatos leni iterum adstrictione congregant, & infectos mundant. Quorum duo sunt genera, quædam nimirum calida, quædam frigida.

Inter medicamenta cordialia Chimica, sequentia specifica primas obtinent partes.

CRO-

CROCVS AVRI SEV SOLIS PVRPVREVS.

℞. AVri finiss. per antimon. purgat. & subtiliter laminat. ℥ß. Sal. nitri optimè purificati Sal. comm. seu gemmæ ana ℥viij. Alumin. crud. ℥v.

Misceantur, immittanturque cucorbitæ vitreæ, quibus superaffundatur Aq. simpl. q. s. pro dissolutione dictorum salium: Coquantur pòst in arena, igne moderato, ad spissitudinem vel siccitatem salium pristinam. Aurum totaliter solvetur, & salibus permiscebitur; quibus denuò aquæ simpl. q. s. pro dissolutione dictorum salium & auri, affundatur; filtretur solutio solis flava, aureique coloris; cui guttatim instilletur Ol. tartari per deliq. facti q. s. quousq; aurum totaliter fundum petat: quod per filtrum ab aqua salsa separandum, & aquâ dulci recenti sæpiùs affusâ, probè edulcorandum, tandemque exsiccandum, & (si lubet) igne lento per horæ quadrantem calcinandum est. Erit Crocus solis pulcher aspectu purpureo-violacei coloris; si benè operatus fueris: *Sudoriferum & cordiale insigne. Dosis ejus est a gr.* iij. *ad* vj. *&* viij. *in liquore convenienti.*

FLOS AVRI PRETIOSVS.

℞. AVri per antimonium purgati ℥ß. Spir. salis q. s. Solvatur aurum, & attenuatum teratur cum 7. partibus salis armoniaci depurati, in alembico cœco sublimetur, ut flos auri unà cum sale armoniaco evehatur, qui posteà abluitione edulcorandus.

Non

Non contemnendæ virtutis hic Flos auri medicamentum est & cordiale eximium. Dosis a gr. jv. ad vj. in vehiculo specifico.

MAGISTERIVM AVRI.

SOl in balneo antimonii purificatus, laminatus irrigatur spiritu salis balsamico, proprio sale, quantum appetit, inebriato, inque cinerum calore pedetentim solvitur. Quando omnes lamellæ sunt assomptæ, clara solutio decapulatur, eique quantitas sufficiens lixivii ex sale tartari parati affunditur. Tunc subsidebit calx auri, instar cujusdam luti, quæ aquâ calidâ probè edulcoranda & leniter exsiccanda. Calx hæc est κεραυνοβόλος, & denuò in spiritu salis marini digeritur, resolvitur, rursus liquore marino ad fundum repercutitur, & aquâ calidâ destillatâ ab omni salsedine liberatur.

Hoc Magisterium auri egregiis viribus cor roborandi præditum est. Maximè efficax est, & potentius operatur, quàm cum in solido suo corpore consisteret, ejusque virtutes calor noster de potentia in actum facilè traherei & sic naturam excitare potest, ut causis morbificis validè resistere, easque extrudere valeat.

MAGISTERIVM PERLARVM BVTYRACEVM, FARINACEVM, PLVMOSVM PER PRÆCIPITATIONEM PARATVM.

R. Mar-

℞. Margaritas orientales, quò majores, eò meliores, totas, sui similes (non æstimentur occidentales, quæ levi splendente cortice obductæ, silicenm intus ferunt lapillum) Spir. Vitrioli Philosophici vel Phlegmatis vitrioli q. s. Stent per diem integram. Ebullitione cessante, effundatur menstruum impregnatum, cum eo, quod jam sponte suâ præcipitatum adparet. Novum menstruum solvens adfundatur, priori, cessante ebullitione, jungatur. Si quædam Margaritæ non solventur in totum, in mortario vitreo terantur vitreo pistillo & comminuantur, & priori soluto adjiciantur. Tandem omnibus collectis liquoribus adfundatur spiritus vitrioli generosior. Sic præcipitabuntur atomi margaritarum corrosarum omnes, & ad fundum cadent. Spiritus acidi adfusi, liberi jam ab atomorum consortio sensim defundantur, colligantur, serventurque seorsim. Super atomos affundatur aqua fontana ad edulcorationem. Tandem per manicam chartaceam colaturâ institutâ Magisterium exsiccetur, ac ad usum servetur.

Vires cordiales sunt mirabiles. Dosis à gr. vj. *ad* viij. *&* x. *Exhibentur in aqua cordiali temperata, affectus calidi negotium cum cordi facessunt; in vino odorato, cum frigidi.*

MAGI-

MAGISTERIUM CORALLORUM BUTYRACEUM, PLUMOSUM, PER PRÆCIPITATIONEM FACTUM.

℞. Corall. rubr. fragment. vel ram. q. ſ. Spir. vitrioli Philoſophici, aut Phlegmatis vitrioli itidem q. ſ. In vitro miſce. Apparebunt alia ſurſum emergere, alia fundum decidere, ſicque per ἐνάντησιν ſibi occurrere. Solutum defunde. Alium menſtruum affunde. Tandem præcipitatio inſtituatur per ſpiritum vitrioli, edulcoratio & exſiccatio.

Cor & ſpiritus vitales mirificè confortat, ſanguinem mundificat, & putredini reſiſtit.

Doſis eſt à ℈ß. ad ℈j. Exhibetur in convenienti vehiculo.

ELÆOSACCARUM CITRI.

℞. Aq. roſar. ℔iv. Extract. cortic. citri ℥viij. Deſtilla per veſicam, ſepara oleum ab aqua, rectifica & ad uſum reſerva. ℞. Sacchar. alb. ℥vj. Ol. citri rectificati ℥ij. Miſce, & habebis Elæoſaccharum Citri odoratiſſimum. Eſt alius ſecretior Elæoſaccharum citri & aurantiorum parandi modus, videlicet ex eorum corticibus externis & recentibus ſuccus oleoſus expreſſus & cum ſacchar. cand. alb. q. ſ. mixtus, & benè incorporatus; quod Elæo ſaccharum odore & ſapore longè ſuavius, præſtantius, & paratu etiam facilius eſt.

Ad

Ad cordis & ventriculi imbecillitatem juvandam, concoctionem promovendam, flatus discutiendum salubre est. Insuper venenis adversatur: oris halitum commendat, & suavitatem accersit. Vino etiam permixtum, illud suavissimo suo odore & sapore magnificè illustrat.

Dosis à ℈ß. ad ℈j. in vehiculis convenientibus.

MARGARITÆ TROCHISCATÆ.

℞. Sal. perlar. orient. candidissimi, atq; ab omni aceto sitate liberi ℥j. Solve in aq. roris masal. supra triticum collectæ, vel in alius cordialis q. s. Solutioni guttatim immitte Spir. vitrioli rectificat: quantum ad præcipitationem requiri videbitur, & præcipitabitur pulvis albissimus ad fundum, quem remoto phlegmate edulcora & exsicca, ut est artis; Verum enim Margaritarum Magisterium habes. ℞. Hujus Magister. ℥ß. Ol. still. rosar. & cinamom. ana ℈ß. Misce, & cum Gumm. traga canth. in aq. rosar. & cinamom. ana dissolut. fiant l. a. Trochisci parvi, quos, thesauri instar, custodi & ad usum repone.

Ad cordis affectus, utpotè dolorem, angustiam, tremorem, pulsationem, palpitationem & animi deliquia &c. Item in dolore capitis, vertigine, epilepsia, apoplexia, paralysi, contracturis, nervorum resolutione, convulsione, phrenitide, melancholia, mania, arthride, podagra, tabe, aridura, marcore senili, calculo, hydrope, scorbuto, morbo Gallico, febribus &c. summum est confortativum. Sanguinem enim purificant. Omnes sensus, cerebrum, memoriam, & cor confortant, totumque corpus sanum conservant. Naturam internam & fœtum in utero fortificant, semen

semen humanum augent, lac muliebre emendant. Oculorum nebulas detergunt. Catarrhos absumunt. Et Margaritæ hæ trochiscatæ à multis Magnatibus hactenus satis sunt comprobatæ, instar secreti æstimatæ, auroque potabili in effectu æqui paratæ.

Dosis pro natura infirmi, & judicio præsentis Medici à gr. vj. ad viij. in vehiculis appropriatis & specificis.

BALSAMUS SOLIS SEU AURI.

QUemadmodum è sulphure crudo, item metallis imperfectioribus, utpotè ferro & mineralibus, nimirum antimonio &c. per olea destillata, sive ex junipero, terebinthina, cortic. citr. aniso &c. tincturæ elici possunt ob balsamicam symbolizationem ac amicitiam, quâ olea destillata feruntur ad sulphura simplicia metallorum & mineralium; pariter ex auro, cum prædictis oleis destillatis, quocunque horum denique libuerit, tinctura elici potest: si nempè croco sol horum oleorum alterum superaffundatur, ad supereminentiam unius vel duorum digitorum transversorum, desuper autem de spiritu salis rite destillato s. q. guttatim infundatur: brevi denique & leni digestione peractâ, apparebit Color & Tinctura Auri in affuso oleo, quod filtrandum.

Hic Balsamus *non minimas virtutes exerit in roborando corde, exulcerationibus internis, febribus malignis, & peste denique ipsa: In quibus infirmitatibus cùm præservativè, tùm curativè adhiberi potest, idque à guttis vj. ad x.*

BALSAMUM CORDIALE SENNERTI.

℞. OL. ſtill. citri, caryophyll. cinam. rorismar. ana ℈ß. Ambr. gryſ. Moſchi laudatiſſ. ana gr. vj. Extr. croci gr. vjj. Confect. alcherm. ℈ß. Ol. nucis moſchat. expreſſ. q. ſ. Miſc. fiat Balſamum.

TINCTURA AURI.

℞. AUri puriſſ. ʒß. Aq. reg. ℥j. Solvatur in phiola, deindè deſtilletur ex retorta vitrea parva ad ſiccitatem usque in primò caloris gradu; poſteà affunde aq. comm. deſtill. vel etiam Spir. roris ℥ij. deſtilleturque iterum ad ſiccitatem usque, & retinebis in fundo pulverem dulciſſimum; aqua verò erit inſtar aquæ fortiſſimæ. ℞. Pulverem hunc ſubtiliſſimum auri, Spir. ſalis dulcis aurei ℥iij. roris rectificati ℥vj. Miſc. Digeratur in phiola, per primum caloris gradum, dies ſex vel octo, & erit tinctura aurilis ſeu auri. *Doſis eſt gutt. v. ad x. in liquore aliquo ſpecifico.*

Spiritûs Salis dulcis aurei deſcriptio hæc eſt.

SPir. vini rectificati ℥ij. ſalis rectificati ℥j. Pulv. ſubtiliſſ. auri ʒß. Miſce ac deſtilla in cucurbita vel retorta vitrea per primum caloris gradum ad ſiccitatem usque, idque ter, & habebis ſpiritum ſalis dulcem, aureum.

TINCTURA GRANORUM ALCHERMES.

SPir. vini rectificatiſſ. ℥iij. Gran. alchherm. ʒß.

Cinamom. Caryophyll. ana ʒij. Digere in phiola per primum caloris gradum dies 3. deindè cola; *& est tinctura hæc cum aq. cinamomi, vel vino Hispanico mixta egregium medicamentum cardiacum.*

TINCTURA SACCHARI.

℞. SAcchar. alb. pulverisat. ℔j. pone in cucurbitam, vel matracium cum duobus cochlearibus aceti destillati: digere super cineres calidos per 6. horas: deinde superfunde Aq. vitæ rectificatæ q. s. seu ut supernatet ad duos digitos: digere, donec coloretur: posteà aquam tinctam effunde, & aliam toties affunde, donec ulteriùs non coloretur. Tùm menstruum per balneum evoca. Tinctura sive essentia rubra manebit in fundo, quæ cum aquis cardialibus circulari debet.

In syncope & deliquiis animi cum aq. Cinamomi & rosarum exhibita egregium auxilium præbet.

TINCTURA EX VITRO ANTIMONII EGREGIA.

℞. VItrum, quod in præparatione Reguli antimonii *Basil. Valentini* omnes ferè Chimici abjiciunt. Contunde hoc vitrum in mortario calefacto, cavendo, ne quid humiditatis ab aëre contrahat, quod satis facilè provideri potest; hoc pone in phiala, ex quo alcohol vini tincturam extrahit pulcherrimam rubri coloris, instar sanguinis.

C

Cardiacum præstantissimum est hæc tinctura, sumatur ad guttas 30.40. vel 50. in liquore convenienti; idque si velis, bis aut ter per diem; tutò enim sumitur, & totum recreat hominem.

ELIXIR VITÆ REGIUM.

℞. SPir. vini optimè rectificati ℔ij. Fl. rosa rec. sale condit. ℔j. Abstrahatur, brevi facta digestione, spiritus à rosis, per alembicum vitreum, capitello ejusdemque rostro immissi & destillato spiritui tandem cum subsequentibus aliis immersis, Ambr. grys. ʒß. Moschi orien ℈ß. Item Spiritui egresso, Lign. aloësgummo ʒß Flaved. rec. citri extim. ℥iß. aurant. ʒß. per diem unum atque alterum infund. factâ pòst colaturâ, instilletur spiritui colato & essentificato fragranti, Ol. still. cinamomi, non adulterat. ʒj. Quod statim in eo dissolvetur, nullâ guttâ amplius apparente; & fiat sic Elixir præstantissimum, verè Regium. Qui illud syrupo de cinamom. vel de cortic. citri edulcorare voluerit, poterit ejus uncias sex circiter addere: ita enim illud palato gratius efficietur.

Hoc in corde roborando admirandas vires obtinet. Dosis ejus est à ℈ß. ad ℈j.

ELIXIR CITRI CORDIALE.

℞. COrtic. Citri flav. rec. ab albicante medulla separat. ℔ß. Spir. vini non rectificati ℔ij. Succ. citri opt. ℔ß. Stent in digestione per tres dies & noctes, sæpiùs bacillo agitando.

℞. Colatur. hujus per linteum fact. Aq. scorzoner., saccharo edulcorat. ana. Misce, cola per chartam bibulam rariorem. In colato suspendatur nodulo inclus. Croci orient. ʒj.

S. Citron Elixir.

HVjus vires in corde corroborando sunt satis laudabiles.

AQUA PERLARUM.

℞. AQ. 4. Cordial. ana ℥ij. Aq. Cinamom. ℥j. Sacchar. perlat. ʒx. Succin. alb. super marmore lævigati ℈ij. Magister. perlar. ʒß. Misce. *Detur cochleare semis.*

LIQUOR PERLARUM EGREGIUS.

INter Spiritus Saturni destillationem prodit simul oleum rubrum in guttulis rubris, exindeque totum, quod prolicitum est rubescens videtur. Quod si igitur rectificatur, habebis quatuor diversa menstrua, spiritum ardentem nempè, qui primo loco prodit, deindè oleum flavum, quod secundo loco; tertium est phlegma, quartum est oleum rubrum, quod in rectificatione in vase manet. Rectificatio autem sic fiat: Omne quod à prima destillatione ex saccharo prodiit, per parvam retortam tantùm vapore balnei lento destilletur, ac prodeunt illa omnia, quæ seorsim sunt servanda.

Spiritus guttatim tantùm prodit, sine ullis venulis in collo retortæ apparentibus. Oleum flavescens prodit cum venulis obliquis tantùm

ceu

ceu vinum ardens. Aqua verò seu phlegma cum venulis rectis. Exindè igitur eorum separationes æstimandæ sunt. Cum spiritu & phlegmate est elegans admodum præparatio perlarum. Eæ nimirum in marmore statim tritæ solvuntur in eodem phlegmate, posteà solutæ & à fœcibus liberatæ cum pauxillo spiritûs ejusdem affuso iterum præcipitantur in liquorem instar spermatis, tantæ volatilitatis, ut etiam visu dignoscantur in auras abire. Hæ cum spiritu vini posteà extractæ, vel cum eodem spiritu vini planè per retortam actæ, *cordiale præbent, tantarum virtutum, quantas nulla alia perlarum præparatio alioquin polliceri potest. Dosis gutt.* j. *vel* ij. *in aqua cordiali.*

LIQVOR AVRI POTABILIS.

SI calx auri cum oleo flavescente Saturni, quod in rectificatione secundo loco prodit, per aliquot dies circuletur, compages ejus in liquorem solvitur.

Hujus usus est contra venena non contemnendus. Imò sæpè visum est ab ejusdem guttis jv. *ad* vj. *vel etiam* viij. *in vino exhibitis, etiam eos, qui existimabantur morti proximi, refocillatos fuisse.*

Multùm autem præstat in epilepsia, apoplexia, paralysi, cordis palpitatione, lipothymia, syncope & cæteris capitis ac cordis morbis.

ACETVM AROMATICVM, ODORATVM INCOMPARABILE.

℞. Radic. Ireos *Florentin.* ℥vj. Fl. lavend. rosf. rubr. tunic. ana ℥ß, Caryophyll. Cinnamom. acut. ana ʒij. Nuc. Moschat. Galang. mim. Zedoar. ana ʒiß. Cortic. citri, aurant. ana ʒij. Styrac. calam. Myrrh. rubr. Benzoin. ana ℈iij. Flor. v. Fol. rorismar. rut. majoran. salv. ana ℈iß. Gall. Moschat. ver. Lign. aloës Santal. citrin. Spic. *Indic.* ana gr. xv. Aceti vini violati q. s. Misce & acetum tinctum & benè imprægnatum usui servetur.

Acetum hoc nobile cum intincto panno lineo naribus, odoris ergò recipiendi, admotum cerebrum confortat, sensus excitat, spiritus recreat, animique defectione vires quasi emortuas copiosè restaurat, cæterisque cordis affectibus opem unicè præstat.

SPIRITUS ET TINCTURA CORALLORVM.

℞ Salis corallor. variis solutionibus, filtrationibus & coagulationibus depurati ℔j. Ille retortæ luto munitæ indatur, atque blando igne primùm phlegma, seu aqua insipida proliciatur. Aucto igne, & mutato recipiente, spiritum excipies, cum exigua portiuncula olei veri; ambo fragrantissima & rubicundissima.

Hujus spiritus seu tincturæ vis est admirabilis in corde exhilarando, cerebro reficiendo & in

& in aliis, uti influxionibus capitis, quas sistere valet. Sanguinem pariter repurgare, immoderatos mulierum menses reprimere, fluores albos exsiccare, & alia miranda præstare traditur.

SPIRITUS SALIS CORALLATUS.

PAratur hic ex corallor. pulverisatorum ℔ß. Sal. comm. ℔iß. Terantur invicem in marmore, & destillentur ex retorta, observatis ignis gradibus; prodibit Spiritus sale corallorum impraegnatus.

In affectibus cordis, palpitatione scilicet, lipothymia maximarum est virium. Dosis est ℈ß. in aqua aliqua conveniente.

SPIRITUS VITRIOLI CORDIALIS ANGELI SALÆ.

℞. OSsis cervin. mense Junio recenter albissimè calcinati ℥vj. Spir. Vitrioli acid: ℥viij. Immitte in calcinationem & arescetur ita, ut in pulverem possis redigere; stent ita ad decem dies, deindè per retortam magnam destillentur, & liquor elicitus servetur.

Cordiale præstantissimum est; febribus item omnibus salubre medicamentum, & contra putredines imprimis salutare est.

AURUM POTABILE NOBILISSIMUM.

℞. ACetum bonum, quod destillabis tamdiu,

donec incipiat inſpiſſari ; aceti magna copia eſt deſtillanda, ut habeas feces ad ſufficientiam, quas retortæ impones, & extrahes aceti reſiduum, & cum videris oleum egredi, mutabis recipientem, & dabis magnum ignem, quouſque nil amplius exeat. Accipe feces reſiduas in retorta, & calcina benè, poſteà novæ retortæ imponito, addito aceto jam deſtillato, reitera deſtillationem, circa finem magnum ignem dabis : calcina iterum feces, & toties deſtilla, quouſque acetum ſecum retineat totum ſalem, tunc ſufficiens eſt ad ſolvendum aurum modo ſequenti.

℞ Aurum benè calcinatum, pone in matracio, affunde de tuo aceto, & claude collum diligenter, pone ſupra cineres calidos & diſſolve, quæ ſolutio fiet paulatim, non ut illa, quæ fit in aqua regia, ſed lentè, quia eſt diſſolutio Philoſophica & Magiſtralis. Ubi diſſolvens ſatis extraxit, quod viſu dignoſces, effundes in retortam, & deſtillabis diſſolvens, & aurum manebit inſtar gummi aut ſalis, affunde iterum diſſolvens ſupra calcem ad diſſolvendum, & procede ut anteà tamdiu, donec habeas tincturam, quam ſeorſim ſervabis. Accipe antimonii calcinati q, v. quod pones in alembico, ſeu alio vaſe vitreo, affunde acetum deſtillatum, quò debilius, eò melius, ſupernatet acetum ad altitudinem trium vel quatuor digitorum, maceretur 24. horis, moveatur quinquies vel ſexies in die cum ſpathula lignea, filtretur poſteà acetum, & ſuperinfundatur aliud, ut habeas magis purum, quod poſteà evaporabis ad dimidietatem, refrigeſcat deindè, & pars ſalis

coa-

coagulabitur in glaciem, quam auferes cochleari igneo perforato: posteà reliquum evaporet, ut totum salem habeas, quem paulatim siccabis, ita procedes, donec habeas salis copiam pro libitu. Accipe illum salem, & pulverisatum pone in cucurbita ad dimidietatem plena, obtura benè, pone in balneo per 50. dies, ut aqua fermè bulliat, & sal dissolvetur quasi totum.

Posteà pone retortam supra cineres in vase ferreo, adjunge recipientem, benè lotatum & siccum, ne spiritus evanescant. Ignis sit ab initio lenis, augeatur posteà, prout dissolutio requirit, & aqua vitæ jam instar venarum ingredietur recipientem, jam instar vaporum, & circa finem oleum veniet rubicundum, tunc augebis ignem suprà & infrà, ut tota retorta incandescat 24. horas, refrigeretur, ut spiritus quiescant, nihil movendo per totum diem.

Tunc materiam collocabis in alembicum & destillabis in B. M. aqua vitæ ascendet primò subtiliter, & oleum manebit in fundo.

Accipe aquam vitæ, & pone supra salem auri, & sigillo Hermetis munitum pone in balneo tepido per 40. dies, si totum gummi non est dissolutum, effunde illud, quod est dissolutum & rubrum instar sanguinis, in aliam retortam, & affunde aliam aquam vitæ, sigilletur & ponatur in balneo, ut prius, hoc reiteretur, donec totum gummi sit dissolutum, & quod dissolutum est, servetur in balneo, ita enim erit efficacius.

Accipe omnes dissolutiones, & pone in retorta supra cineres, luta recipientem, & da parvum

ignem ab initio, & aqua vitæ exibit, & ubi to
aqua exierit, oleum egredietur rubrum inst
sanguinis, quod innatabit aquæ, tunc augend
ignis, & circa finem tota cucurbita sit ignita,
si nil ampliùs egreditur, habes dissolutionem
forma olei natantis supra aquam; si aliquid
quod non exierit, aut aquæ supernatet, affun
aquam vitæ, & procede modo dicto.

Dosis hujus auri potabilis consistit in jv. v. *vj. guttis in cochleari aqvæ appropriatæ, aut in sp rituro sarum. Nobilius ac præstantius cordis co fortativum nos in tota Republica medica non h bemus.*

OLEUM SOLIS.

Rubini solis cum alcohole vini mixti si effi tificentur, in oleum & admirandam medi nam abeunt, *cujus unica gutta cor admodum c fortat, & deplorata animi deliquia curat, si debit vehiculo offeratur.*

OLEUM CINAMOMI.

℞. Cinamomi acutissimi, & quod minores stulas habet, in frusta majuscula confi cti, non minutim pulverisati, ne exhalent part tenuiores, ℔ij. Vini albi generosi parùm, ut roretur. Aq. fontan. Mensur. iij. vel jv.

Per vesicam destillata aqua lactea turbida, leo spicei coloris mista, partim in fundo, part in corona liqvoris, ponatur in cellam. Ole in fundo subsidens, quod cum ol. caryoph commune habet, ab aqua separetur, & ad us servetur. Ex ℔j. vix ℥j. olei. Si aqua exp

tu

ur melior, adhibeatur vinum generosum: si plus olei, aqua.

Hujus vires à temperamento sunt tales: calefacit, exsiccat, intemperiem cordis, viscerumque reliquorum, jecoris, ventriculi, cerebri corrigit. A proprietate eadem roborat, actionibusque singulis vigorem addit.

Dosis est à gutt. j. ad ij. & iij. in vino vel alio vehiculo appropriato.

OLEUM CARYOPHYLLORUM.

℞. CAryophyll. vel integr. vel grosso modo contus. ℔ij. Sal. culin. M. ß. Tartar. vini rubri ℔ $\frac{1}{4}$ Aq. fontan. ℔xx. Stent in digestione per octiduum. Pòst destill. per vesicam & refrigeratorium. Oleum in fundo subsidens ab aqua separetur per clepsydrum tritorium.

Confortat mirificè cor & cerebrum. Ventriculo languenti ex frigida intemperie materiali vel immateriali succurrit, coctionem promovet. Dosis ejus est à gutt ij. ad jv. in jusculo vel vino Rhenano aut Hispanico.

Exteriùs cum nucismoschatæ oleo expresso mixtum, in balsami forma ventriculi regioni admotum eundem confortat. Per se dentibus dolentibus cum gossypio inditum, dolores eorundem sedat.

ESSENTIA CITRI LIQUIDA ET SUBACIDA.

℞. SAcchar. cand. albiss. pulverisat. ℔j. Succi oleosi ex rec. citri cortic. expressi ℥j. vel ℥iß. Ol. citri rec. destillat. ex recentibus & non putrefactis, aut diu maceratis corticibus ʒiß. Misceantur.

sceantur & agitentur diu, ut probè uniantur, qui-
bus addatur Succi citri depurati ℔ß. Misce leni-
simo calore, fiatque essentia syrupi ad instar subo-
cida & delicatissima.

ESSENTIA CITRI SICCA.

℞. SAcchar. alb. vel cand. pulverisat. ℔j. Et in-
spra ignem in patella, cum succo ex citri
corticibus extimis expresso, nonnihil dissolvatur
ac si Rotulæ confici deberent, cui demùm refrige-
rato & exsiccato saccharo, adde Ol. citri ex re-
citri cortic. destillat. ʒiij. vel ℥ß. Fiat Es-
sentia.

Delicata admodum & præstantes sunt hæ Essentiæ ad cordis & ventriculi imbecillitatem juvandam: venenis etiam adversantur; oris halitum commendant. Vino permixtæ, illud suavissimo odore & sapore magnificè commendant.

ELECTUARIUM PRETIOSUM.

℞. COnserv. fl. tunic. rosar. rubr. vitriolat. ana
℥iv. Elæosacch. citri ʒiij. Tinctur. cora-
lor. ver. Magist. perlar. orient. ana ʒj. Gran. tinct.
Corn. alc. spagyric. calcinat. ℈iiß. Mastich. e-
Lign. aloës, Galang. min. Cardamom. min. ana
℈iß. Nuc. Moschat in *India* condit No. 1. Lapi-
5. prætios. præp. Ambr. gryſ Extr. Croci orient. ana
℈j. Moschi *Alexandrin*. Oss. de corde cervi ana ℈.
Auri potab. ʒij. Ol. still. cinamom. Macer. ana
gt. x. caryophyll. rosar. ver. ana gt. v. Misce, & cum
syr. granor. Chermes f. s. a. Electuarium.

Hoc Cordiale est nobilissimum contra tremorem & pulsationem cordis; item ad animi deliquia me-

dici-

camentum mirabilius, præstantius & efficacius in a Republ. Medica non habetur: Datur ma-o juvamine senibus, debilibus & agris convale-entibus, quia spiritus vitales & animales in omni-s membris recreat atque fortificat; humidum dicale renovat; voluptatem parit, vertiginis, epi-psiæ, apoplexiæ, lepræ, podagræ, scorbuti & hydropis rum prophylacticon.

Dosis ejus est à ʒß. ad ʒj. per se, vel in vehiculis propriatis.

Titulus XI.
DE SPECIFICIS STOMACHICIS.

TAnta est ventriculi affinitas & conspiratio cum reliquis totius corporis partibus, ut ex ejus vel minimo errore cæteræ particulæ atim in consensum trahantur, & ita infinita pro-modum mala procreentur. Hinc medendi te instructi omni tempore in id unicè incum-ndum putarunt ut in pharmacopoliis semper e-smodi medicamenta cum cæteris extarent, quæ ntriculum benè valentem in suo esse vel conser-rent, & ab omni læsione tuerentur, vel morbo pressum iterum ad sanitatem reducerent. Hæc rò sunt variorum generum. Quædam enim ntriculus per os ingressa excipit; quædam rò extrà applicantur formâ olei, inunctionis, menti, linimenti, cataplasmatis, epithematis, culi. Ex his è Chimicorum numero sunt se-entia, elegantiora, nobiliora, & sæpiùs proba-quæ jam in medium producemus.

SPI-

SPIRITUS VITRIOLI VENERIS

Hic eodem planè modo, quo Spiritus vitrioli martis destillandus est, per retortam nimm rum probè lutatam igne aperto, ad extremam radicalis humiditatis, oleique rubri expulsionem continuato igne, & ad ultimum gradum usque ad aucto, spatio duorum dierum.

Virtutes hujus Spiritûs in roborando ventriculo ad medendum morbis capitis, febribus extinguendis hystericis sublevandis, aliisque morbis curandis, non sunt exiguæ.

Dosis ejus est à gutt. v. ad x. in vehiculo specifico.

SPIRITUS AROMATICUS.

℞. Cardamom. acutiss. ℥ij. Fl. rosar. rubr. ℥ Santal. citrin. Nucis moschat. Cubeb. ana ℈ij. Gran. paradys. berber. ana ℥ij. Caryophyll. Galang. ana ℥ß. Sem. anis. fœnic. ana ℥ Spir. vini opt. ℔vj. Misce, & per 24. horas dige in arena, posteà destilla, affusâ aquæ pluviati ℔j. ad tertiæ partis remanentiam: quod procedit in recipiente, est Spiritus aromaticus dictus cujus vires sunt mirabiles; *calefacit enim & siccat attenuat, stomachicus est & cardiacus, conducit in morbis frigidis, & ubi refectione opus est.*

Dosis à ℥j. ad ℥ij. aut ℥iij.

SPIRITUS SALIS RECTIFICATUS.

℞. Spir. salis non rectificat, q. v. destilla ex cucurbita vel retorta vitrea in primo calore gradu, & transibit phlegma nullius ferè saporis;

ptum

tum tamen ad tincturam rosarum extrahendam, ujus usus refrigerare interna; cum acidum referre incipit saporem, signum est, nihil amplius restare phlegmatis; extinguatur itaque ignis, & quod in fundo manet, spiritus salis rectificatus est.

Vires hujus spiritûs in cor roborando ventriculo sunt egregiæ.

Dosis ejus est à gutt. iij. *ad* vj. *& etiam* iij.

PIRITUS SALIS VITRIOLISATUS RECTIFICATUS.

℞. SAl. comm. decrepit. Vitriol. crud. ana ℔ ß. Misc. & fiat pulvis subtilissimus, destilleturque ex cucurbita vitrea vel terrea per alembicum, à secundo gradatim ascendendo ad quartum ignis gradum; deindè ex retorta vitrea per primum caloris gradum extrahatur phlegma, quod remanet est spiritus salis vitriolisatus rectificatus, *cujus vires cum superiori sunt eadem, nec in dosi excedit.*

SPIRITUS SALIS SIMPLEX.

SPiritus salis variis modis paratur: nobis verò sequens videtur utilissimus.

℞. Sal. comm. vel. marin. q.v. Solve & coagula aliquoties, si libet. Hunc salem vel in hypocausto vel alio loco calido siccatum misce cum terra figulina sicca æquali quantitate (adjectâ aquâ conveniente sufficienti) exempli gratiâ, ana ℥iij. & forma indè orbiculos rotundos seu oblongos nucis avellanæ magnitudine. qui siccentur.

Exsic-

Exficcat s retortæ inde, apteturque recipiens am-
plum, & clausis commissaris admoveatur igni
gradatim. Primò exstillabit humor aqueus, hùn
sequentur albi spiritus. Augeatur ignis, & e
dem gradu servetur, ne spiritus remittant, idqu
eo usque, donec nihil spirituum ampliùs egredia
tur, refrigerato vase, invenietur spiritus salli
qui repetitâ destillatione per alembicum recti
cetur.

*Hic spiritus 1. singulare est specificum in o-
mnibus stomachi vitiis & imbecillitatibus
nam mirificè eum roborat, in aq. menth. cris
sumptus.*

2. Excitat appetitum, ex aqua absinth.

*3. Appetitui canino, item dolori pleuritic
tumori stomachi ardorique gulæ medetur, in a
centaur. min.*

*4. Concoctionem ciborum mirificè juvat,
aq. menth. crisp.*

*5. Cruditates tollit, ventos & flatus di
sipat.*

*6. Intemperiem frigidam ventriculi cor
git ex, eadem aqua.*

*7. Præterea renovat hominem, præsertim
aliquot folia auri in eo solvantur, quia sal omn
præservat.*

*8. Leprosos & alios tàm virorum quà
m*

mulierum morbos in vino sumptus sanat, & sanguinem mundificat.

9. In hydrope miscetur sali absinthii; vel aliquot guttæ in aq. absinth. quotidiè, donec hydrops, quod fit in paucis diebus, evanescat, sumuntur.

10. Ad confortandum caput, datur in aq. betonicæ.

11. Ad cor, in aquis cordialibus, ut meliss. borrag.

12. Ad hepatis vitia, in aq. cichor. Phthisicis autem & hæmoptoicis, quibus membrum aliquod principale læsum, non datur sine periculo.

13. Ad lienis imbecillitatem, in aq. scolopendr.

14. In peste, cum aqua appropriata cordiali. Infecta etiam regio si illo ungatur, apostema retrocedit, & venenum sine noxa expellitur per aliud emunctorium. Si guttæ quatuor cum electuario juniperi offerantur, exspectato sudore, ut singulare commendat Theophr. Paracelsus in peste & venenis: quia confortat cor, & sanguinem purificat.

15. In aceto si offeratur, pellit sudorem Anglicum.

16. Renes & vesicam expurgat, calculum ...
rumpit.

17. Lumbricos pellunt aliquot guttæ in aq...
absinthii.

18. In colica quatuor vel quinque guttæ in ...
vino forti, præsentaneum remedium.

19. Pellit febres, in aq. card. bened.

20. In ictero quatuor guttæ prosunt, conti...
nuetur, donec patiens sit restitutus.

21. In passione iliaca, dysenteria, paralysi...
apoplexia, podagra datur commodè.

22. Vlcera etiam interna sanat.

Ab extrà usus quoque ejus egregius est.

1. Cum aquis appropriatis mixtus, parti
dolenti podagricæ inungitur.

2. Penetrat omnes venas, arterias, carnem
ossa, & promovet omnium ulcerum curam.

3. Vbi membra contracta, & de sede mot...
sive sit contractura, sive apostema, inunct...
instituatur cum unguentis appropriatis.

4. Sic omnia ulcera cacoëthea, insanabi...
fœtida, ut fistulam, cancrum, lupum & si...
lia phagadænica cum inunctione continuata...
parvo tempore sanabis. Dosis internè à g...
iij. ad vj. viij. & x. in vehiculo conve...
enti.

Observandum. Cùm diversa terrarum...

tera sint, & alia aliis puriora, argillaque cui sal immiscetur ad eliciendum spiritum alicuius veneni ob varias rationes arguatur, periculosum videtur in hoc destillandi processu tale quiddam sumere; Consultius verò, ut argillæ loco eligantur lateres novi cocti, vel terra sigillata. Sic ergò spiritus salis simplex alio modo convenientiùs destillatur.

℞. Sal. marin. calcinat. part. j. Boli armen. vel Terr. sigillat. *Strigens.* pulveris. part. ij. Cum aqua pluviali in pastam agantur, ut indè fieri possint orbiculi, quibus exsiccatis retortam loricatam ad dimidium imple, & adaptato magno receptaculo, per ignis gradus fortiter destilla, primò phlegma, mox aucto igne, & candente retortâ, spiritum album, qui in B.M. à phlegmate separandus erit. Quod reliquum in cucurbita manserit; spiritus salis nimirum, & feces, ea per retortam destillando separa, & sic spiritum salis elegantissimum cum ente terræ *Strigensis*, vel boliarmeni embryò nato maritatum tenes.

Quòd si pars spiritûs in capite mortuo sese in destillatione receperit, ut ferè fit, tunc per aquam communem simul coquendo, ex eodem sal colligite, ex eodem collecto, & priori modo destillato atque efficacem spiritum prolicies.

Quòd si ex capite mortuo sal toties prædicto modo extraxeris destillârisque, quousque quippiam salis in ipso restiterit, totum salem tandem in formam spiritûs, universas salinorum spirituum

 um

um reliquias refundentem transire facies. *Huj[...] in febribus non vulgaris est usus, si cum aqua & [...]co veronica misceatur, saccharique liquore edulc[...]retur, bis in die ad ℥j. manè & vesperi: In len[...] verò & quotidianis potentior hic ipse, quàm ull[...] alius.*

SPIRITUS VITRIOLI.

℞. Vitriol. calcinat. ℔vj. vel viij. Injiciat[...]tur retortæ benè lutatæ. Huic apte[...] recipiens amplum, commissuris benè clausis. A[...]cendatur ignis, paulatim augeatur. Circiter h[...]ram septimam spiritus albi apparere incipiunt; [...]terum augeatur ignis, & ita continuetur per i[...]tegrum diem. Tandem detur maximus ign[...] atque continuetur hic labor usque ad finem [...]cundi vel tertii diei, donec nulli amplius sp[...]tus egrediantur, quod cognosces, si receptac[...]lum pellucidum appareat. Posteà refrigeren[...] omnia sensim. Rectificetur spiritus in balne[...] phlegmate destillando, donec acidæ guttulæ [...]stillare incipiant, posteà rectifica eundem per[...]tortam vitream incinere, sic exibit spiritus [...]rus; in retorta verò manet oleum rubicund[...] & acre.

Brendelius in *Chimia sua in artis formam red[...] l.1.c.5.pag.* 26. vulgari huic destillationi vitr[...] duos errores impingit; primò, quod calcin[...] vitrioli multum spirituum deperdat, deindè q[...] ignem violentum diutius quàm par est, adh[...] ant, ibidemque singularem modum proponit[...]

Verùm cùm spiritus in calcinatione evanes[...]

tes vix ac ne vix operæ adhibitæ æqui valeant, igitur præstat vulgarem viam calcare cum hac cautela, ne nimium initio calcinetur, neque nimius ignis in destillatione urgeatur. Etenim, uti in omni destillatione, ita quoque in hac pedetentim est procedendum.

Hic Spiritus vitrioli adhuc aliquid aciditatis in se habet, & ita corrigitur.

Sume tempore verno purpureas violas succi plenas, iisdemque affunde spiritum vitrioli vulgari modo paratum, qui, ubi violarum colore tinctus fuerit, eam per chartam bibulam transcola, & usui reserva. Hoc modo aliquid aciditatis amittit, & gratum aliquo modo saporem, colorem & odorem acquirit, *ut etiam ad guttas* xij. *exhiberi possit.*

Spiritum hunc vitrioli multi rejiciunt clamitantes, non esse medicamentum esurinum, sed calidissimum, summoperè desiccans, materias excrementitias in ventriculo coagulans, crustas in ducens, hominem exurens, stomachum penetrans & erodens atque foramine facto, ut in pannis solet, morbi occasionem præbens.

Hi verò nesciunt, multa extrinsecùs adhibita cutem exulcerare, ut sunt allium, sinapi, acetum, succus citri & limonum, spiritus mellis &c. quæ æque ac spiritus vitrioli metalla exedunt, & tamen illa stomachus sine noxa recipit, & ope innati humidi, adjuvante hepatis & cordis calore domat. Sic humores excrementiti, ut bilis flava, atra, æruginosa, & pituita acida in terram effusæ, eam fermentant,

tant, & in bullas attollunt, ob via quæque arrodunt, & tamen corporis partibus internis nihil nocent. Ergò cum his minimè convenientes planè contrarium statuimus, & has sequentes vires tam propria experientiâ edocti, quam multorum doctorum virorum testimoniis adducti, spiritui vitrioli adscribimus.

1. *Valet contra apoplexiam.*
2. *Tollit morbum caducum.*
3. *Valet contra paralysin.*
4. *Contra spasmum.*
5. *Curat tremorem cordis & corporis.*
6. *Omnem debilitatem visûs.*
7. *Surditatem & tinnitum aurium.*
8. *Rheumati capitis & squinantiæ medetur.*
9. *Tussim, asthma & pleuritidem pellit.*
10. *Sanguinem sistit.*
11. *Syncopen curat.*
12. *Appetitum excitat.*
13. *Extinguit sitim.*
14. *Valet ad eructationem stomachi.*
15. *Ad dolorem colicum.*
16. *Ad hæmorrhoides & omnia apostemata.*
17. *In febribus ardentibus & hydrope mirificè confert.*
18. *Curat passiones matricis.*

19. E

19. Dolores iſchiaticos, podagricos frigidos & calidos.

20. Provocat urinam.

21. Vitales & animales ſpiritus reficit.

22. Tàm hepatis quàm lienis obſtructiones aperit.

23. Putredinem curat.

24. Curat lapidem & omnes paſſiones renum.

25. In peſte & febribus peſtilentialibus, morſu ſerpentis, tertiana, quartana, feliciſſimè uſurpatur.

26. Sanguinem mundificat, lepram reprimit, conſervat & auget calorem naturalem.

27. Cum liquore vel vino miſtus & gingivis impoſitus lenit odontalgiam.

28. Illitus quoque ejus prodeſt in tinea capitis aliiſque generibus ſcabiei & pruritûs, cum aq. chelidon. mixtus.

29. Necnon de hæmoptoicis, quibûs vena in pulmonibus rupta, profuiſſe teſtatur Petr. Mmavius Epiſt. Crat. à Scholz. edit. 219. & confirmat *Petr. Caſtellus. epiſtol. 2. Contra Raimund. Minderer*

Doſis eſt à gutt. v. ad x. & xij. in vehiculo convenienti.

Diligenter autem obſervandum in exhibitione

tione hujus spiritûs vitrioli, ne pueris, infanti-bus, aut iis, quibus aliquod membrum princi-pale læsum, detur.

2. Picrocholi ab usu spiritûs vitrioli propter mutuam ebullitionem ac effervescentiam ma-ximè abstinere debent.

3. Mulieribus in magna quantitate non dandus, quia ipsas non modò steriles reddit, ve-rùm etiam utero infensus est.

4. Nec iis, qui orificium stomachi ha-bent exquisiti sensûs, ut nulla acria v[el] acida, sive medicamenta, sive alimenta sum[e]re queant, convenit. In conserva rosarum t[u]-tiùs sumitur, ut & in brodio gallinæ vel ca[r]-nis: acredo enim ejus pinguedine & dulcedin[e] brodii aliquantulum corrigitur.

5. Usus hujus ut & spiritûs sulphuris ac sal[is] rarus & paucus esse debet, neque iis dandus h[ic] spiritus, qui aliquod membrum principale læ-sum habent, sicuti jam suprà monuimus.

SPIRITUS VITRIOLI COAGU-LATUS.

℞. Salis vitrioli, ex capite ejus mortuo summ[è] calcinato, & ab astris impraegnato, legiti-mè extracti ℥iij. Cui affundatur Spir. vitrioli r[e]-ctificati tantundem, & in cucurbita vitrea, ex c[i]-neribus tota abstrahatur humiditas, destillan[do] ad siccitatem salis. Residuo sali in cucurbita [...]

c[...]

rcit er recentis spiritûs vitrioli super affundatur. e eodem modo, quo priùs, destillando, superua humiditas ad siccitatem salis abstrahatur: ac l residuus seu spiritus vitrioli coagulatus, repetis solutionibus, filtrationibus ac coagulationius purificatus, in vitro probè clauso ad usum servetur.

Spiritus hic medicamentum certè divinum & aximè benedictum remedium est. In corroboranо enim languente ventriculo, cujus digestionem romovet, nec non in febribus stomachi, inflamationibus & siti, &c. secretum est. Utitur eam feliciter in omnibus morbis capitis, hepatis ac enis obstructionibus, suffocatione matricis, calculo, tero, peste, morbis epidemicis &c. fortiter enim mpressioni resistit, & à putredine conservat. Dosis, orpore prius evacuato, est saporis in acidum muetio, ita tamen, ut dentes stupidi non reddantur. Exhibetur in jure carnis calido, vel in alio vehiulo appropriato. Cholerici tamen & picrocholi ab us usu planè abstineant.

SPIRITUS DIAPENTE.

℞. Elix. propr. *Paracelsi* ℥j. Spir. theriacal. camphorat. ℥ß. vitrioli rectificati ʒj. tarari rectificati ℈ij. salis rectific. ʒj. Omnia simul niscecantur & digerantur per quatuordecim dies, reserventur usui.

In affectibus ventriculi & capitis multùm valet, umores ventriculi vitiosos educit, siccat & munificat, urinam provocat, & per emunctoria cutis orporis habitum repurgat.

SPIRITUS VENERIS RUBICUNDISSIMUS.

EX vitriolo veneris oleum rubicundiſſimu[m] elicitur per retortam, modo quo educitur [o]leum vitrioli communis. Hic liquor à *Theoph[rasto] Paracelſo* dicitur acetoſus, eſurinus: cujus uſ[us] eſt mirabilis, non in affectibus renum ſolùm [&] veſicæ, item in uterinis affectibus, verùm ve[n]triculum etiam maximè roborat, caput etiam [&] alias partes ventriculo condolentes: pro quo [ac]cipiendum venit Vitriolum veneris ſine corro[ſi]vis factum. *Vſus ejus eſt à gutt* ij. *ad* iv. *cum j[u]ſculo carnis, cum aliqua conſerva manè & ſerò.*

Cautiones circa ejus uſum à Crollio poſitæ, [non] ſunt adeò certæ, ut fortè ipſe exiſtimat. Bilem [qui]dem haud parùm coercet, & inflammationes [ab] ea concitatas facilè compeſcit. Dandum eſt ſe[m]per cum quantitate ſufficienti humiditatis; actu [e]nim ejus aciditas vellicat propinquiores partes, q[uas] actu tangit. In intrinſeco apoſtemate equidem [e]jus uſum non admitterem: ubi namque emolli[en]tia requiruntur, ibi incidentia non ſunt adhiben[da].

SPIRITUS STOMACHICUS VITRIOLI EX MARTE ET VENERE.

VItriolum fiat primùm è venere & Marte [si]ne corroſivis. Totum autem artifici[um] in eo conſiſtit, ut Mars & Venus benè per ſ[ul]phur calcinentur.

℞. Laminati ferri vel veneris (una enim utriuſque via) q. v. ſcinde in fruſta magnituti[nis]

ſer[...]

ſemitaleri, fac ſtratum ſuper ſtratum cum ſulphure pulveriſato in tigillo lutato. Pone in igne circulari; ignis ab initio tigillum non attingat, ſed paulatim admovendo augendus eſt, quem ultimò fortificabis: ita accenſo ſulphure calcinantur prædictæ laminæ, quod intra horam abſolvitur: Ubi autem refrixerunt, exime nigro cineritiam materiam, inſtar æris uſti, & tritam cribra, eamque in olla non vitreata aperta poſitam per transverſum (ut in præparatione vitri antimonii fit) move diligenter, ſupra ignem carbonum, ne liqueſcat, & vitriolum in cupro evaneſcat; id quod etjam fit, ſi venus liqueſcat: ſi ſulphur incenditur vel evaporat, move cum ferreo, ſi ferreum, vel cupreo inſtrumento, ſi cupreum vitriolum facere intendis, de latere ad latus, ubi ferro vult adhærere, tunc ſatis eſt, & ab igne auferatur: pulveriſatam hanc Veneris calcem pondera, & ad quamcunque libram accipe ſulphuris tres lotones, miſce, & in olla pone ad latus, move ſupra lentum ignem, per quadrantem horæ, ultimò olla quaſi candeſcat: Cuprum molleſcit inſtar paſtæ, & ferro adhæret: frigeſcat ac tritum cribretur: adde denuò ad ℔j. tres lotones ſulphuris, calcina, ut antè, per horæ quadrantem. Hoc quinquies, vel ſexies, vel ſepties repetitur, tunc calcinatio eſt abſoluta. Nota diligenter, ut calx ſemper benè ſiccetur: & ad ℔j. ſaltem ℥j. cum dimidia ſulphuris præcisè ſumatur. Calcem metalli tritam minutiſſimè accipe, & affunde in patina lignea aquam calidiſſi-

mam

mam, solvetur calx, & aqua è Venere erit cœru-
lea, cola, colatam evapora supra ignem inco-
quendo mediocriter, donec quasi crustam acqui-
rat, reliquum in frigido concrescat, sic habebi
è cupro pulcherrimum Vitriolum cœruleum,,
ferro viride.

Fœces in aquæ fundo remanentes sicca, & no
solutas iterum cum sulphure calcina, ut prius fa-
ctum est, servato pondere priori, scilicet ad ℔
calcis lotones tres fermè, posteà lixivium fa
quod filtratum evaporabis. Hoc repete, done
tota calx in lixivium abeat. Inde in terreo va
Görlicensi, aut *Wallenburgensi*, vel in cucurb
magna vitrea (cave ne rumpatur) fac evapore
donec crustam nanciscatur, pone in loco frig
do, tunc in fundo Veneris Vitriolum in strias d
sidet, sapore subdulci, aufer aquam & sicca cr
stallos concretos: aquam remanentem iteru
incoque parùm, & in frigidum locum si colloc
tur, denuò concrescent lapilli, reiterando, don
totum in vitriolum abeat. Possunt etiam bac
li imponi, ut vitriolum eò melius adhærere po
sit: sulphur illorum fundum petens seorsim se
vetur ad suos usus.

Ex his duobus vitriolis ferri & cupri Spirit
Chimicè præparari potest vulgari ac cognito m
do, longè majoris efficaciæ & virtutis, quàm
vitriolo communi.

Hoc pacto habetur fons acidus artificial
Acetum esurinum est in sulphure hoc vitriola
sine corrosivis præparato: perfectum arcanum

cc

corroborando languente ventriculo. Vid. *Theophr. Paracelſ. in lib. de Vita long.* & in *libr. de Tartar. circa finem.*

Paracelſus lib. 2. de reb. Spiritum hunc vocat partem pharmacopolii quartam, & cuilibet pharmacopœo ita commendat, ut ſit inſtar lapidis angularis in ſua officina.

1. *Utimur* vj. viij. *guttis in vino, aqua menth. criſp. vel quod meliùs in jure carnis calido: In debilibus ventriculis frigidis, quia digeſtionem promovet. Nonnullis ad hujus ſpiritûs vitrioli ſtomachici uſum familiaris eſt ſpiritus vini Malvatici, deſtillatus ex toto Malvatico; in ejus nimirum* ℔ ij. *Maceratur pulegii* M. j. *vel* M. ʃß. *Cujus eſſentiæ cochlear unum exhibetur cum guttis ſpiritûs hujus vitrioli tot, quot ad gratam acredinem requiruntur, & ſequitur effectus ſperatus & bonus.*

2. *In calculo & arena, in aq. ononid.*

3. *In ſuffocatione matricis in aq. artemiſ.*

4. *In febribus ſtomachi, caloribus & ſiti* XII *vel* XV. *guttæ in aq. centaur. min. roſar. anthos, vel etiam vino dantur.*

5. *In omnibus morbis capitis, in aq. lil. convall. lavend.*

6. *In ictero efficax eſt in aq. chelidon. maj. cum* XV. *aut* XX. *guttæ ſudorem promovent.*

7. *In peſte miſcetur cum ſacchare cand. & electuario juniperino, & ſic etiam loco prophylactici ſanitatis utimur.*

8. *Inuncti hydrargyro, & malè affecti ſpiritu hoc*

hoc vitrioli cum theriaca mixto sudando restitu-untur;

9. *Externè alopeciam, unamquamque tineam tribus diebus illinendo per se, vel cum aq. chelidon. curat.*

10. *Tollit omnem serpiginem, scabiem, prurⁱtum, & quicquid cuti solet adhærere, tentiginem pravam, syrones &c. Sed sine commiseratione fiat inunctio, & pro defensivo emplastrum opodeldocci adhibeatur.*

11. *Post evacuatum corpus cum theriaca seu appropriatis aquis ferè in omnibus morbis exhiberi potest; aciditate enim suâ putredinem omnem arcet, partium verò tenuitate obstructiones pellit.*

Modus exhibitionis est saporis in acidum mutatio. Dantur in aq. acetosæ vel specifica alia portandæ tot guttæ, quot dentes stupidos non reddant, manifestam tamen gustui aciditatem concilient. Per se internè nullus ejus sit usus, sed cum vehiculo & parcus. Dum utimur, probè debet agitari cum suo vehiculo, quia gravitate sua fundum petit. Propter aciditatem suam prodest hic spiritus ventriculo languido, in quo tamen nulla cholera aut apostema, alioquin est ebullitio mutua & effervescentia (abstineant ergò Cholerici & picrocholi à noxio ipsius usu) ut videmus in oleo tartari & aqua forti, quæ se invicem non compatiuntur: similis ratio est in hepate, ubi bilis hospitatur.

Usurus hoc spiritu, in vehiculo convenienti calido hoc faciat; posteà contineat se in lecto ac sudet. Videmus enim ejus operationem in majori mun-

frigido non perfici, sed in calido; talis etiam ipsius eratio in microcosmo.

LEUM VITRIOLI SUBVIRIDE, SMARAGDINUM, MAGNARUM VIRIUM IN MEDICINA.

PAratur hoc oleum, si vitriolum purificatum vehementissimo igne destillatur, ac post exactionem & purificationem salis è capite mortuo (quod sal tamen nullo modo ulteriùs in igne alcinandum aut igniendum est) denuò cum omni egresso liquore ad suum tempus in balneo rculetur.

In affectibus ventriculi variè operatur hoc oleum, er vomitum, secessum, urinam, sudorem. Dosis us est à gutt. jv. ad vj. in vehiculo appropriato.

VITRIOLUM HERMAPHRODITICUM.

FIat primùm spiritus vitrioli, qualis suprà factus est. Hujus fiat quantitas aliquota. Deinde sit in promptu limatura ferri elegans, non ulverulenta: nec rubiginosa, sed recens facta: uper hanc verò funde spiritûs vitrioli aliquid ro lubitu, nec tamen nimium. Adde aquæ luvialis destillatæ triplum ejus, quod adfudisti piritûs, si nempè ille fuerit acerrimus, & statim bullire incipit. Labor autem totus in cucurita capaci instituendus & absolvendus est, adfusioque spiritûs vitrioli per vices repetenda sæpiùs. Relinque aliquandiu, donec deferbuerint. Posteà decanta & filtra, habebis liquorem viridem admodum & pulchrum, quem evapora ad cuticulam,

culam, & relinque in frigido, habebis vitriolu viridiusculum pulcherrimum ex Venere & Ma te factum, dulce, magnarum virium. Cum matura martis à solutione prima, ut & reliqu solutionibus residua. perge, similiter solvend cum spiritu vitrioli, & si opus est, aquâ pluvi destillatâ: donec totâ in liquorem versâ, viri vitriolum confeceris. Undè potest spiritus r bicundus fieri, & quidem eo modo, quem pr ponit *Crollius*. *Vires sunt in medicina eædem.*

ESSENTIA ABSINTHII COMPOSITA.

℞. SUmmitat. absinth. vulg. cum fol. pontici Snuifolii, Fol. & Fl. centaur. min. agerr ana M. j. Fl. rosar. rubr. M. ß. viol. Martial. cu caliculis q. v. Cortic. sicc. citri & aurant. ana ℥ Lign. sanct. ℥vj. Radic. zedoar. ℥j. acor. ver. t mentill, caryophyllat. ana ℥ß. Cinamom. Can alb. ana ℥vij. Croci integr. orient. nostrat. a ℥j. Macer. Nucismosch. Caryophyll. aroma ana ℥ij.

Incisis & contusis grosso modo affund. Sp vini opt. q. s.

In arena per tres stent dies & noctes; Spiri tinctus exprimatur. Colaturæ per linteum ctæ adde species novas. Id tertiâ vice repe tur, donec extractio spiritûs vini odorem & porem amiserit.

In ventriculi & hypochondriorum infirmitati à causa frigida egregium auxilium est, Qu

na

nis etiam prodest. Dosis est ℈ß. *vel* ℈j. *in vino vel cerevisia.*

SAL VOLATILE OLEOSUM CARYOPHYLLORUM.

℞. OL. still. Caryophyll. ℥j. Spir. roris rectificati ℥ij. Vini *Hispanici* rectific. ℥j. salis armoniac. rectific. ℥ß. Misce & digere in phiola Hermeticè clausa per dies quatuor aut sex in primo caloris gradu, & in vitro benè clauso serva ad usum.

SAL VOLATILE OLEOSUM MACERIS.

℞. OL. still. Macer. ℥j. Spir. roris rectific. salis armoniac. rectific. ana ℥iij. salis dulc. ar. ℥vj. Misce, & digere in phiola sigillo Hermetico obturata per quatuor dies in primo caloris gradu in arena, vel etiam in B. M.

Vires horum Salium in corroborando ventriculo sunt admirabiles, si eorum guttæ v. *aut* vj. *in vehiculo convenienti manè & vesperi sumantur.*

ELIXIR STOMACHICUM.

℞. SPir. vini opt. rectificati ℔ij. cui instill. Ol. still. cinamom. ver. ℥j macer. ℥ß. His probe mixtis & solutis superadde Syr. de cinamom. ℥ij. vel loco hujus Sacchar. albiss. ℥iiß. soluti in aq. cinamom. cum vino destill. ℥iij. Fiat Elixir potabile Stomachicum, *cujus dosis est à gutt.* x. *ad* .. *in vehiculo convenienti.*

ELIXIR PROPRIETATIS PARACELSI.

MYrrh. opt. Aloes hepatic. vel lucid. Cro-

ci orient. ana ℥j. Spir. vini *Hispanic.* ℥v. Spir. ſulph. per camp. fact. ℥j.

Pulveriſata miſceantur, & infundantur, inqu digeſtione ſtent dies & noctes viij. Interdum commoto vaſe & agitato.

Quod tinctum & extractum per inclinatio nem ſeparatur, Materiæ in fundo reſtitanti ite rum idem vini ſpiritus ſulphuris ſpiritu acidula tus affunditur, quod coloratum ſeparatur. Tan dem omnes ſolutiones conjunguntur, digerun tur, & in vitro adſervantur.

Vires hujus in ventriculo corroborando ſunt egre giæ; nec non alias ſimul habet, quæ à Crollio ora natâ ſerie proponuntur, unà cum doſi & utend modo.

ELIXIR PROPRIETATIS EXTRA-ORDINARIUM.

℞. CRoci oriental. Aloës hepatic. Myrrh opt. ana ℥j. Spir. ſalis dulc. aur. ℥vj. M ſce & procede ut anteà dictum. *Vires hujus cu ſuperiori eædem ſunt.*

ELIXIR PROPRIETATIS CORRECTUM D. SCHONII.

℞. ALoës ſuccotrin. ℥ij. Myrrh. rubr. ℥j. Cr ci orient. ℥ß. Pulveriſata ſeorſim gro modo irrorentur ſpiritu vitrioli. Stent per die naturalem. Pòſt affunditur menſtruum pecul re. Id vocavit Aquam Philoſophicam unive ſalem ſolventem, Spiritum mundi, Rorem pluv lem ſtillatitium, eductum ex terra Philoſophi argilloſa macrocoſmi, vel ſale centri. Memin

ra

t hujus ſpiritûs *Michael Sendivogius Polonus*,
: non *Marius quidam in præfat. Calendarij anno*
2. *&* 1613. *editi*. Cum autem illud non ha-
ret ad manum, recepit Spiritum aquæ pluviæ,
roris, imprimis verno & æſtivo tempore col-
tæ.

℞. Aq. pluviæ, vel roris maj. per veſicam deſtil-
æ Menſ. vj. Terebinth. Cypr. ℔j. Lento
næ igne per alembicum vitreum, ex cucurbita
rea exſtillet ſpiritus, & in vitro ad uſum ſer-
ur, oleo omni per tritorium clepſydrum ſepa-
o.

℞. Hujus aquæ terebinthinatæ, Spir. juniperi
rectificati ana ℔j. Effunde eadem ſuper
ſſam antè dictam, ad duorum vel trium digi-
um eminentiam. Stent in infuſione per dies
quotidiè ſpathulá ligneâ circumagitando, vi-
m autem ipſum, ne ſpiritus exhalent, benè obli-
ıdo. Finito dierum xiv. curriculo ſpiritus
inclinationem à ſpeciebus ſeparetur, & per
um colatorium transmittatur. Speciebus i-
ım tantundem menſtrui adfundatur, digeſtio-
inſtitutâ, liquor filtratus ad uſum ſervatur.

Virtutes Elixiris Paracelſici huic etiam compe-
t. Præprimis verò vires ſtomachicæ ſingulares,
o deprædicantur. Plures ab Autore etiam ad-
tur, quas præſertim deprædicat exaltatas à men-
o Philoſophico. Vocat conſervans generale &
iale. Doſis. Exhibetur in actu præſervationis à

 vj ad

vj. *ad* xij. *guttas. In actu curationis à* xx. *ad* xx *guttas. In peste ad guttas* L.

Modus utendi in calidis morbis, in frigido vehiculo: In frigidis, in vino. Non opus est, ut propersè misceatur. Seipsum miscet, nec fundum petit, ex quibus essentia sua summè spiritualis cognoscitur.

ELIXIR VITRIOLI.

℞. GAlang. min. ℥iß. Calam. aromatic. Herb. menth. crisp. salv. acut. ana ℥ Cinamom. elect. Caryophyll. Zingiber. alb. ana ℥j. Lign. aloës ponderos. Cortic. citri ana Misce & fiat pulvis, cui add. Sacchar. cand. ana ℥iij. Posteà humectetur optimo spiritu vini, fiat mixtura mellis instar. Mitte illam in vitrum atque Ol. vitrioli veneris seu martis, aut in horum defectu Spir. vitrioli aliquoties rectific ad quatuor digitorum eminentiam affunde tres aut quatuor septimanas digere; tand tincturam per inclinationem aufer, & filtra, per relictam autem in fundo materiam Spir. v suffunde, & ulteriùs s. a. spagiricam, essent extrahe: posteà tincturæ extractiones mix majoris efficaciæ ergò, per dies XIV. adhuc in M. circula, & ad usum reserva.

Nobilius & efficacius. Stomachicum in ta Republ. Medica nondum inventum esse, perientiam ipsam attestor. Ideirco brevi & quasi in transcursu dicam, quòd in ven

li affectione qualicunque ingens & incomrabile sit secretum. Datur autem cum aa aliqua stomachali, vel menth. crisp. vel is appropriatis. Supramodum stomachum r intestina confortat, & simul omnia principlia membra refrigerata calefacit, & appetim quàm bellè excitat.

Insuper ab epilepsia & apoplexia præservat: rebrum purgat; caput totumque corpus muls phlegmaticis catarrhis repletum exsiccat, iudque à dolore mirè tuetur. In epilepsia chibetur cum aq. poeon. lil. convall. &c. In pitis doloribus sæpè ab impuritatibus venriculi cerebrum lancinantibus offertur in aq. tonic. &c. In omnibus febribus propinar cum aq. centaur. min. card. bened. &c. osis à ℈ß. ad ℈j.

AQUA STOMACHICA.

GAlang. min. ℥iij. Nucis moschat. Caryophyll. Cubebar. ana ℥iß. Cinamom. acut. acer. Zedoar. Gran. paradys. ana ℥j. Piper. long. vj. Fl. tunic. rosar. rubr. bugloss. menth. crisp. a M. j. Herb. menth. crisp. puleg. absinth. uiusque ana M. jß.

Tritis terendis, & confractis confringendis ld. Medull. pan. tritic. ℥x. Deindè matracio vieo inditis affunde vin. opt. ad duos digitos. igere per octiduum. Deinde adde Emulsi ex

amygdal. ℔ß. Mell. opt. ℥iij. Destilla ex baln ad siccitatem. *Hujus aquæ cochlearia duo in qu vis ventriculi imbecillitate feliciter propinantur.*

AQUA MASTICHINA.

℞. AQ. menth. crisp. ℔j. caryophyll. cum ano malvatico destillat. ℥jv. Gran. Ma stich. elect. ℥j. Coquantur in duplici vase per di horas; posteà filtrentur, cum syr. cydonior ed corentur, & ad usum serventur.

In nausea, vomitu & cholera morbo, quæ cogn ta sunt mala, hæc aqua efficacissima est; Stom chum enim confortat & facultatem retentricem m ximè roborat. Dosis ab ℥ij. *ad* iij.

BALSAMUS FOENICULI.

℞. EXtract. sem. fœnicul. cum spiritu vinii Ceræ alb. aut Mann. Calabrin. depur ℥ß. Sal. foënicul. ℥iß Misce super igne leni, fiat massa, cui add. Ol. foënicul. ℥iij. aut jv. sce, & serva.

Dosis à ℈ß. *ad* ℈j *cum aq. rosar. aut me crisp.*

CRYSTALLI SALIS BALSA-MICI.

POst Spiritûs salis extractionem, Crystalli ces hoc modo extrahuntur. Massam in do retortæ relictam dissolve cum apto prop que liquore: dissolutum in fimo equino per quot dies reconde; & in frigido postmo asservatum in dulces crystallos concrescit, si dulciores desideras, iterum solve & coag Vas ad hoc boccia, vel urinale dictum, per

portunum erit. Dissolvens hac in re est aqua vitæ ex uvæ racemis vindemiarum tempore deducta. Omnis enim aqua vitæ potest extrahere ejusmodi crystallos, sed una alterâ melius.

Dicti crystalli multiplices habent usus: ventriculum apprimè calefaciunt, apepsiæ succurrunt, inappetentiam corrigunt, nauseam cohibent, & alia pleraque præstant miranda.

PULVIS STOMACHALIS NOBILIS.

℞. Crem. tartar. albiss. & spir. vitrioli aliquoties irrorat. & iterum exficcat. ℥iß. C.C. Spagyric. calcinat. ʒß. Sal. lapid. percar. pisc. ocul. cancri ana ℈j. Magister perlar. orient. corall. rubr. ana ℈ß. Ol. still. caryophyll. gutt. jv. cinamom. gt. iij. Sacchar. cand. alb. ℥iij. Misce, & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Ut nobilis est, ita quoque cor, ventriculum, & reliqua nutritionis membra nobiliter confortat. Stomachi cruditatem & mollitiem corrigit, pituitæque putredinem prohibet, nephriticis, lienosis, cibumque vomentibus summoperè succurrit. Præterea illos, qui ex diuturno aliquo morbo penitùs extenuati sunt, plurimamque indè imbecillitatem contraxerunt, admodum corroborat. Dosis à ʒß. ad ʒj. in vehiculo appropriato.

ARCANUM VITRIOLI.

DEstilla ex vitriolo nativo calcinato oleum rubicundum. Recipe caput mortuum, &

indè extrahe ultimum salem à vitrioli sapore omninò liberum: Deindè misce tres partes hujus salis extracti, & duas partes olei destillati, sine in igne arefieri. Hunc laborem toties repete, quoad sal dupletur pondere, pro constitutione priore. Tunc salem in cucurbitulam vitream mitte, tantundem olei vitrioli suffunde, sigilla Hermeticè, pone in putrefactionem; posteà in arenam calentem; sic intra paucos dies reperitur coagulatum: & ita præparatum est.

Hoc arcanum non duntaxat est specificum Stomachicum; verùm etiam efficacissimum contra omnimodos morbos remedium: Quo ego, pro conservanda sanitate corporis, in genere felicissimè utor.

Dosis est à gr. iij. *ad* viij. *in vehiculis appropriatis.*

SAL ARMONIACUM DEPURATUM.

℞. Salis armoniaci benè triti, Limatur. Martis ana ℔j. Misce diligenter, & ex cucurbita vel retorta in arena sublima, aucto in fine igne, ut, quod purum est, ascendat in collum retortæ, vel cucurbitæ, fœces verò cum limatura in fundo remaneant. Quod sublimatum est, iterum per se sublima. Hujus sublimati & salis communis decrepitati ac fusi ana part. æqual. tere simul & sublima. Atque hoc fac septies semper abjiciendo caput mortuum, & sublimato parem

salis

lis decripitati quantitatem addendo: eritque pecificum præparatum.

Cujus grana iij. *vel* jv *in vino absinthite, vel decocto sassafras per aliquot dies continuos propinata, ita tamen, ut sudor à sumpto medicamento promoveatur, ventriculum perfectè curant. Optimum autem, ut antè hujus usum tùm ventriculus, tùm reliquum corpus ab omnibus impuritatibus sit liberum.*

TITVLVS XII.
DE
SPECIFICIS ANTICOLICIS.

COlica est dolor intestinorum ex ingrato fibrillarum intestini coli motu ad cerebrum & sensorium commune delato à tartaro mucilaginoso salino nitrosis particulis impregnato, flatibus, vermibus, pituita, lapillis, tumoribus, vel cibis crudioribus stipticis &c. ortum ducens.

Præter alia medicamenta, etiam ègregia, sequentia Chimica in hoc affectu singulare auxilium præstant.

SEDATIVUM ARCHÆI EX SULPHURE SUBLIMATO MARTIALI.

R. FL. Salisarmoniac. Martial. flav. n. m. parat. q. v. Quibus superaffundatur Spiritûs vini rosati, scilicet à rosis recentibus destillando extracti, & ad summam puritatem redacti, q. s. fiat extractio tincturæ martis, relicto salearmoniaco

niaco in residuo, toties spiritum prædictum : a fundendo, quousque tinctura flava conspiciatu Flavedine spiritus tincti postmodum destillando nonnihil abstrahantur; rubicundus verò liquo residuus studiosè asservetur : *qui passiones co licas, intestinorum tormina, aliosque dolor placat: hepar roborat, nec non lienis obstru ctiones reserat. Dosis est gr.* v. *ad* x. *in ve hiculo specifico.*

ARCANUM ANTIMONII.

℞. ANtimonii subtilissimè pulverisati partes unam, & Sal armoniacum etiam pulv risatum, misce, retortæ impone, & simul destil la, & ei, quod destillando provenerit, affunde quam pluviam vulgarem destillatam, sed ant calefactam, & salem omnem dulcorando auf ut nulla acrimonia remaneat, & antimonium parebit plumarum instar purarum, & albarum relucentium; sicca eas subtili calore, & vitro culatorio seu pelicano impone, spiritum vitri bonum, & quàm optimè rectificatum affunde circula, donec benè conjunctum & unitum deindè simul destilla, spiritum vini affunde iterum circula, tum fiet separatio, fecibus ad fu dum subsidentibus, eas separa, sed arcanum p manet mixtum cum spiritu vini & vitrioli.

Quando jam hoc arcanum iterum recti cas, una ejus gutta cum aqua rosarum exhi ta, plus valet quàm olla plena decoctionis h

baru

barum, in passione colica, & suffocatione matricis; quod utramque mirè sedet, thesauri instar est pretii inæstimabilis, & laudem meretur non facilè verbis explicabilem. Appetitum etiam excitat, corrigit stomachum, & quod in eo est malignitatis, concoquit, pellit tristitiam, & Melancholiam, probum efficit sanguinem, bonamque digestionem.

SPIRITUS NITRI CIRCULATUS.

℞. SPir. nitri rubicund. ℥ij. Aq. meliss. sine additione destill. ℥iv. Spir. fragor. ℥j. Mixta immittantur in phialam largam & altam, digerantur lenissimo in calore, phialâ benè clausâ, per septimanam circiter; servetur pôst usui; *qui in affectibus colicis & obstructionibus præstantissimum est remedium. Dosis est à gt. v, ad xx, in vehiculo appropriato.*

SPIRITUS ANTICOLICUS NOBILIS.

℞. SPir. vitrioli essentificati ℥j. Aq. meliss. sine addit. destill. ℥iß. Spir. rosar ℥ij. Mixta digerantur in phiala oblonga & benè clausa; post digestionem sufficientem servetur usui. *Colicis & nephriticis doloribus; plurimis insuper obstructionibus medetur hic spiritus. Dosis hujus eadem habetur cum priori in vehiculo convenienti.*

SPECIFICUM EXTREMUM IN COLICA.

℞. SPir. vini ℥j. Spir. nitri à ℈ß. ad ℥ß. Aq. font. ℥iij. *Sumat, & benè tectus ad sudorem se-*

com-

componat, quietumque contineat. Quiescere enim vel imprimis opus, quamvis difficile sit. Valet hoc potissimum, cum flatus sunt inter membranas conclusi.

AQUA ANTICOLICA SEU CARMINATIVA.

℞. FLaved, cortic. aurant. ℥iij. Radic. zedoar. ℥iß. Bacc. lauri excortic. Gran. juniperi ana ℥vj. Calam. aromatic. Galang. min. Cinnamom. acut ana ℥ß. Sem. 4. calid. maj. & min. chærefol. nigell. anethi ana ℥iß.

Crassiusculè contusa & mixta infund. in vini Mal vatici ℔iv. Stent in infusione per octiduum; posteà add. Aq. è succ. chamæmel, ter destill. ana ℔ß. Misce. & in B, M. destillentur.

Colicæ passioni, quæ à materia frigida & humida, vel flatibus originem trahit, præmissis universalibus, mirè medetur. Dosis à cochl. j. ad cochl. ij. & tria, vel ab ℥j. ad ij. vel iij. est in vehiculo idoneo.

DECOCTUM ENULÆ CAMPANÆ.

NOn in fine tantùm, sed etiam in principio colicæ Enulæ Campanæ Decoctum mirificè valet.

℞. RAdic. enul. camp. in taleolas incis. ℥j. Sem. foënic. pulverisat. ℥ß. Aq. meliss. ℥ij. vel ℥iij. Coq. in diplomate ad horam unam & dimidiam, posteà per manicam *Hippocratis* cola; *colati primum haustum vesperi ituro cubitum porrige, secundum manè, tertium etiam vesperi & ita perge, si opus est, cura erit absoluta.*

FLO

FLOS SOLIS.

Paratur ex ſole per mercurium fuſo, in laminas acto, & cum ſalis oleo attenuato, & addito ſale armoniaco præparato, in alembico cocco ſimul ſublimato; elevatur flos, aquâ ſtillatitiâ edulcorandus.

In doloribus colicis aliiſque obſtructionibus magna præſtat. Doſis gr. vj. vij. inconvenienti vehiculo: graves item morbos curat; venas & membra penetrat.

SAL VENERIS.

℞. Reſiduam materiam, ex qua tinctura Veneris *Baſiliana* extracta eſt, exſicca, & affunde aquam mellis, ut extrahatur ſal: abſtrahe tandem aquam mellis, & digere cum ſpiritu vini.

Hoc Sal veneris calefacit intenſiùs, quàm reliqua metallorum ſalia, corroborat ventriculum, cruditateſque in ibi emendat, proinde flatibus, aliiſque affectibus indè oriundis v. gr. colicæ & ſimilibus medetur; uterum frigidum calefacit, ejuſque ſuffocationem ſanat, menſtrua promovet, ac renum quoque morbis ſuccurrit. Doſis eſt à gr. iij. ad vj. in vehiculo appropriato.

BALSAMUM ZIBETHÆ.

℞. Ol. nucis moſchat. expreſſ. ℥ß. Zibeth. non falſat. ʒij. Invicem priùs benè & fideliter mixtis adde: Ol. ſtill. ſapon rectific. ceræ ana ʒß. caryophyll. macer. ana gt. xv. cymin. foenic. aniſ. carvi. aneth. aurant. chamæmel. ana

na gr. iv. Ambr. & Moſchi ana ℈ß. Denuò miſce, & fiat l.a, Balſamum.

Vmbilicus hoc balſamo inungitur: intolerabiles cruciatus & dolores colicos non ſolùm ſedat; ſed discutit & reſolvit malignos, crudos, nitroſos atque vitioſos humores. In coitu etiam mulieribus magnum affert ſolatium, ſi penis glans eo inungatur. Item, ſi in ſuffocatione matricis maritus dicto modo ſe inungat, & cum uxore coëat, præſentiſſimum eſt remedium; matrix enim ſubitò deſcendit. Ad nares autem illarum eo tempore fœtida adhibeantur, qualia ſunt caſtoreum & aſa fœtida.

TITVLVS XIII.
DE
SPECIFICIS DYSENTERICIS.

ARchæus ſtomachi vim & naturam in ſe continet ſeparandi odoriferum à foëtido, malum à bono. Quod bonum eſt noxã non infert. Nullus cibus eſt, qui ſulphur foetidum ac im̃aturum non habeat, ac laxativæ & elementaris naturæ non ſit. Stomachi autem officium eſt ea ſeparare, & in ſtercus cogere & expellere. Stercus nihil eſt aliud, quàm alimentorum ſulphur fœtidum, & immaturum, ad nutritionem inutile & ineptum. Si igitur ſtomachus plus digerere conetur, quàm â ſeparatione ipſi mandatum eſt, hoc eſt, ſi præter bonum & ſtercus, ſulphur immaturum digerere aggreditur, corruptum venenum laxativum, quod à cibo ſeparatum eſt, oritur diarrhæa. Si verò is quoque ſepa-

parationem molitur in initiis & ſpiritibus,tunc
uſam diaarhææ adfert, & prout ſeparatio illa
ſtituitur, profluvii fit morbus: Si ea movet,
æ non ingeruntur, ut quando ad ſe partium
trimentum trahit, vel ſulphur coagulatum in
nguine, in carne & aliis membris, cum appe-
tu iſti corpori infligit morbum, ſimul ac nutri-
entum corpori ſubtrahit, & dum ſincerum i-
ius ſanguinem abſorbere deſiderat, per neceſ-
atem delabitur, fitque dyſenteria.

Quoties igitur ſtomachus ſulphuris immatu-
edendi deſiderio laceſſitur, toties ſeparationis
miâ voluptate capitur, & hoc ſive ſeorſum u-
m ab altero ſeparat, iam per nimiam illam ſe-
rationem fluxus concitatur.

Si nihil ſeparetur. & digeratur, fit lienteria.
non ſeparetur, & tamen digeratur, fit immo-
ca excrementorum per alvum diarrhæa. Si
rò per vomitum & alvum ſimul, quicquid in
ntriculo & inteſtinis eſt, cum moleſtia excer-
tur, dicitur cholera. Si ſeroſus ſanguis per
dem profluat, dicitur dyſenteria alba. Si pin-
ia, hoc eſt, mucoſum ſtercus tunicis adhæ-
ns, & pinguedo, frequenter & copioſè eva-
atur, dicitùr etiam dyſenteria ālba. Si per u-
nam potus indigeſtus copioſè excernitur, dia-
tes dicitur.

Morbus ſulphureus, nullo ſale, mercurio re-
è & per ſe curatur, niſi ex accidente, vel ob
mmixti ſulphuris adunationem ejus defectus
ſtauretur. Solo ſulphure perfecto, ſulphure-
um

um ſtercus corrigitur & emendatur, archæu ſtomachi confortatur. His indiget natura i hoc morbo, quibus adjungitur adſtrictivum, e quorum commixtione ſpecificum ſulphuris re ſultat, quod perfectam curam complet; ſi in in teſtinis quid reſolutum jacet, lacte dulci per cly ſterem foràs educatur.

TINCTURA SMARAGDI.

HUjus fragmenta tere in mortario ferree primùm, & mox ſuper porphyrite in pollli nem. Ex hoc per urinam puerorum, ſimpli destillatione præparatam, extrahe tincturam o mnem. A qua collecta & filtrata abſtrahe me ſtruum, & remanebit pulvis gryſeus. Ex qu rurſus cum ſpiritu vini extrahe tincturam exce lenter viridem. Quam deſtillando menſtruu reduc ad conſiſtentiam mellis.

Hujus gr. ij. ad x. exhibe in aq. plantag. aut to mentillæ. Siſtit dyſenterias miraculoſè.

TINCTURA MARTIS ADSTRIN GENS.

℞. LImatur. chalyb. pur. q. pl. Quæ vitro la go immiſſa humectetur cum ſpir. vener rectific. iterumque exſiccetur idque bis ter repetatur, donec limatura in crocum veluti co verſa ſit, cui in pulverem redactæ ſuper affunde undem ſpiritum veneris ad ſupereminentiam qu tùor circiter digitorum tranſverſorum, qui pr viâ digeſtione rubicundiſſimo imbuetur color tinctus ſpiritus effundendus, alioſque ſuper fundendus eſt, donec nulla rubedo in extracti

e ampliùs appareat; tincturæ omnes collectæ & ltratæ per arenam in alembico vitreo abstra-antur ad crassitiem competentem, quæ porrò am spiritu vini extrahenda, filtranda, & ad olea-tem vel liquorem rubicundissimum per destil-tionem vel abstractionem reducenda est.

Hæc tinctura non aperiente, sed adstringente fa-ltate pollet; in dysenteria igitur, diarrhæa immo-ca, fluxuque hepatico, menstruo ac hæmorrhoida-fluxu nimio, hæmorrhagia immoderata magno e- usui.

Dosis est à gutt. x. ad xx. in vehiculo appro-iato.

TINCTURA STYPTICA.

VItell. ovor. ad duritiem coct. No. x. Con-serv. radic. consolid. maj. Fl. papav. rh. ana j. Rasur. coll. pisc. Nuc. moschat. Gumm. Ara-c. ana ℥j. Capit. papav. alb. cum sem. Fl. urtic. ort. rub. Succ. acac. ana ℥ß.

Misc. & infund. per 24. horas in Vini rubri sty-ci ℔iij. Posteà add. Aq. papav. rh. ℥v. Misce, & B.M. destilla. ℞. Liquoris stillatitii ℔ij. ng. dracon. q. s. Misce, donec perfectè tingatur; indè filtra, & tinctura rubicundissima syrupo è c. fl. papav. rh. priùs edulcorata, ad usum ser-ur.

In omnibus alvi fluoribus, nempè dysenteria, te-smo valdè utilis & magnæ efficaciæ est. Dosis est j. ad ℥iij. & ℥iv.

SULPHUR SOLIS.

Sulphur Solis proprietate fixitatis sulphuri m[icrocosmico dissoluto maximè confert.

℞. Nitri & Salis comm.q. s. v. gr. ℔iß. B[ol.] comm. ℔vj. Destilla s. a. oleum. Hoc oleo au[rum], antè calcinatum amalgamate & sulphure, [in] cineribus solve, solve in matracio. Affundit[ur] autem ad solis ʒj. olei ℥ß. Tincturam separa, [&] ab ea sæpiùs spiritum destillando abstrahe, & [re]linquetur solutio solis in fundo rubra. Huic a[f]funde spiritum sive potiùs oleum vini, & tinct[u]ram s. a. extrahe, & extractum destillando redd[e] ad consistentiam mellis

Hujus quinque vel sex guttæ in vehiculo conv[e]niente datæ & ventris fluxum sistunt, & ventric[u]lum roborant.

Amalgamatio Solis fit hoc modo: ℞. Solis [...] v. Mercurii vivi sextuplum. Fiat s.a. Amalgam[a] à quo in crucibulo Mercurius evaporet. Hic [la]bor tertiùm repetatur.

Calcinatio etiam Solis ita fit. Soli sic am[al]gamato adde duplum sulphuris, quod è crucib[ul]o mox deflagret. Hoc fiat sextùm.

ESSENTIA CROCI MARTIS CROLLII.

℞. Scoriam ferri cœruleam (*Norimbergæ*, [ubi] laminæ chalybeæ fiunt, optima haberi [po]test) vitrescentem, rejectam in illis locis, ubi [mi]nera ferri funditur, tere in pulverem minut[um], pone in vitro, affunde acetum vini destillatu[m a]cerrimum, stet in calore mediocri per 14. di[es]

ngetur colore rubro, filtra, & abstrahe in balneo, remanet materia rubra, à qua ter vel quater qua pluvialis abstrahitur, ut saporaceti evanescat. Potest etiam prius in tigillo, in arena calida parùm calcinari movendo, ut aceti evanescat aciditas, & posteà cum aqua edulcorari; si debitè tractetur, spontè sese in cella posteà pars in oleum supra marmor resolvit.

Hæc Croci Essentia in medendo longè efficacior est, quàm vulgaris Crocus Martis reverberatione per se factus, immittendo baculum ferreum vel chalybeum in fornacem vitrariam, vel irrorando laminas chalybeas aceto, & posteà easdem in reverberatorio ad rubedinem saltem, ne nigrescat, reverberando.

Conducit hæc Essentia in sistendis mensibus, & fluxionibus intempestivis, prodest albæ profluviei muliercularum, gonorrhææ, hæmorrhoidibus, dysenteriæ & diarrhææ, urinæ incontinentiæ. Hæmorrhagiæ internæ & externæ inservit, si ejus à ℈j. ad ʒß. cum succo cydoniorum condensato, seu conservæ rosarum ʒiij. assumatur, aut vulneri sanguinem fundenti aliquid inspergatur: quamvis Fungi betulini ramenta ad miraculum hæmorrhagiam externam longè efficacius sistant. In omnibus iecinoris & lienis obstructionibus deploratis insignem usum habet: sed sumentes priùs medicinis attenuantibus & alvum subducentibus

bus purgatos esse oportet. Lienosis datur, ex aq. asplen. filicis. In hepatis affectionibus, in aq. intybi, cichor. agrimon. exhibetur, tunc sistit sanguinis sputum. In morbis dissolutis, hydrope & aliis, ubi consolidatione opus, convenit. Ventriculum corroborat, & nauseam tollit, in conserva rosarum, vino generoso.

Dosis ejus est à gr. viij. ad xvj. in vino rubro, aq. plantag. burs. pastor. symphyti.

CROCUS MARTIS NOBILIS.

Limatura chalybis urinâ pueri vel aquâ dulci aspergatur, & sic corrosa infundatur in acetum tartarisatum: quo iterum vaporatione abstracto redigatur in alcohol rubicundum. Quod denique aquâ pluviâ ablutum & siccatum datur â ℈ß. ad ℈j.

In dysenteria non solùm, sed & in hæmorrhagia desperata efficax auxilium est.

OLEUM CROCI MARTIS LAUDABILE.

Crocum hunc subige cum urina pueri, ut fiat instar massæ. Quam per retortam destilla, sic ut Spiritum vitrioli, proditque oleum rubrum & aliquantum spissum, ideoque plusculis diebus in cineribus digerendum.

Usus idem, qui Croci, est. Dosis guttæ iv. *aut* v *in vehiculo convenienti & specifico.*

CROCUS MARTIS SINGULARIS ET PULCHERRIMUS.

CHalybs liquatur ſulphure, & in aceto extinguitur, poſteà pulveriſatur, & affunditur oleum ſulphuris, quo facto, fœtorem horribilem emittit, affusâ aquâ ſtet in digeſtione, filtretur, & aquoſior pars exhaletur, reiterando opus vitriolum dabit viride; hoc pulveriſatum inde retortæ, & exibit ſpiritus acidus, reſiduus autem erit pulcher valdè, ſi affundatur proprius ſpiritus, adhuc pulchrior evadet, & ſubtilior, aliàs ignitur in tigillo.

Hic Crocus maximè valet in dyſenteria, alvi fluxu, uterino fluore, hæmorrhagia, ſputo ſanguinis, & longè alia adſtringentia ſimplicia viribus ſuperat; nam à ſtomachi fermento inſuperabilis manet, vimque ſuam exercet adſtrictoriam, etiam in longiſſimas partes corporis. Exhibetur vel cum melle in pauperibus; vel cum ſyrupo corallorum, vel ſyrupo myrtino; neque periculum eſt, utis nimiùm adſtringat, imò alvum ſolvit, & excrementa croceo colore tingit.

Si huic croco addatur pars ſalisarmoniaci ſublimati, conteritur, & cum ſpiritu vini tinctura inſtar rubini extrahitur, quæ debilitatem hepatis, cachexiam, fluorem ſanguinis, wann einem die Leber zergehn wil/ *ut hydropicis libenter contingit, curat. Spiritus au-*

tem chalybis in affectibus spleneticis & stomachicis valdè commendabilis; labentem enim ventriculum hoc sal sublevat, & veluti esuriinum vices acidularum agit, eâdem operâ juvat, quâ acidulæ auxilium præstant, nempè imbibendo, & coagulando sal volatile corrosivum, errabundum, quod unà cum spiritu acido chalybis coagulato everritur.

MAGISTERIUM CORALLORUM BUTYRACEUM.

℞. Corall. rubr. minutissimè pulverisat. q. v. superfunde ignem magicum, hoc est, spiritum solventem spagyricum, ac illicò bullire incipit, tanquam suppositus ignis esset. Color prætereа rubeus in bullis apparebit, sed qui subindè evanescit. Spiritus verò instar spumæ lactis albæ commixtus, videbitur crassa & feculenta materia fundum petendo. Hunc lacteum & spumantem spagiricum spiritum à fecibus aufer, leniter decantando, & in arena igne fortiori destilla, relicto in fundo pulvere penè impalpabili: quem per rorem majalem destillatum aliquoties dulcorandum, & ad solem exsiccandum serva. Butyri instar in ore liquescit.

Magnum arcanum ad robur stomacho conciliandum in morbis dissolutis, ut in dysenteria, diarrhœa & epilepsia; item ad menstrua inordinatè fluentia corrigenda.

SAL.

SAL CORALLORUM.

IN profluviis seu dysenteriis diuturnis, ab hepate suam originem ducentibus, unicè prodest Sal Corallorum, per simplicem resolutionem cum aceto factum, & exindè vicissim evocatum, denique in aq. pulegii, plantag. ℈j. vel ℈iß dissolutum, ac per vices, cæteris etiam ad diætam pertinentibus non neglectis, exhibitum. Idem præstat & quidem magna cum felicitate laudanum opiatum ritè præparatum, cujus usum, tempestivè tamen adhibitum, Medici omnes habebunt sibi commendatum.

PILULÆ MARTIS ADSTRINGENTES.

℞. SUccin. Mastich. ana ʒij. Corall. rubr. præp. Lapid. hæmatit. Sang. dracon. ana. ʒj. Radic. tormentill. Fl. verbasc. Sem. hyperic. ana ʒiß. Croci martis adstrictiv. ℥j. Cum syrupo myrtino fiat Massa.

Dosis harum est à ʒß. ad ℈ij. in vehiculo convenienti.

Pilulæ certè sunt in dysenteria laudabiles.

FOMENTUM IN DYSENTERIA NOBILE.

℞. HErb. absinth. menth. crisp. Fl. rosar. ana M. j. Radic. calam. aromatic. galang. zedoar. ana ʒij. aristoloch. rot. No. vj. Incide, misce & coque in aceti & vini ana q. s. *Hoc*

acetum cum spongia majore exceptum, aut pane tosta imbibitum, supra regionem ventriculi impositum, mirificè juvat.

EMPLASTRUM STYPTICUM
In dysenteria singularis virtutis.

℞. Colophon. Terebinth. Ceræ citrin. ana ℥ij. Crust. panis tost. & in aceto macerat. ℥ij. Ol. nucis moschat. express. ℥iß. Mastich. Sandarac. Oliban. ana ℥j. Terr. sigillat. Boli armen. rubr. Herb. menth. crisp. absynth ana ℥ß Calam. arom. Caryophyll. ana ʒij. Fl. balaust. rosar. rubr. Nuc. cupress. Cortic. granat Gall. *Turcic.* Sang. dracon. ana ʒj. Misce, & cum Ol. cydonior. q. s. confice s. a. Emplastrum.

In dysenteria, lienteria, diarrhæa, morbo cholera, vomitu puerorum & qui cibum retinere non possunt, experimentum est egregium: ponitur super ventrem inferiorem in fluxibus ejus; sed in stomachi subversionibus, ipsi ventriculo æqualiter super corium clypei instar deductum, & pannis lineis vel syndone rubra coopertum, decenter applicetur.

TITU-

TITULUS XIV.
DE
SPECIFICIS HEPATICIS.

MEdicamenta hepatica ſpecifica alia ſunt calida, alia frigida, Hepaticorum vis conſiſtit in intemperiei alteratione, vaſorum obſtructorum apertione, ſanguinis purificatione & alteratione, corroboratione ſubſtantiæ. Omnia hæc feliciter præſtant ea, quæ ex ferro & tartaro à Chimicis experientiſſimis & præſtantiſſimis parantur, quæ ideò etiam ſubtilioris ac penetrantioris naturæ ſunt. Inter ea præcipuè eminent ſequentia.

VITRIOLUM MARTIS.

℞. LImaturam ferri, eique, vitro amplo immiſſæ, ſuperaffunde Spir. vitrioli, ſive ſulphuris, duplo vel triplo aquæ ſimplicis priùs diluti, quantitatem ſufficientem, usque dum videris ferrum ab affuſione calefieri, & pro maxima ſui parte ſolutum eſſe; cavendo tamen, ne confeſtim ſpiritus affundatur, verùm ſucceſſivè ac pedetentim, ne nimium excaleſcat ſolutio, & ſublime petat, non ſine periculo adſtantis, & rei totius diſpendio. Factâ ſolutione, porrò aquæ ſimplicis copia affundatur, repetitis vicibus, pro exacta vitrioli extractione; ſolutio filtretur, ac in ſartagine ferrea leniter exhalet, ad cuticulam apparentem, tùm in frigido concreſcent cryſtalli, qui à reliquo liquore ſeparandi & leniter exſiccandi: reſiduus verò liquor ulteriùs pauliſper

exhalet, ut, in frigore collocatus, cryſtallizetur. Id toties repetendum, quousque totus ferè liquor in vitriolum ſeu cryſtallos converſus fuerit, ſeparato quâlibet vice ſulphure, vel pulvere flavo fundum petente.

Vitriolum hoc martis per ſe non parùm uſui medico favet; obſtructiones enim hypochondriorum non ſolùm reſerat, verùm etiam menſtrua ſuppreſſa promovet, ac morbis variis medetur: ſumptum à gr. v. vj. vel vij. ſaccharo, aut alio vehiculo convenienti, permixtum.

CROCUS MARTIS CACHECTICUS.

℞. NItri puri ℔j. liquefiat ſuperigne leni, in crucibulo, cui injiciatur Limaturæ ferri q. ſ. ad ſiccitatem nitri, paulatim tamen ac ſucceſſivis actibus, quoad nulla ampliùs raſura imprimi queat; quo facto, relinquantur paullulum adhuc ſuper igne, aliquantum adaucto, donec nitrum ſponte ſuâ accenſum propemodum conflagret. Eximatur deindè maſſa è crucibulo, & affundatur ei aqua calida; quæ ſi tincta fuerit rubicundo colore, decantetur, filtreturque. Hînc ſpatio unius circiter diei & noctis reſidebit pulvis rubicundus, & fundum petet: quem ab aqua, per filtrum, aut decantationem, ſeparatum, ac probè ſiccatum, ad uſus ſervato.

Præſtans in cachexia, morboque virgineo & chloroſi, oblatus à ℈ß. ad ℈j. & ʒß. vel in quadam conſerva, aut vehiculo quocunque alio, palato grato.

NITRUM MARTIALE APERITIVUM.

℞. Nitri puriss. rosat. cum rec. rosis parat. ℥vj. Vitrioli Martis legitimè cum spir. vitrioli parat. ℥ij. Mixta, solvantur in succ. endiv. cichor. sylv. ana depurat. q.s. & vel abstractione repetitâ denuò crystallizetur, vel exhalatione totius humiditatis in salinam consistentiam subdulcem reducatur.

Prodest hepati ex calefacto, & debilitato, ejusque obstructiones reserat & confortat.

Dosis hujus est à gr. v. ad x. in vehiculo appropriato & specifico.

NITRUM CACHECTICUM CHALYBEATUM.

℞. Sal. prunell. seu nitri ℥iiß. Vitrioli martis ℥ij. Arcani duplicati ℥iiß. Terantur subtilissimè, & immittantur cucurbitæ vitreæ; hinc in arena, calore per gradus aucto aliquandiu calcinentur ad rubedinem, dando ignem ultimò paulò fortiorem, ut liquentur in massam. Fracto denique vitro, eximatur, cum refrixerint omnia, fit lapis rubicundus, qui asservetur pro usû medico.

In omnibus obstructionibus hepatis ac lienis salutare hoc medicamen auxilium adfert, si exhibeatur à gr. v. ad x. in convenienti liquore.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS LUTEUS.

In momento paratus

℞. Mercur. sublimat. corrosiv. q. pl. Solvatur, ebulliendo parùm, in aq. fontan.

q.s.

q. s. vitreo tamen aut terreo in vase. Soluti filtrata præcipitetur cum oleo tartari per deli quium facto, ac guttatim infuso. Præcipitatu pulvis aquâ affusâ & decantatâ, sæpiúsque recen ti aquâ reaffusâ, edulcoretur, donec nulla acri monia, sive salsedo gustu ampliùs percipiatur pulvis, qui remanet, insipidus, ficcetur, usuiqu asservetur.

Ad icteritiam sanandam, obstructionibus hepa tis reserandis, ac febribus diuturnis curandis eff cax est.

Dosis sit à gr. iij. *ad* vj. *in theriaca, semel vel bi in hebdomade exhibita.*

MERCURIUS PRÆCIPITATUS LAUDATISSIMUS.

℞. Mercurium per salem communem & vi triolum sublimatum, solve aquâ font nâ ebulliendo, posteà in solutionem claram & puram guttatim mitte oleum tartari, quantu vis, & statim cadit Mercurius adfundum inst rubei pulveris, deple aquam per inclinationen & pulvis eluatur aliquoties, donec aqua nihil re tineat saporis acris, postremò pulverem exsicc diligenter & serva.

Cujus grana vel jv. *vel* v. *&* vj. *in theriaca v mithridatio data jejuno stomacho bis in hebdom de mirificè solvunt omnes hepatis ac lienis obstru ctiones; præsertim ictericis, hydropicis & scorbut cis auxilium salutare adfert. Contra venena ej sumptio admodum utilis est; in febribus diuturn & intermittentibus etiam sudores movet.*

SUI

SULPHUR METALLORUM.

℞. Auri part. 1. Ferri limat. part. 2. Fusa calcinentur simul duplo sulphuris, posteà solvantur aceto, & essentiâ vini alcoholisatâ in perfectionem reducitur opus.

Divinum & planè admirandum ad obstructiones jecoris reserandas remedium est.

Dosis ejus est à gr. jv. *ad* viij. *in liquore aliquo specifico.*

SAL AQUÆ REGIÆ TARTARISATÆ.

℞. Cap mort. aquæ regiæ tartarisatæ ℥ij. Solvatur cum aqua pura in olla vitreata: filtra & exicca ad solem.

Usus ejus præcipuè est ad icterum. ℞. *Salis hujus* ʒj. *Succ. chelidon.* ℈j. *Sacchari q. s. Misce.*

SAL MARTIS SUBDULCE.

℞. Limatur. Martis, irrora aceto destillato optimè, ut pasta indè fiat, quæ siccescat: siccatam tere ac irrora iterum, idque repete multoties. Tandem effunde phlegma aceti, coque bulliendo & filtra: humiditate in B. M. abstractâ, digere cum spiritu vini, crystallósque serva pro usu.

Vim habet incidendi & aperiendi hepatis, lienis aliorumque viscerum obstructiones, etiam contumacissimas: Dosis à gr. vj. *ad* x. *in liquore convenienti.*

ACI-

ACIDVM TARTARI RVBRVM HEPATICVM,

℞. CRyftall. tartari ℥viij, Tinctur. fantal. fpiritu vini & fpiritu vitrioli parat. q. ff. Mifce in mortario vitreo ad pultis confiftentiam. Exficcetur fenfim in leni calore fubftantia illa, & minutiffimè pulverifata fervetur; ut guftui acceptior fiat, adde Sacchar. Canarienff. ℥iij. Mifce iterum diligenter & ferva. Incarnato colore fuo hoc Acidum tartari fefe oculiis commendat.

Vires ejus infignes funt, hepati præprimis auxiliares æftuanti. Indè in calidis affectibus tutò ufurpari poteft. Dofis ℈ß. Adfumitur in liquore appropriato.

FLORES SALIS ARMONIACI.

FLores hujusmodi creberrimè in ufum medicum veniunt, cum fale fimplici decrepitato, æquali menfurâ nitro permifto, in fublime Vulcani favore elati, labore hoc renovato, novo fale addito, candidiores redduntur, gratoque fpectaculo alembicum dealbant. Nobiliores funt, qui ad præfcriptum *Beguini* cum fquamma ferri præparantur.

Vtrique fcrupuli dimidii pondere exhibiti, fudorem potenter movent, volatili fpiritu omnia pervadentes, fixos humores & pigra falia fermentando; hepaticis, fpleneticis & fcorbuticis, qui ferosâ cacochymiâ abundant, auxiliatrices manus præbent. Pof funt foli exhiberi; vel, fi aliorum diaphoreticorum vim accelerare velimus, cum iis mifceri debent

Com-

Commendabilis conatus rarò animos frustratur curiosos.

℞. Limatur. martis puriss. Salis armoniac. in mortario probè pistillo contusi ana part. æqual.

Mista inde cucurbitæ figulinæ oblutatæ, & observatis ignis gradibus, ascendent flores albicantiores, mox flavescentes; hînc igneo perfunduntur rubore. Vidit Excell. *Rolfincius* martem compedibus, quibus terrestri moli alligabatur, fuscis aquilæ alis, à Vulcano impositum, in cœlum sublevatum, nigram, sed formosam nivem, diei naturalis decursu, sparsisse, quæ tandem dextrâ ἐγχειρήσει liquefacta in frigido humido suam exspectationem luculenter satiavit, balsamum præbuit *magnæ in expediendis infarctibus venarum animositatis*: nigredine provocat Æthiopem, & splendorem lunæ cochleari exceptus obfuscat. Si cum acido balsami universalis latice combinetur, clariora internæ suæ virtutis edit specimina; *assumi potest in jusculo carnis, vel aqua aliqua hepatica vel splenetica aperiente, composita scorbutica Quercetani.*

CRYSTALLI CHALYBIS SVBDVLCES.

℞. Limatur. chalyb. *Hispanic.* q. s. irroretur aceto acerrimo, ut fiat instar pastæ, quæ extendatur super ferream laminam, & brevi vehementer incalescet massa, relinquatur sic per 8. horas. Pòst massa optimè teritur, & per setaceum pulvis trajicitur, qui rursus cum aceto irroratur

ratur, impaſtatur, & poſt fermentationem teritur, donec fiat inſtar pollinis ſeu farinæ volatilis, nec ampliùs incaleſcat, quod ſignum perfectæ calcinationis eſt. Pulveri affunde phlegma acetii, quod in matracio per horæ quadrantem leviter bulliat, tùm clarum ſeparatur à ſubſidentia, & in balneo abſtrahitur humiditas, factâ porrò digeſtione cum ſpiritu vini, donec appareant Cryſtalli ſubdulces, qui pulveriſentur.

Vſus hujus pulveris vel in ſubſtantia, vel per infuſionem eſt: & in contumacibus meſenterii, hepatis, lienis & pancreatis obſtructionibus mirabilia præſtat:

PVLVIS EX CHALYBE NOBILIS.

℞. CRyſtall. chalyb. ſubdulc. ℥j. Fœc. aron. ℈ij. Magiſter. corall. ʒß. perlar. ℈ß. Cinam. acut. ℈j. Cryſtall. tartari ʒij. Tartar. vitriolat. ℈ß. Sacch. q. ſ. ad dulcedinem. Miſce, fiat pulvis.

Vſus hujus inſignis eſt in obſtructionibus hepatis, lienis, pancreatis & meſenterii, ſi pondere ℈j. in convenienti liquore ſumatur.

SPIRITVS VITRIOLI MARTIS.

℞. VItrioli martis, ſive per ſpiritum vitrioli, ſive per calcinationem cum ſulphure parati ℔x. vel xv.

Hoc immittatur ollæ vitreatæ, & ſuper igne leni carbonum calcinetur ad cineritium aut flaveſcentem colorem; calcinatione hâc leni peractâ, redigatur denuò in pulverem, atque retortæ immiſſum, igne aperto, præpoſito prius recipiente ampliſſimo, fugis undiquaque, ne quid exſpiret,

piret, benè clausis, gradatim, ac secundum artem, destilletur; igne ultimo unâ atque alterâ die aucto, & fortissimi reverberii, ad totalem humiditatis radicalis, oleique rubri expulsionem, quousque nebulæ egredientes non ampliùs conspiciantur: & postquam paulisper refrixerint, vas recipiens cum spiritibus protinùs auferatur, ne attractione siccissimi capitis mortui, spiritus in recipiente commoti retrocedant, & dispereant: Quibus omnibus legitimè peractis, asservetur hic spiritus saltem filtratus, sine ulteriore rectificatione, aut phlegmatis abstractione.

Spiritus hic vitrioli martis gratissimi saporis est; cum moderata enim aciditate dulcedinem quandam sapit: Hepati, lieni & ventriculo roborando, tùm etiam obstructionibus eorundem reserandis efficax est in vehiculis quibuscunque, jusculis, electuariis, conservis, confectionibus, & julapiis exhibitus.

SPIRITUS APERITIVUS PENOTI, cujus compositio nonnihil immutata est, & probata felici usu in hydrope.

Vitrioli *Vngarici* ad rubedinem calcinati ℔iv. Silicum è fluminibus collector. & optimè calcinator. ℔v. Tartari ad albedinem calcinati ℔j. Quæ tenuissimè pulverata, & mixta relinque aliquamdiu in loco humido, ut in liquorem abeant. Quem destilla per alembicum in arena, & ter super caput mortuum pulveratum

cohoba. Destilla autem per retortam igne a[...] perto: sed initio leni phlegma primùm, deinde[...] auctiore spiritum acidum elice. Ex capite mor[...] tuo calcinato salem extrahe, eumque prorsus ed[...] rificatum conjunge, cum spiritu acido, & simu[...] digere. Digestum verò cum argilla in pastillo[...] redige, atque ex his in umbra siccitatis per re[...] tortam igne nudo, observatis tamen gradibus[...] spiritum alkalisatum provoca.

Dosis est à ℈j. ad ʒij. in vino aliove convenien[...]ti liquore.

AQVA DEOPPILATIVA.

℞. Radic. dulc. amar. ℥iij. Herb. lupul. cuscu[...] eupator. hepatic. cichor. scabios. ana M[...] Infunde per triduum in sero lactis ad tres dig[...]tos. Hînc destilla.

Hujus destillati ℥iv. misce syrupi è quinq[...] radic. ℥ij. Detur omni manè, sed interjectâ pu[...]gatione quovis triduo aut quatriduo.

ACETOSVM ESVRINVM.

EX vitriolo, cum ferro & ære calcinatis, Ac[...]tosum Esurinum parari potest. *Paracels[...]* id ex solo vitriolo martis & veneris parari annu[...] at nos tantum laboris ægrè absolvi posse medi[...]tantes, sequentem methodum excogitavim[...] Quis enim è calcinatis metallis tantum vitrio[...] extrahere nôrit, ut ex eodem iterum calcinat[...] tanta dicti liquoris quantitas educatur, quæ pl[...]ribus ægris sufficiat.

℞. Igitur Colcothar. ℔iij. Ferri cum sulp[...] calcinati ℔j. Pulverisatis & simul mixtis, va[...]

q[...]

que vitreo ampli orificii inditis, tantum aquæ vitæ superfunditur, ut quatuor digitos superemineat: Vas in fimo equino ad 8. dies reponitur; tunc tincta aqua sensim in aliud vas effunditur per inclinationem novaque aqua fœcibus iterum reaffunditur atque extrahitur: toties ejusmodi operatio reiteratur, quoad omnis color & sapor educatur. Omnes ejusmodi aquæ tinctæ, lento igne per alembicum vel retortam amplam cum suo recipiente exstillantur: igne sensim aucto, & omni aquâ vitæ prolectâ, acidus ille liquor e-urinus in mutato recipiente pellitur, fitque præstantissimum medicamentum *adversus plures morbos tartareos; undè & lienis & jecoris pertinacissimas obstructiones reserat, famelicum reddit ventriculum, eumque roborat, vertigini & epilepsiæ non parùm confert; multis etiam gravissimis affectibus medetur, mensium suppressioni, hydropi, ictero & aliis. Guttulæ* ij. iij. & jv. *pro dosi exhibentur, cum jusculo carnis, vino vel alio liquore.*

TINCTURA MARTIS EX CROCO MARTIS CACHECTICO.

℞. Croci martis cachectici q. s. cui superaffundatur Spiritus veneris ad supereminentiam trium vel quatuor digitorum transversorum.

Digerantur calore leni, quousque spiritus affusus imbuatur rubicundo colore, qui decantandus, ac alius spiritus superaffundendus; idque toties vicibus fieri oportet, donec spiritus non ampliùs rubedine tingantur. Postmodum tincti

ſpiritus omnes in B.M. ad oleitatem abſtrah-
tur: reſiduus liquor craſſus deinceps cum ſpi-
vini ſummè rectificato extrahatur, & perind-
liquoris craſſioris conſiſtentiam deſtillando
ſtrahatur, remanente rubicundo liquore in
duo; *qui præſtantior ipſo pulvere cachectico im-
fatis affectibus.*

TINCTURA MARTIS VERA, RUB-
CUNDISSIMA ET PRETIOSA.

EGregia martis Tinctura è vitriolo mar-
per ſpiritum vitrioli, aut reperitâ calcina-
ne cum ſulphure parato, beneficio ſalis eſſen-
lis vini, citò & amicabiliter elicitur, & quid-
modo ſequente.

℞. Sal. eſſential. vini, è ſolo vino, l. a. n-
prorſus re peregrinâ adjectâ, parati ℥vj. Li-
tur hic in vitro ſuper cineres calidos, vel in pa-
la ferrea, igne blando ſubſtrato: (inſtar e-
ceræ liquabilis eſt) deindè immergantur Vit-
li martis legitimè parati ℥iij. vel ℥jv. Facta
mixtura ſtatim ab igne removeatur, & frigef-
contundatur protinùs, relinquaturque nonn-
expanſa in patella vitrea, aliquot dierum ſpa-
aprico expoſita, ut efflorеſcat, & rubicundiſſ-
fiat: è qua mixtura poſtmodum alembico vit-
immiſſa, cum ſpiritu vini cinamomiſato, vel
la cinamomi aqua ſpirituoſa, intra calorem b-
diſſimum, tinctura extrahatur rubicundiſſi-
ſanguinis inſtar; quæ per filtrum à ſedime-
ſuis ſecernenda, ac ſtudioſè aſſervanda eſt.

Efficax est hæc tinctura in obstructionibus [he]patis, lienis, hypochondriorum, mesenterii, [pa]ncreatis, mensiumque suppressionibus refe[re]ndis. Confortat hepar cum reliquis visce[ri]bus, corporis nutritioni inservientibus; mor[bo]que virgineo & cachexiæ medetur. Dosis ʒj. ad ʒij. & ʒiij. extendi potest; & in ju[l]ebis, vino, aut quibuscunque vehiculis, na[tu]ræ & morbo gratis propinari debet.

TINCTURA LUNÆ.

Dissolve Lunam in aqua forti, & affusione aquæ salsæ præcipita ad fundum matracii in [ca]lcem candidam, quæ sequenti aquæ communis [af]fusione edulcorari debet & exsiccari. Hujus [c]alcis ℞. ℥j. Sal. præp. ℥ij. Sal. armoniac. ℥ij. Hæc [pr]obe misce in mortario vitreo, & reverbera per [di]em unum aut duos. Elicitur posteà tinctura [cu]m spiritu vini alcoholisato, vel cum salearmo[nia]co fortificato, & deindè circulatur, ablatoque [m]enstruo tinctura remanet in forma liquoris; hæc [ea]dem tinctura instar lasurei, seu cœrulei ultra[m]arini coloratissimi extrahitur ex limatura lunæ [cu]m spiritu vini, in quo parum salis armoniaci [es]t solutum, quæ ulteriùs posteà, ablato hoc [m]enstruo, & tincturâ, quæ remanet, à salsedine [lib]eratâ, recenti alcohole vini, repetitis cohobiis, [in] oleum elaborari potest.

Hæc Tinctura Lunæ est diaphoretica, & ali[qu]antulum anodyna. Singulare præsertim re-

medium est hepatis, lienis, & menstruorum co-structionibus, easdem solvendo medens. D-tur in aq. cichor. centaur. min. scolopendr. artemisiæ. Confortat omnia membra prim-palia, spiritusque animales mirificè exsus-tat; hinc cerebri inflammationi, nervoru-convulsioni, insaniæ, delirio ac melancho-maximè prodest.

Ejus guttæ iij. *vel* jv. *ad* vj. *in aq. betom-salv. vel meliss. exhibentur.*

ELIXIR HEPATICUM ET SPLENETICUM.

℞. Myrrh. rubr. Gumm. ammoniac. ana Croci *Austriaci* ℥ij. Fl. rosar. rubr. Contusa & incisa extrahantur cum spiritu vini -ctificatissimo, repetitis vicibus affuso, quousq- non ampliùs tingatur, & virtutes omnes ext-ctæ sint. Extractiones junctim ad reman-tiam libræ unius circiter destillando abstrah-tur; posteà diluantur in spir. salis armoniac. a-di ℥vj. Succ. inspissat. agrimon. absinth. verb-hepatic. nob. ana ℥ij. & superiori essentiæ p-abstractionem relictæ, jungantur, quæ junct-tribus circiter diebus leni in calore digesta & -nita filtrentur, eritque paratum Elixir, quod servandum.

In hepate & liene roborando, eorumque -structionibus pariter reserandis non minim-obtinet vires à ℈j. *ad* ʒß. *vel* ʒj. *pro dosi* -

p-

piùs exhibitum, in vehiculo convenienti, saporem ejus amarum & ingratum nonnihil demulcente.

ESSENTIA MARTIS APERITIVA.

℞. Limatur. chalyb. nullâ re peregrinâ permixt. ℥iv. vel vj. circiter. Cui vitro amplo & largo immissæ superaffundantur guttatim & pedetentim, ne nimium effervescat, & inflammetur Spir. nitri opt. ℥iij. vitrioli rectific. ℥ij. spathulâ ferreâ sæpiùs materiam in fundo commovendo, ne nimium induretcat, & vitrum rumpatur, vel dissiliat, quod utplurimum fieri assolet: Spiritibus omnibus instillatis, diluatur massa, antequam nimis compacta fiat, cum phlegmatis vitrioli sulphurei ℥x. vel loco hujus phlegmatis spir. salis armoniac. tantundem. Et efficietur essentia rubicunda, si debitè operatus fueris, vel saltem flavissima, *obstructionibus hepatis lienis, venarum mesaraicarum, vel mesenterii, menstruorum muliebrium, tumoribus etiam durissimis externis emolliendis & resolvendis efficacissima. Excell Zvvelferus se tumorem durissimum in carpo manûs, quem ganglion vocant, solâ hujus essentiæ applicatione, linteolis duplicatis in ea madefactis, abegisse & sanâsse scribit; sed cavendum, ne linteamina eâ tangantur, cùm illa maculis flavis nullâ loturâ delebilibus inquinet.*

ESSENTIA MARTIS CORALLINA HEPATICA.

℞. Magist. solubil. corall. rubr. ʒvj. Solv. in aq. cinamom. opt. ℥iß. Solutioni adde Essent. Martis aperitiv. ℥ij. Misce in Essentiam hepaticam de obstruentem, quæ vices tincturæ martis & corall. re & nomine supplebit.

ESSENTIA MARTIS IN VINUM MALVATICUM IMPLANTATA HARTMANNI.

℞. Limatur martis tepefact. ℔ß. Vini Malvatici ℔j. Sensim juncta stent in arenæ calore per diem & noctem, sic sensim vis aperiens martis transplantatur in vinum.

Aperit mirificè viscerum tartareos infarctus; suavissimum hydropis & icteri remedium. Tertianis auxiliatur febribus & quartanis.

Dosis est ab ℥j. ad ij. & iij. Exhibetur vel per se, vel cum aq. cichor. ut calor temperetur. Manè circa nonam, & post meridiem circa quartam ejus usus proficuus est.

ELECTUARRIUM DE CROCO MARTIS SOLUTIVUM.

℞. Condit. cortic. citri, Conserv. borrag. violar. rosar. ana ℥j. Pulv. fol. sen. orient. ʒvj. Croci martis aperitiv, ʒv. Syrup. de pomis *Saporis* Regis q. s. Misce, fiat Electuarium, cui add. Ol. still. anisi gt. viij.

Dosis ejus est à ℥j. ad ij. & iij.

Hujus

Hujus Electuarii vires sunt imperscrutabiles; in cachexia quantum valeat, satis notum est. Obstructiones tàm jecoris quàm lienis optimè reserat.

TITVLVS XV.
DE
SPECIFICIS SPLENETICIS.

MEdicamenta Splenetica cùm hepaticis convenientiam habent, & cum caliditate majorem aperiendi & incidendi vim possident; plerumque sunt amara, nitrosa; frigida verò splenetica cum hepaticis ferè eadem. Nos in hoc Titulo saltem ea Splenetica attingimus, quorum usus apud Chimiatros semper fuit celebris, ac multis ægris proficuus.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI ACIDUS CHALYBEATUS.

℞. SAl-armoniac. trit & rasuræ martis studio limati & puri ana ℔ij. Hæc probè mixta immittantur alembico vitreo, aut terreæ cucurbitæ vitreatæ, luto probè obductæ: ac posito capitello, præmissóque recipiente, destill. igne aperto, inter initia leni gradatim tamen aucto, donec Spiritus salis armoniaci salsus & urinosus provocatus sit.

Posthæc augeatur ignis ad fundi cucurbitæ excandescentiam, & capitelli nigredinem; & sublimabuntur flores salis armoniaci partim ad capitellum usque, partim verò & quidem majori co-

piâ, ad latera alembici; verùm cineritii tantùm, nigricantis coloris. Peractâ sublimatione, omnibus refrigeratis, massa in fundo cucurbi relicta & conglobata, additis & restitutis ipsi fl ribus salis armoniaci nigricantibus propriis ja jam sublimatis & probè mixtis, exponantur ae humidiori libero, ut eo impraegnentur. Hoc ctò paulatim mixtura haec incipiet efflorescere in altum sese extollere conspicitur, augeri, mo fieri, humectari, & in colorem cineritio-flav mutari: odorem spirabit acutum, acrem vitr latum, sapore subdulci martiali variatum. Qu bus signis apparentibus, aptissima haec censea massa, quae tùm etiam ad florum martialium su limationem promoveri queat: idipsum tam diverso respectu, distinctaq; operatione & dest latione: utpotè ad spiritum destillandum seque ti procedatur modo: Nimirum massam prae ctam impraegnatam immitte retortae vitreae a plae, collóque satis largo donatae, luto probè m nitae, atque obductae.

Quo facto, & in furno retortâ accommoda recipiente praefixo largo, fugilque benè clau gradatim aperto quidem igne destilletur, eâ men lege, ut sub initio fiat moderatissimè, ad fluxionem usque phlegmatis; aucto post ig paulatim, quoad spiritus in forma nebulae sub quantur. Sicque sensim, fortiori ignis gradu stillatio continuanda, donec nebulosi spirit planè disparant. Hac absolutâ destillatione sp tus acidus salinus (spiritui salis ferè similis) co ris aur[illegible], nonnihil dephlegmetur, & in vitro, c

&

& vesica sufficienter occluso, studiose custodiatur.

Præstantissimus est hic Spiritus in obstructionibus hypochondriorum reserandis, melancholia hypochondriaca, febribusque putridis arcendis, ac torminibus ventris compescendis: calculum expellit, stomacho, hepati, simulatque lieni, essentiâ martis dives, robur confert. Exhibendus est in vehiculis, cuilibet morbo congruis, & infirmis gratis, à ℈ß ad ℈j.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI ACIDUS.

℞. Sal. armoniac. pur. ℔j. Frumenti vel tritici ℔j. vel ℔iij. in pulverem redacta ambo, immittantur benè commixta alembico vitreo (loricato, uti loquuntur Chimici, vel luto obducto) suo capitello amplo, proboscidem largam etiam habente, munito, qui collocetur in furnum supra ignem apertum s.a. præpositóque recipiente amplo, destilletur per gradus ignis, phlegma & spiritus, ultimò extremà ferè ignis violentiâ urgendo, sic potior pars armoniaci residui, & nondum in spiritum resoluti ad capitellum sublimatur, inque excipulum particula ejusdem unà cum spiritu etiam transit; refrigeratis omnibus, eximatur spiritus, & in alembico vitreo, phlegmate priùs leniter abstracto, quousque acidæ guttulæ transeunt, totaliter rectificetur; relictum in alembico sal nigricans cum aqua simplici solvendum, filtrandum, & ad siccitatem salis albissimi in vitreo vase abstra-

abstrahendum est. Salis hujus unicia una vel altera libræ uni ejusdem acidi spiritûs rectificati uniri poterit, & sic legitimè ac debitè acuatus spiritus in operationibus præstantior & nobilior existet. Reliquum verò sal, & quod ad capitellum sublimatum est, ab impuritatibus, & nigredine, per solutionem & filtrationem, ut artis est, liberatum, portò recenti frumento vel tritico permistum, denuò in spiritum destillari potest, uti prius.

Spiritus hic magnarum virium est in obstructionibus lienis, hepatis & mesenterii &c. In febribus tùm continuis tùm inter mittentibus, colica passione, nephritide, & ad plures alios humani corporis affectus, qui ab obstructione aliqua ortum ducunt, magnum etiam solatium adfert.

SPIRITUS SALIS DULCIS TARTARISATUS.

℞. Tartar. crud. & albiss. pulverisat. ℥j. Spir. salis rectificat. ℥iij. Destilla ex retorta vitrea per arenam in primo ignis gradu ad siccitatem usque; cohobetur ter, & habebis ut suprà.

Spiritus hic in obstructionibus lienis reserandis efficax auxilium præstat.

Dosis ejus est à gt. v. ad x. & xx. in vehiculo appropriato.

SPI-

SPIRITUS VITRIOLI PHILOSOPHICUS.

AQua illa, quæ in Mercurii vitæ vel pulveris emetici præparatione imbibisse dicitur salium vim corrosivam, si per lenem èvaporationem ex vitro à phlegmate liberetur, & aciditas reliqua per retortam pellatur, exhibet spiritum vitrioli elegantem, qui Philosophicus appellatur. Ex sale nimirum vitriolato communi modo non fit, sed ex tenuissima illa substantia vitriolata, quam Mercurius sublimatus ab antimonio per superiorem destillationem, in oleiformem liquorem redactus, antè sublimando ex vitriolo & sale extraxerat, & secum, licèt liquorosus fuerit factus, id quod solius antimonii beneficio fit, transsumpserat: quæ tandem post aquæ simplicis adjectionem ab isto Mercurio in pulverem album præcipitando in aquam separatur.

Est hic Spiritus vitriolatus potioris virtutis, quàm ille, qui vulgari modo perficitur. Ejus guttæ ij. iij. vel iv. vel ad summum vj. in haustulo vini, vel vehiculo convenienti datæ lienem & venas mesaraicas mirificè solvunt; medentur febribus; luem veneream mitigant; ventriculum debilitatum à phlegmate crasso infar-

farctum confortant; Imprimis verò pestem in aq. ulmar. & card. bened. tollunt. In melancholia hypochondriaca mirè prodest hic spiritus. Eo etiam extrahuntur tincturæ mineralium, corallia & perlæ dissolvuntur.

SPIRITUS VITRIOLI ESURINUS, SEU ACETUM VITRIOLI ESURINUM.

COnficitur nobilis hic Spiritus ex Vitrioli ad rubedinem calcinat. ℔iij. Ferri cum sulphure calcinati ℔ij. Mistis in vase vitreo ampli orificii, tantum spiritûs vini additur, ut supereemineat 4. digitos, octo dierum digestione in calido loco factâ, tincta aqua sensim effunditur per inclinationem in aliud vas. Nova aqua iterum affunditur, & toties labor hic iteratur, donec omnis color & sapor educatur. Aquæ omnes conjunctæ per retortam vel alembicum exstillantur, novo ad moto recipiente, igne sensim aucto, & omni aquâ vitæ prolectâ, acidus liquor esurinus pellitur.

Spiritus hic tartareis morbis ex splene ortum ducentibus cum fructu opponitur, obstructiones omnes aperit, ventriculum confortat, & epilepsiæ auxiliatur ad aliquot guttas in aqua con-

conveniente sumptus. Similis naturæ esse videtur cum spiritu vitrioli veneris, qui ex viridi æris arcanâ ἐγχειρήσει prolicitur.

TINCTURA TARTARI.

COmmodissimè illa extrahitur ex tartaro simpliciter, in furno figulino, & fortiter deinceps etiam calcinato, donec variegatis coloribus appareat; & quidem cum spiritu vini; repetitâ extractione, & affusione recentis spiritûs, quousque rubedo in extrahente spiritu appareat. Spiritus postea tincti omnes in B. M. ad justam tincturæ consistentiam abstrahantur, quæ studiosè asservetur.

Confert in melancholia hypochondriaca, obstructionibus hypochondriorum & mesenterii; item in ciendâ urina. Hydropi & scorbuto medetur.

Dosis ejus est à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo specifico & appropriato.

TINCTURA VITRIOLI MARTIS

℞. VItriol. martis ℔ß. calcina igne lento ad albedinem, continuò agitando admisce Terræ foliat. tartari ℥iij. affusâque s. q. spiritûs vini rectificati per mensem

ſem digere, quotidiè agitando, poſtea filtra.

Inſignis eſt Tinctura in obſtructionibus lie-nis, hepatis aliorum viſcerum. Vino infu-ſa gratum odorem ſpirat, tincturas etiam a-lias exaltat.

Doſis à gutt. xx. ad xxx. in juſculo vel vino.

TINCTVRA TARTARI ANTIMONII VERA.

℞. NItri puriſſ. Tartar. alb. Antimonii opt. ana part. æqual. pulveriſa omnia ſubtiliſſimè, injice cochlear unum poſt alterum in ignitum crucibulum, carbonibus optimè accenſis, & donec fumum emittere deſinat, nihil aliud injice; atque ſic per vices hanc operationem continua uſque dum omne detonatum ſit, relinque in vehementiſſimo igne per 1. horam. Deindè materiam in crucibulo detonatam, ignitam & urentem adhuc exime, rejiciendo in ſpiritum vini rectificatiſſimum (vel etiam ad purificandum ſanguinem ſpecificum alium) relinque ita optimè clauſum vitrum per aliquot dies donec & color & conſiſtentia tibi placeat.

Ob-

Observandum 1. Loco antimonii crudi potest sumi illius regulus.

2. Quidam etiã ex reliquiis Tincturæ Amlungianæ Nephriticæ, novo addito nitro, per vices iterũ detonatis, hanc præparant. Sed prior modus sive cum crudo, sive cum regulo antimonii est Ampliss. Domini D. Michaëlis, quem pro arcano habet non facilè revelandum.

3. Hæc tinctura potest omnibus potionibus, decoctis & julapiis addi; valdè enim purificat sanguinem.

4. Quidam antimonium certâ præparatione sali tartari conjungunt, & per spiritum vini extrahunt tincturam hanc in calculo, podagra & malo hypochondriaco summè salutarem.

5. Dn. D. I. D. Horstius ex sal. tartari liquefact. ℔ij. addit. sulph. aurat. antimonii ℔j. liquefactis, in crucibulo extrahit cum spiritu cochleariæ tincturam suprà dictam.

6. Alii ad modum superiùs descriptum sumunt loco reguli antimonii scorias ex calcinatione relictas, hasque adhuc calidas in mortario comminuunt, cucurbitæque vitreæ inditis superfundunt spiritum vini;

Digerunt per aliquot dies vase optimè mu-

nito, & habent ex flavedine rubescentem tin-ctuťam.

9. *Quò calidiori materia affunditur spiri-tus vini, eò rubicundior fit tinctura.*

Tinctura hujus nobilissima dosis est à gutt. ad xx. in debito vehiculo.

TINCTURA MARTIS APERIEN TARTARISATA.

℞. Limatur. martis, Tartari ana ℔ß. co-que in lebete, vel cupula ferrea, p 6. vel 7. horas, ligneo bacillo nonnu-quam agitando. Tùm nigrescit sensim quor. Ablato igne cum subsederit tar-rus, liquor tinctus sensim aufertur. N aquæ affusio & coctio repetitur. Liq-res conjuncti arenæ calore exhalant medietatem. Quod remanet in vitro servatum, salinum præ se fert saporem.

Vsus hujus tincturæ est nobilissimus, & e-gias vires in lienis obstructionibus aperie præstat.

Dosis est ℈ß. in jûsculo, vel vino, horis tutinis & vespertinis.

TI

TINCTURA EX FLORIBUS ANTIMONII; LILIUM PARACELSI.

℞. Antimonii, Sal. armoniac q. s. propellantur per retortam, ut nil nisi fœces emaneant. Ex floribus his optimè edulcoratis, & in reverberatorio aliquandiu vase clauso per colores ad rubedinē reverberatis, extrahe tincturam s. a. cum spiritu vini rectifica, eumque tursus tandem abstrahe ad consistentiam olei.

Medicamentum est restaurativum totius corporis, solâ humorum correctione agens; mundificat corpus hominis supra omnia arcana: utile insuper inobstructionibus hepatis, lienis, in scorbuto, melancholia hypochondriaca, ictero nigro & simil. Movet etiam menses, et si Basilio Valentino credimus, purgat leniter per alvum cum extracto rhabarbari ac tinctura corallorum.

Dosis est à gutt. iij. ad vj.

TINCTURA APERITIVA LAUDABILIS.

℞. Acidi tartari pulverisati, Tartar. vitriolat. ana ℥iß. adde Spir. tartari cor. rect.

rect. vini rectificati ana ℥ij. vitrioli, ſ[illegible] ana ℥j. infunde hæc omnia mixtim in m[illegible] tro benè munito; ſtent in digeſtione [illegible] tres ſeptimanas; decanta & filtra.

Doſis eſt à gutt. x. ad xx. in aq. cochlear. [illegible] naſturt. aq.

Mirabiles habet vires in ſale ſcorbutico [illegible] ſcutiendo.

TINCTURA MARTIS CU[M] ANTIMONIO.

℞. VItriol. martis & antimon. ana [illegible] calcina, abſtracto in retorta ſi[illegible] ſpiritu ad rubedinem, ſuperfunde Sp[iri]tum vini, vel hujus loco ſpiritum [co]chleariæ; digere & filtra: tunc p[ara]ta eſt.

Doſis eſt à gt. iij. ad x. *&* xvj.

TINCTVRA VITRIOLI MARTIS.

℞. VItrioli martis ℔ß. Calcina i[n] lento ad albedinem, continuò [agi]tando, affunde Terr. foliat. tartari ℥iij. fusâque q. ſ. ſpir. vini rectificati menſem digere, quotidiè agitando, [po]ſteà filtra.

Doſis eſt à ℈j. *ad* ℈iß.

TINCTURA ANTISCORBUTICA.

℞. SPir. cochlear. ℥ij. tartari rectificat. ℥iiß. vitrioli rectificat. ℥iß. Tinctur. [m]artis ℥i. Santal. rubr. q.s. Digere, donec [fi]at tinctura.

Dosis est à gr. xx. usque ad xxx. inconve[ni]enti vehiculo.

ARCANVM TARTARI.

℞. SAl. tartar part.ij. urin. fix. part. 1. Affunde toties acetum destillatum, do[n]ec nihil ampliùs imbibat. Ex relicto li[q]uore cum argilla forma globulos, & destil[la] spiritum instar spiritûs salis. Hunc po[st]eà cum spir. vini, vitrioli & sulph. rectifica; [di]gere in B. V. per 6. septimanas, & habe[bi]s arcanum

In morbis lienis deploratis, ac in aliis mul[ti]s magnis morbis inæstimabile.

Dosis hujus est à gr. v. ad x. in vehiculo spe[ci]fico.

LIQUOR TARTARI SPLENETICUS.

℞. TArtar. ℔j. Nitri ℔ß. Misce exactè, imponeque laminæ ferreæ ignitæ, calcinetur. Hinc pulverisa ac affunde [a]quæ ferventis ℔iv. digere in loco calido

dies 6. quotidiè agitando; posteà colet-
tur.

Tandem adde Tartar. ℔j. digerantur
per dies 5. filtreturque pro usu.

*Insigne, & singulare est deoppilativum il-
nis, aliarumque tartarearum obstructionum
mesenterium maximè infestantium, adeoq; u-
le in hypochondriaca scorbuticaq; affectione
mensium obstructione. Dosis est à 10 ad ℈i. s. ad
cum aliis appropriatis vehiculis.*

MAGISTERIUM ET LIQVOR CRY-STALLORUM.

℞. CRystall. contus. & subtilissimè pulver-
ut velut alcohol appareant ℥vj. Ca-
nentur cum sal. tartari tantundem & optimè
purat. in furno figulino in testa vitreata cum op-
culo foraminibus pervio tanto tempore, quanto
ad effectionem vasorum figulinorum requiri
let. Posteà in aquam urticæ minoris conjice
omnia resolvantur in aquam limpidissimam v-
dis coloris; quod in fundo remanet, rejicitur
quor verò purus servatur usui. ℞. Hujus liqu-
q. s. cum spir. vitrioli vel tartari q. s. tunc præc-
tatur, & in fundo residebit magisterium, quod
quoties edulcorari, & ad usum exiccari potest.
*sis liquoris est à gt. x. ad xx. Magisterij verò à ℈I
℈j. Easdem cum superiori habet vires.*

EE

ELIXIR ANTIHYPOCHONDRIACUM, HEPATICUM, SPLENETICUM ET ANTISCORBUTICUM.

℞. FOl. agerati corymbiferi cum fl. flav. chamædr. agrimon. hepatic. cœrul. alb. ceterach. ver. ling. cervin. ſpicanth. fumar. cochlear. naſturt. aq. ſedi mural. ana. Mj. Radic. dictamn. alb. rhabarb. Monach. acori veri, filicis, ſcorzoner. polypod. ſarſæparill. Cortic. radic. cappar. tamariſc. ſed. fraxin. Sem. geniſt. aniſ. fœnic. ana ℥j. Fl. geniſt. hepatic cœrul. & alb. centaur. min. ana p. j. hyperic. ſambuc. ana. M. ß. Lign. Sanct. raſp. ℥iv. Scob. lign. ſaſſafr. ℥iij. conciſis contuſis, & ſale tartari cum radicibus rhabarbari benè tritis accuratè miſto, adfundatur Spir. vini q. ſ. Stent in digeſtione. Tinctus ſpiritus effundatur. Conjuncti omnes exhalent leniter. Reſiduum ſervetur ad uſum. Exaltari poteſt additis Spir. vitrioli, tartari, theriacal. camph. ana. q. ſ.

Viſceribus languentibus in dictis affectibus felici cum ſucceſſu hoc Elixir medetur. Doſis ℈j. *vel.* ʒß. *Adſumatur in juſculo, cerevisia, vino vel alia aqua appropriata.*

ELIXIR ANTISCORBVTICVM NOBILISSIMVM.

℞. COrtic. citri ℥iij. cappar. tamariſc. Lign. ſaſſafr. ana. ℥v. Herb. chamædr. ſcolopendr. ana M j. cochlear. M. iiß. naſturt. fumar. cichor. ana M. iß. agerati, ſcordii ana M. j. Fl. geniſt. M. iß. bugloſſ. M. ß. ſambuc. tunic. acac,

ana Mj. Sem. dauci *Cretic.* ℈iv. siler. mont. ʒj. nasturt. genist. ana. ʒiß. chalyb. cum sulph. præp. ʒiij. Croci orient ℈iv. Radic. ari, filic. ana. ℥ß. enul. ʒiiß. raphan. ʒiij. polypod. quercin. rhabarb. elect. ana ʒiiiß. Contusis affunde alcahest *Glauberi* q. s. pro extractione in vase clauso.

Postquam ritè essentia liquore hoc per horas 24. imbibita fuerit, adde Spir. vini ℔iiß. vel q. s. pro tinctura. Quâ paratâ, & alcahest separato, adde spiritui tincto Extract. absinth. ʒiiß pimpinell. granor. actes ana. ʒiß. Mell. juniperin. ℥ß.

Ac rursus fiat extractio, mox spiritum vini per alembicum ad oleitatem usque separa, add Elixir. Proprietat. *Paracelsi* ℥ß Mixtur. simpl. Spir. aperitiv. *Penoti* ana ʒvj. fragor. cynosbat. ana. ʒiij. cochlear. ʒv. cuscut. ʒiij. sambuc. ʒij. Misce benè, & fiat Elixir.

Hoc medicamentum in mundificando sanguine magni est nominis, adeò usque, ut par vel superius inventu non facilè sit.

MIXTURA ANTISCORBUTICA.

℞. Extract. absinth. liquid cochlear. ana ℥ß. Spir. salis optimè rectific. tartari ana. ʒj. sambuc. absinth. ana. ʒiß. Syr. è cichor. ʒiij. cochlear. ʒij.

Permixta exactè stent in digestione per mensem; pòst purum ab impuro segregetur, filtretur.

Usus in præservatione & curatione, manè & serò singulis vicibus exhibendo ℈j. vel ʒß. in aqua vel liquore conveniente, vel vino albo.

MIX-

MIXTURA ANTISPLENETICA EXCELLENS.

℞. HErb. fumar. cochl. chamædr. absinth. ana M iij. Cortic. aurant. Spec. pleres archont. ana ℥vj. Digerantur cum Spir. sambuc. & cochlear. ana q. s. ad extrahendum tincturam, colentur forti expressione; infunde iterum in colatura priores herbas & species, hocqve ter & quater repetatur; ultimò clarificato per residentiam add. Spir. filic. cochlear. ana ℥iiiß. Tinctur. tartari ʒix. Misce. *Dosis est à gr.* xii. *ad* xx. *in vehiculo convenienti.*

AQVA STIMMI SULPHUREA, CLYSSUS ALIAS.

℞. ANtimon. elect. Nitri purg. Sulph. pur. ana ℔j. propellantur per retortam in ventris capacitate superiori tubulatam, idqve in receptaculum amplum ac capacissimum rostro firmiter annexum, in quo infusa sit aliquota aquæ pars: injice materiam sensim per vices, tubulumqve propediem obtura; videbis materiam injectam paulò post incendi, receptaculumqve nebulosis vaporibus repleri, quibus sensim aquæ illi commixtis receptaculum pellucidum redditur, quo apparente, injice iterum &c. Aquam spiritibus destillatis impraegnatam filtra; vel si placet, & adustionem sapiat, à phlegmate in B. M. libera.

Vires hæc aqua habet admirandas. Crassam tartaream qve mucilaginem, ubicunqve locorum delitescat, in corpore attenuat, ac per emunctoria con-

venientia expurgat, per alvum scilicet, per urinam, per sudorem, per salivationem: Unde utilissimum medicamentum audit in obstructione hepatis, lienis, mesenterii, uteri, in adfectu hypochondriaco, colica & simil. præsertim si cum crystallis martis acuatur. Miscetur cum aqua fontana vel alio liquore convenienti ad gratam aciditatem, bibiturque pro libitu.

ACIDULÆ ARTIFICIALES.

℞. Antimonii, Nitri ana ℔j. Sulph. pur. ℔j. ℥ij. Misce. Huic mixturæ adde terram sigillatam, vel bolum Armenum, vel silices tusos, vel arenam optimè siccatam, vel, quod melius, limatur. martis, inde retortæ terreæ, & igne aperto, vel per arenam secundùm gradus destilla. Si vis, irroretur hæc tota mixtura cum phlegmate vitrioli, ex vitriolo crudo per se per alembicum destillato, in vas recipiens præsuppone aquam frigidam fontanam, ad ℔j. circiter, vel quartam partem phlegmatis vitrioli, sicque destilla, ac liquorem exstillantem per B. M. rectifica, quod in fundo manet, filtra.

Acidulæ hæ artificiales naturalibus ob separationem superfluæ impuritatis, & utilitatem tàm hyberno quàm æstivo tempore longè efficaciores sunt. Admirandas ac nunquam satis laudandas obtinent vires. Crassam omnem ac tartaream mucilaginem in universo corpore attenuant, incidunt, ac per emunctoria convenientia expurgant, per alvum scilicet, per urinam, per sudorem, ac etiam per salivationem. Unde exoptatissimum ac felicissimum medicamentum in obstructionibus hepatis, lienis, mesenteri-

rii, uteri, in affectu hypochondriaco, colico & simil. sunt. Miscentur cum vino Rhenano, aqua fontana, vel alio liquore convenienti ad gratam aciditatem, bibiturque pro lubitu.

ESSENTIA CROCI MARTIS SACCHARINI.

℞. CRoci martis saccharin. ℥iß. Spir. vini alcoholisat. q. s. Digere leni calore, & sic menstruum grato concubitu amorosisqve amplexibus gavisum, essentiâ subtilissimâ insensibiliter impraegnatur; decantato hoc, novum superinfunditur, quod suo tempore etiam effunditur. Tandem menstrua omnia in vitro oblongo colliguntur, & in leni arenae calore evaporantur; in fundo relinquitur alcool subtilissimum in paucissima quantitate.

Deoppilativum est insigne, & in lienis ac hepatis obstructionibus pro arcano meritò habendum. Dosis ejus est à gr. v. ad x. in vehiculo convenienti.

ESSENTIA MARTIS APERITIVA.

LImatur chalyb. nullâ re peregrinâ permixtae ℥iv. vel vi. Cui vitro amplo & largo immissae superaffundatur guttatim & pedetentim, ne nimium effervescat & inflammetur, Spir. nitri opt. ℥iij. vitrioli rectific. ℥ij. Spathulâ ferreâ saepiùs materiam in fundo commovendo, ne nimiùm indurescat, & vitrum rumpatur vel dissiliat, quod utplurimum fieri assolet: Spiritibus omnibus instillatis, diluatur massa, antequam nimis compacta fiat, cum phlegmat. vitrioli sulphurei

℥x.

℥x. Vel loco hujus phlegmatis Spir. salis armoniaci acidi tantundem, & efficitur Essentia rubicunda, si debitè operatus fueris, vel saltem flavissima.

In obstructionibus lienis, hepatis, venarum mesaraicarum vel mesenterii, menstruorum muliebrium, nec non durissimis externis tumoribus emolliendis & resolvendis efficacissima deprehenditur.

Nota: Quod cum solo spiritu nitri & phlegmate vitrioli, vel phlegmate spiritûs salis armoniaci, omisso spiritu vitrioli, confici possit.

ESSENTIA MARTIS CORALLINA.

℞. MAgister solubil. corall. rubr. ver. ʒvj. Solvatur in aq. cinamom. opt. ℥ißs. Solutioni adde Essent. martis jam dictæ ℥ij. Misceantur in Essentiam *Spleneticam & Hepaticam deobstruentem, quæ vices tincturæ martis & coralliorum re & nomine supplebit.*

Nota: Essentia martis, si destillando abstrahitur, nullum ferè vitriolum post se relinquit, uti aliæ martis vel chalybis solutiones, solo spiritu vitrioli peractæ, eo quòd subtilior magisque volatilis sit, & consequenter summè penetrabilis.

ESSENTIA SPLENETICA D. MICHAELIS P. P. LIPS.

℞. HErb. scolopendr. M. iij. ling. cervin. cuscut. milzatell. Epithym, Fl. hypericon. ana M. j. genist. M. ß. Cortic. tamarisc. fraxin. cappar. ana ℥iv. Radic. filic. gramin. polypod. quercin. ana ℥iij. caryophyllat. ℥ißs. Sem. fraxin. genist. ana ℥ß. nastурt. cochlear. ana ʒij. Cum

spir.

ſpir. cuſcut. *& fumar f. l. a. Eſſentia, cujus doſis eſt à gutt.* xx *ad* xxx. *in vehiculo appropriato. Egregiè lienem aperit & ſcorbutum expellit.*

ESSENTIA MARTIS DULCIS IN FORMA LIQUIDA ET CONSISTENTI.

℞. Limatur. martis aquâ clarâ purificat. q.ſ. Superfunde ſuccum pomorum Borſtorffianorum, pone in locum calidum, per aliquot dies, ſæpiùs rutabulo agita, pòſt per linteum exprime, ac in loco calido digere ad conſiſtentiam, tunc eſt Eſſentia martis dulcis in forma conſiſtenti; quæ etiam extractum martis dulce nominari poteſt. Huic ſi ſuperfundas ſpiritum vini, vel in affectu ſcorbutico ſpiritum aliquem antiſcorbuticum, habebis Eſſentiam martis dulcem in forma liquida.

Doſis eſt à gt. xx. *ad* xL. *in convenienti vehiculo, vino, cerevifia, vel aqua aliqua appropriata.*

ESSENTIA HYPOCHONDRIACA NOBILIS.

Limatur martis ſubtiliſſ. ℥ij. Irrorentur Spir. vitrioli q. ſ. Mixta ſtent in vaſe vitreo per triduum, poſteà affunde Vini alb. generoſ. ℔ij. ſtent in digeſtione per 7. dies, agitentur quotidiè aliquoties. In colatur. infund. Trochiſc. de càppar. ʒvj. rhabarb. ℥ß. Spec. diarrhod. abb. ʒij. diatrion. ſantal. ʒj. aromat. roſat. ʒiß. Crem. tartari. ʒij. Fœc. aron. bryon. ana ℈ij. Sal. fraxin. cichor. abſinth. ana ℈j. Croci orient. ʒj.

Mixta digerantur in B. M. per triduum, poſteà co-

coletur, colatum ad medietatem abstrahatur per destillationem, residuum servetur in vitro. *Dosis est à ℈ß. ad ʒß. ex jusculo carnium, aut alio liquore convenienti.*

Cuncta hæc medicamenta ex Marte parata rectè in affectibus lienis exhibentur; Chalybs enim purgandi simul & abstergendi vim habet, quemadmodum rosæ & rhabarbarum, suâque acrimoniâ humores crassos & viscidos incidit & detergit, ideóque contumaces obstructiones reserat, ac ratione adstrictionis lienem reborat, imò teste, Petro Johanne Fabro in Hydrogr. Spagyric. lib. 2. c. 15. pag. 1866 membris omnibus robur & vigorem egregiè infundit, oppilationes reserando efficacissimè auxiliatur, id super quod calido nativo est inimicum, optimè fugat, febribus cunctis intermittentibus medela est; hydropises, paralyses, stupores, affectus melancholicos, frigidos quoscunque tanquam Saturni & oblasæ Lunæ genuina pignora velut alter Sol quidam discutit, & evanescere facit. Mars enim humorem absumendi maximam vim habet ob qualitatem calidam & siccam, cujus beneficio scorbuticum hoc serum imbibit ac è corpore evacuat, salsumque, quatenus ea chalybem arrodere nituntur, acrimoniam obtundit, seu, ut Joh. Baptista van Helmont. Parad. 5. §. 10. pag. 554 ait: Sal nocuum, (quale scorbuticum est) quod purgantium mandatis non auscultat ad ferrum, in forma pulveris assumptum præcepit accurrit, eique adhæret, ut illud dissolvat, & vires exerat suas, adeoque juxta illud coagulatur, simulque cum ferro foras evadit.

OLEUM

OLEUM TARTARI SPLENETICUM.

℞. OL. tartar. ex cryſtall. vel cremore tartari unicâ ſolutione parati, deſtillati ℔ß. cui adde Ciner. ſarmentor. vitis q. ſ. ad maſſam efficiendam, velut ad ſiccitatem reducatur oleum. Et per retortam vitream in arena rectificetur; ſervetur ad uſus externos.

Hoc regioni lienis in ejusdem obſtructionibus & ſcirrhoſis affectibus illitum ſæpiùs, parùm præſtare, experientia docuit: qui verò illud aliis rebus penetrantibus, utpote camphorâ, ſuccini oleo permiſcere voluerit, is ſine dubio, quantum quidem exteriùs medicamentis conceſſum, plura efficiet.

BALSAMUM SPLENETICUM D. ROLFINCII NOBILISSIMUM.

℞. OL. capar. expreſſ. ℥ß. Balſam. ſulph. terebinthinat. ʒij. Ol. tartari rectificat. ʒj. Miſce ſuper igne leni in fictili. S. Miltz-Balſam.

Coſtarum notharum regioni inunctum prodeſt illius loci doloribus; tenſiones ſplenis à flatuoſis humoribus & tartareis impuritatibus reſolvit.

TERRA FOLIATA NITRI S. CLOSSÆI.

NItrum in crucibulo ſuper igne moderato liquetur: quo liquato, toties carbones vivi

inii-

injiciantur, quò inardescat, donec flagrare desi-
nat & fixetur. Quod restat nitrum, in crucibu-
lo cum carbonibus fixum, in aceto destillato sol-
vatur, filtretur, & in cucurbita vitrea ad siccita-
tem nitri abstrahatur: cui postmodum recens
iterum acetum destillatum affundendum, & ab-
strahendum est; idque toties repetendum, do-
nec acetum eâ, quâ affusum, acrimoniâ destillan-
do transeat. Quo facto, spiritus vini itidem
nitro dicto, in cucurbita residuo fusili, semel at-
que iterum destillando abstrahatur. Sic in fun-
do, aucto paulisper igne, residebit terra talcos
fusilis instar ceræ; quæ ab impuritatibus omni-
bus, repetitâ solutione, filtratione & coagula-
tione, separanda, & ad usum asservanda venit.

Valet in obstructionibus hepatis, lienis, &
mesenterii: Morbos hypochondriacos egreg.
expellit: calorem viscerum ex æstuantem repr
mit: & medicamentis aliis admixta, eadem a
loca remota ducit, eorumque operationes pro-
movet.

Dosis ejus est ʒß. in convenienti liquore.

TARTARUM CHALYBEATUM.

℞. Vitrioli martis cum Spir. vitrioli vel cum
sulphure parati ℥ß. Solvatur in Succ. eri
div. rec. express. & depurati, seu acetosell. q.
Solutionem hanc in corpora cum Cremoris se
Acidi tartari ℥iij. ac leniter in vase vitreo, calo-
re lenissimo, exicca & asserva.

Pr

Præstans est in obstructionibus hypochondriorum & suppressione mensium: aperit & alvum laxat.

Dosis est à ℈ß. ad ℈j. & ʒß. in vino Rhenano, vel alio vehiculo appropriato.

ARCANUM DUPLICATUM SEU SAL SAPIENTIÆ.

Extrahe ex capite mortuo aquæ fortis, ex vitrioli & nitri æqualibus partibus destillatæ, cum aqua tepida sal candidissimum. Hoc postea totum & subtilissimè supra marmor tritum impone cucurbitæ lutatæ & successivè augendo & continuando ignem ad horas duodecim secundum gradus, sæpiùs agitando calcinetur, ut circa finem fundus cucurbitæ aliquo modo candescat. Et postquam omnia refrixerunt, vitro rupto sal eximatur, & à novo, ut primâ vice, subtilissimè teratur, & hic labor denuò secundâ & tertiâ vice repetatur; & sic verè præparatum est.

Quidam secretiores Spagyri hujus salis partibus septem vel decem addunt Calcis solis, vel lunæ debitè ac ritè præp. p. 1. & invicem benè mixta supra marmor, subtiliter terunt; & posteà beneficio ignis, ut sciunt Artifices, figendo uniunt, & thesauri instar custodiunt.

In affectibus hypochondriacis, melancholicis, insania, mentis alienatione, peste, morbis epidemicis, febribus &c. secretum est. Et operatur hoc medicamentum variè per sudores,

sedes, & interdum etiam somnum facit. Deo-sis à ℈j. ad ʒß. in vehiculis appropriatis & prio-priè morbum respicientibus.

De viribus divini hujus medicamenti in Excell. Ioel Langelot, ad Cl. Schröderum scri-psit: *Mille experimentis salis hujus efficaciam Aula nostra comprobavit in melancholici affectibus, febribus quibuscunque continuis & intermittentibus, calculo, scorbuto &c. Quin & somnum conciliâsse, præsertim in melancho-licis non semel notavimus.*

Constitit Illustriss. nostro Principi Holsatiæ descriptio quingenti imperialibus. Libras aliquot quotannis absumimus Mynsichtu hic accepit, qui illud sub nomine Arcani du-plicati venditat.

SAL CACHECTICUM CHA-LYBEATUM.

℞. SAl. com. illius puri (ex capite mortuo aquæ fortis) p. ij. Sal. comm. prunell. p. 1. Flu sal. com. prunell. in crucibulo, hinc super injic animam martis (sive illa liquida sit, sive in form pulveris) sic rubescet. Si satis impraegnatum rubeum videatur, conterendo admisce sal. com illud capitis mortui, fiatque pulvis subtilissimu Hunc inde cucurbitæ vitreæ, da ignem aren gradatim, tandemque fluat instar aquæ (quò di-tiù

s, cò meliùs) Denique fracto vitro exime la-
em rubicundum.

*Summè conducit hoc Sal in affectibus sple-
ticis, in appetitu prostrato, cachexia, febri-
s, nephritide, catarrhis, scorbuto, lue Galli-
contractura, paralysi, & ubicunque sangui-
emendatione opus est; somnum inducit,
alia præstat quamplurima, idque utpluri-
m insensibili transpiratione, nonnunquam
dore sine molestia; aliis blandum movet vo-
tum, sed rarò: aliis leniter alvum ciet. Do-
est à gr. vj. ad ℈j. in liquore appropriato.*

CROCUS MARTIS APERITIVUS SACCHARINUS.

LAminas è ferro vel chalybe puro ductas, Olei sulph. per campanam parati, vel Spi-
s aut Olei vitrioli q. s. Obline lamellas brevi
poris spatio, efflorescit crocus albicans, qui
tro derasus dulcis nonnihil sapit. Iterum ob-
lamellas, crocumque collige, idque repete
lubitu.

*Nobile lienis & hepatis est restaurativum,
mmumque eorum viscerum remedium.*

Dosis ejus est à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo speci-

PANACEA EX MERCURIO.

MErcur. dulc. seu, uti vocant, Aquilæ cœlestis ℥vj. Regul. antimonii ritè parati
Misce exactè, & in pulverem, super porphy-

 rite

rite diu conterendo, redigantur: quibus deim cucurbitæ vitreæ immissis superaffundantur Sp vitrioli opt. ℥iij. digerantur triduo vel deindè arena destilletur & abstrahatur tota humidit phlegmatica aquosa ad siccitatem pulveris, v massæ: cui in pulverem redactæ, spiritus vini ta tarisatus superaffundatur, extrahaturque tinct ra, repetitâ ejus affusione & decantatione, qu usque nulla amplius rubedo appareat. Spirit tincti omnes in B. M. ad siccitatem pulveris rub abstrahantur, qui affervetur.

Dosis ejus est à gr. iij, ad v. In morbis di turnis chronicis sanandis, obstructionibus re randis & febribus abigendis; Item in mela cholia hypochondriaca, icteritia & lue vener curanda, efficax est remedium.

FLORES SALIS ARMONIACI MARTIALES.

℞. MAssam illam benè impraegnatam, ex q spiritus salis armoniaci acidus chalyb tus destillatur, eique adde, respectu massæ, di dium recentis salis armoniaci: Exhisce pro commixtis, & cucurbitæ lutatæ immissis, capit lo apposito, ac vitreo recipiente præmisso, atq juncturis undique clausis, confestim flores su limentur: Cujus laboris initio spiritus quid acidulus prolicietur; Flores autem protinùs psum insequentur, flavedinis aureæ specie, corticis aurantii similitudinem colorati, tàm capitello, quàm lateribus cucurbitæ, agglutin

adhibito tamen ultimo igne forti, ut fundus cucurbitæ candeat. Peractâ sublimatione, omnibusque frigefactis, excipiantur flores flavi, qui vel per se custodiendi, vel ulterioribus laboribus consecrandi sunt.

Hi Flores per se obstructionum hypochondriacarum resolutioni, naturaliumque viscerum confortationi, & febribus putridis coercendis à ℈ß. ad gr. xv. in vehiculis appropriatis assumpti, deserviunt.

TITULUS XVI.
DE SPECIFICIS HYDROPICIS.

ALimenta nostra cibus & potus tria habent in se excrementa, unum est aqua, alterum sulphur, tertium sal vel tartarus. Si hoc medium reliquorum duorum ab astrali igne in suo proprio elementali igne conjuncto resolvatur, tunc fit & generatur ex illa resolutione his hydrops. Ad contumacissimum hunc morbum curandum Chimici præscribunt varia & singularia medicamenta, inter quæ sequentia majorem præ cæteris efficaciam habent.

SPECIFICUM PURGANS HYDROPICUM CROLLII CORRECTUM.

RAdic. hellebor. nigri mense Octobri collectar. ℥iij. (NB. Ut ab helleboro spuma enata in præparatione essentiæ diligenter secernetur. Radices autem hellebori *Austriaci*

 spu-

ſpumam hanc non excitant) Colocynthid. an[illegible] ſæ, non recentis, à ſeminibus liberatæ ℥ij. Ex[illegible] hatur Eſſentia cum ſpiritu vini, & iterum ſe[illegible] retur ab illa ſpiritus, ad mellis ſpiſſitudin[illegible] Hujus ℞. Grana IV. Mercur. per oleum ſu[illegible] præcipitati gr. ij. Miſceantur & formentur [illegible] lulæ.

Exhibentur tribus auroris ſucceſſivè; ita tam[illegible] ut poſteriores doſes ſemper duplo aut triplo Me[illegible] rio pracipitato augeantur: Poſteà ſint ad m[illegible] Flores ſulphuris ter per vitriolum ſublimati, [illegible] rum accipe tres partes, & adde extracta Eſſe[illegible] Croci Martis partes duas. Eſſentia hæc ex op[illegible] præparato Croco Martis extrahitur, olei vitriol[illegible] neficio in digeſtione, cui bona quantitas aquæ c[illegible] munis admixta eſt, quæ tamen iterum fortite[illegible] ſtrahenda eſt, ut pulvis extractus per ſe rema[illegible] De hoc mixto pulvere manè, meridie & veſper[illegible] bibe ℨß. Offeratur in conſerva roſarum. [illegible] dor ſpiritu guajaci, vel Mixturâ ſimpl. provo[illegible] dus. Vtatur cibo ſicco convenienti, potu ex[illegible] qui ſit vinum abſinthites chalybeatum; item vi[illegible] juniperinum, aut decoctum ex juniperis.

EXTRACTUM RADICIS ESULÆ RULANDI.

℞ RAdic. eſul. min. ut in officinis proſt[illegible] coque eas leniter cum aqua ſimplici[illegible] ignem deſpumando; Cum non ampliùs ſpu[illegible] decanta aquam colando, & ſerva, aliamque[illegible] perfunde & coque: Collectam aquam om[illegible] exhala ad ſpiſſitudinem mellis, poſteà diſſ[illegible]

pera cum spiritu vini, & in vase clauso ad calorem vasis serva, ut nempe hâc ratione adjectus spiritus vini leniter evaporando auferatur.

Extracti hujus datur à ℈j. ad ℈iij. in vino vel sero lactis. Feliciter aquam inter cutem pellit. Hoc itaque modo purgationes instituantur, quibus alioquin accenseri possunt & alia, quales sunt in primis species diaturbith cum rhabarbaro, trochisci alhandal, ex quibus spiritus vitæ aureus Rulandi extrahitur saltem per spiritum vini malvatici. Hæc nimirum similiter adjumento possunt esse, ad extrahendam aquam, seu salem resolutum. A proprietate ad hydropem conferunt & hæc. 1. Aqua lumbricorum terrestrium. 2. Stercus anserinum. 3. Sal bufonum & ranarum. 4. Arcanum cumini & carvi; quorum descriptiones deinde dabimus.

TARTARUM ALBUM VITRIOLATUM CALCINATUM.

℞. Tartar. calcinatum, solve in loco humido, filtra & exsicca evaporatione lentâ. Hoc, post solutionem scilicet, filtrationem & exsiccacionem pone in lutata cucurbitula, aut vitro quovis præcipitatorio fortiore. Affunde Olei vitrioli rectificati ℥jv. vel v. sed sensim guttam post guttam, aliàs accensum rumpit vas. Sic coagulatur materia, quæ colore albo fundum

ſtatim petit. Oleum autem hoc vitrioli ſuper-natans effunde à materia, quæ in fundo adhuc eſt. Humiditatem deſtilla in B. M. ſic habes fixum tartarum.

Purgat infernè & per ſudorem. Valet ad pertinaces affectus, hydropem, calculum, podagram, peſtem, ſcorbutum. Per inferna purgat, miſtum cum melle roſarum, aut alio ſyrupo. Ad ſudores, in peſte & hydrope cum aq. card. bened. ſcabioſæ exhibetur; vel etiam cum theriaca fieri poſſunt pilulæ. Doſis à ℈ß. *ad* ℈j.

LUNA VITÆ PURGANS.

LUnæ purgatiſſimæ folia cum melle virgineo puriſſimo ſubacta, inter duas fictiles conchas ſuper teſtam calcina, quoad omnia in pulverem abeant, pulverem aquâ calidâ dulci deſtillatâ è melle, ſepara & edulcora; exſiccatum, & rurſus cum novo melle ſubactum pulverem calcina, ut priùs, idque tribus vicibus.

Edulcoratum tandem pulverem repone ad hydropis, lepræ, podagræ curationem, & præſtantiſſimum purgans habebis.

Doſis ejus eſt à gr. ij. *ad* jv. *cum extractis purgantibus; cum ſemi ſcrupulo theriacæ ſudores movet.*

OLEUM ANTIMONII SACCHARATUM.

℞. ANtimonii ℔ij, Sulph, ℥iij. Miſce, & pone in

e in ignem circularem, ut liquescant, atque ita gnem per horas jv. vel v. continua: deinde auge gnem, ut sulphur accendatur & exhalet; hinc ulverisa antimonium, affundeque acetum destillatum, digeranturque per dies viij. dein destillentur, donec guttæ rubræ ascendere incipiant, unc muta recipiens.

℞. Sulph. relict. in fundo ℔j. Sacch. cand. vj Spir. vini opt. ℥jv. Destilla per retortam, in receptaculum, in quo sit oleum, quod primò xstillârit) aquâ forti, donec nihil olei vel vapos amplius appareat. Spiritum vini in balneo bstrahe ad remanentiam quartæ partis.

Melius autem fit hoc oleum, si digeratur aliuandiu cum spiritu vini novo, fecibusque per olaturam separatis; à colatura spiritus vini per estillationem abstrahatur. Deinde in eliciendo hoc oleo saccharato lentè procedendum est, e nimiâ ebullitione fine optato frustreris. Et emùm, si cum aqua vitæ aliqua, vel aqua rosaum, in qua moschus vel ambra soluta sint, additâ aquâ cinamomi, digeratur, atque aliquot phobiis cohobetur, egregium ac planè divinum edicamentum evadit.

Hoc movet alvum, sine vomitu & molestia, ac tilissimum præstantissimumque auxilium præstat hydrope. Dosis est à gutt. iij. ad vj.

TINCTURA EX VITRO ANTIMONII SOLARI.

Vitri antimonii solar. q. s. affunde spir. vini rectificatiss. ad eminentiam 4. digito-

gitorum; digere in vase clauso & extrahetur tinctura rubicundissima, quam serva & adhibe sine abstractione.

Hæc tinctura ob effectus suos mirabiles nobilissima est. Movet sudorem citra vomitum & nauseam, mundificat sanguinem ab omnibus impuritatibus & feculentiis tartareis. Salem imprimis microcosmicum resolutum (ex quo hydrops) coagulat, & phlegmata noxia ex corpore exterminat, podagricos juvat, præsertim, cum arcano silicis fuerit propinata. Dolores artuum ex lue venerea tollit, ut & ipsam luem venereum decoctis convenientibus; curat ulcera. In peste & aliis morbis epidemiis magnum exhibet solamen. Dosis est à ℈j. ad ℈iij. vel plures.

TINCTURA ANTIMONII.

℞. Flores antimonii sublimatos. Hi pro capite mortuo nobiliores virtutes habentes, in vasculo vel vitreo, vel terreo, firmo, rotundo, sed colli longioris, sunt beneficio graduum ignis tamdiu figendi, donec fiant rubini instar rubicundissimi: quibus affunditur acetum radicatum seu destillatum, ut octo digitos emineat, atque ita succedente tempore color rubeus extrahitur totidem repetitis aceti affusionibus, donec

nemp

nempe omnis color fuerit extractus: deindè universum acetum coloratum in arena vel cineribus à tinctura extrahitur, ea edulcoratur aquâ communi stillatitiâ, dulcorata tinctura cum alcohole vini conjuncta, digeritur vase clauso per quadraginta dies, tandem lentâ admodum destillatione, spiritus abstrahitur, tincturâ antimonii pretiosissimâ in forma olei restante.

Hujus dosis est à gr. iij. *ad* viij. *Medicamentum sanè ad restaurationem & renovationem totius corporis humani laudatissimum, in convenienti vehiculo, præsertim verò in vino exhibitum, omnes vitiosos humores ex corpore expellit, & quidem sine evacuatione manifesta, solâ pravorum humorum correctione, succedente paulatim sudore spontaneo, fœtido quidem primùm, sed deindè rursus naturali; hepatis obstructionibus opitulatur; hydropem præprimis tollit ac dissipat; icterum curat; morphæam à lepra tollit, & pro qua eliminanda nihil ferè præstantius reperire licet; lienem rectificat; scorbuto medetur; matricis dolores sedat; menses movet; calculos frangit, & alia infinita subsidia præstát.*

TIN-

TINCTURA MARTIS RUBICUNDISSIMA.

DIssolve limatur. martis ℥j. in aq. fortis ℥viij. (Potiùs aqua fortis successivè & paulatim super affundatur, aliàs nimis fortiter effervescet. Digere per noctem, & destilla per alembicum aquam fortem in arena. Habebis unciam & semis croci rubicundissimi. Super hunc crocum exsiccatum, & in igne leniter calcinatum, funde spiritum vini vulgarem, & apposito alembico cœco, spiritus rubescet, quem à fecibus decantatum destilla in balneo ad oleositatem.

Insigne hoc medicamentum est ad exsiccandum hydropem & viscera corroboranda, universalibus tamen præmissis; si posteà guttæ hujus octo vel decem propinentur hydropico manè & vesperi in decocto granorum juniperi, facilè rem expediunt; ejus guttæ VI. *in vino exhibitæ qualemcunq; hæmorrhagiam passo illicò eam sistunt; sanat vulnera & ulcera antiqua radicitùs, si eadem eodem quotidie ter illinas.*

SPIRITUS SALIS NITRATUS.

PAratur hic spiritus ex sale nitri & communi decrepitato, cujus æquales partes cum dupla quantitate argillæ cribratæ, in glo-

globulos formatæ, per retortam largiuntur spiritum. Hujus ℔j. per diem unum cum salis fusi ℥iv. digeritur, donec sal solvatur. Denuò hoc destillatur per retortam, idque toties, quoties placuerit; cum novo sale factum, spiritum fortiorem dabit, qui, abstracto phlegmate, per cucurbitam in arena rectificatus, cum olei vini æqualibus partibus conjungitur & circulatur.

Maximè prodest hydropicis & ictericis, si guttæ x. in vehiculo convenienti sumantur.

SPIRITUS SALIS COMPOSITVS.

SPiritus salis compositus, & ad medicos usus præstantissimus sic concinnatur.

℞ Sal. nitri, Sal. comm. decrepitati ana q. s. Misce cum tripla quantitate argillæ siccæ, & per setaceum actæ, impastæ, in globulos efforma, quibus exsiccatis, retortam ad dimidium imple, & igne aperto, more consueto, spiritum propelle. Hujus spir. ℔j. cum salis fusi ℥iv. 24. horis digere, ut sal adjectum solvatur, per retortam iterum destilla, idqve toties, quoad placuerit cum novo sale; sic spiritum & auctiorem & fortiorem habebis: à quo per B. M. phlegma abstrahe, & deinceps spiritum per retortam in arena rectifica, tandemqve cum spiritûs vini recti-

rectificati partibus æqualibus conjunge, & in vase circulatorio aut pelicano digerendo, atque iterum rectificando, spiritus istos vini scilicet & salium inseparabiliter unitos, & spiritum salis compositum notandæ virtutis indè conficies.

Spiritus hic salis compositus ad vitam in multos annos propagandam morbosque propellendos egregium auxilium adfert. Imprimis autem hydropicis, ictericis, item verminculosis summè prodest. Dosis est à gr. vi. *ad* viij. *in vino, aqua vitæ, & alio appropriato vehiculo ad sanitatem, singulis septimanis semel vel bis duntaxat. Exteriùs illitus podagram lenit; in aqua vitæ vel fl. tiliæ epilepsiam curat: deniq; quicquid de oleo seu spiritu salis apud Paracelsum aliosque neotericos patet, id ipsum hîc potentissimè præstabit.*

ARCANUM CUMINI VEL CARVI.

IN tympanitide egregiè valet Arcanum cumini, vel etiam carvi philosophicè præparatum, si post primas purgationes, leniores tamen, alioquin exasperatur morbus, ejus guttula aliquot cum sudoriferis, vel etiam cum aliis specificis identidem propinentur.

ARCANVM SANGVINIS HVMANI.

ARcanum sanguinis humani à *Paracelso lib.* 3. *de nat. rer.* qui est de conservatione rerum

aturalium, mirifice commendatur. Parandi modus est talis. ℞. Sang. human. puri & sinceri ℔j. vel ij. relinque in vase ligneo, non metallico, donec omnis aquositas sponte suâ sine ulla alia motione separata fuerit, quam decanta: super sanguinem coagulatum & ad magma quoddam redactũ funde salis communis spiritum, seu aquam, ut vocat *Paracelsus*, & continuò hæc eadem cum sanguine mista eundem rubori pristino restitutum, postcà nunquam putrescere sinit, sed perpetuò conservat in vigore. *Hoc arcanum, fecimus post aliquot dies remotis, vocat Paracelsus Balsamum super omnia balsama, proptereáque in medicina vehementer commendat.*

Hujus etenim usus in renovando sanguine per universum corpus præcipuus videtur esse: Ideòque in hydrope, qui sanguinis stagnantis & quasi corrupti catarrhacta est, omnium maximè commendabile fore dubium non est ullum. Est enim hydrops à sale microcosmico resoluto, ac limites suos egrediente, sanguinisque massam à statu integritatis in pejorem aquam videlicet reponente; quia igitur ad arcanum hoc imprimis salis spiritus assumitur, isque adeò in hydropis, morbi nempe contumacissimi eradicatione felicissimè usurpetur, consequens est, mundificationem sanguinis ab utroque, nimirum à spiritu salis & sanguine, multùm adjutam iri.

Cæterùm præparatio Spiritûs salis ad hanc extractionem à *Paracelso* adhibitus in ipsius *Cheirurg. mag. l. 2. tr. 3. c. 2.* docetur, quæ talis est. ℞. Sal. comm. alb. fl. aliquoties fusi q. pl. (ideò autem fundi

fundi debet, ut per istas fusiones salis, etiam si pu
rissimum, spiritus arsenicales pereant) illius pul
verem cum succo raphani expresso misce, & agi
tando solve, post resolutionem cum silicibus, v
laterum pulvere ad salem triplo vel quadruplo i
retorta igne nudo, & postremò vehementiori d
stilla, destillatum cum optimo spiritu vitrioli r
ctificato analogis partibus conjunge, & quat
quies per cornutam rectifica. *Hic est spiritus v
aqua salis, quam Paracelsus ad comminuendum
lem, ut posteà tinctura extrahi possit, & ad arcanu
sanguinis commendat.*

ARCANUM PHILOSOPHICUM TAR-TARI.

HOc arcanum compositum est ex triplici ta
taro minerali, vegetabili & animali, sed m
gnarum virtutum. Ejus descriptio genuina h
est. ℞. Tartar albiss. ℔j. adde Nitri purist. ℔
Pulverisentur tenuiter, & affuso alcohole v
correctissimo, ut quatuor digitis supernatet, o
structisque diligenter orificiis, macerentur
balneo vel fimo triduum integrum, posteà per
lembicum destilletur leni igne spiritus vini, qui
mul & seorsim cum residentia reservetur.

Deinde mense Majo accipe sanguinis homin
sani & integrè juvenescentis, quantum satis e
exsicca in arena, donec in pulverem redigi que
ex quo cum spiritu vini, anteà ex tartaro & nit
destillato, extrahe tincturam crebris affusionib
& destillationibus, donec nempè libram semis
tracti sanguinis habueris: residuas autem à sang

ne feces, tanquam inutile magma abjice. Ab hac tinctura leniter per alembicum spiritum vini evoca, & tandem balsamum seu mumiam sanguinis in fundo restitantem in cineribus exsicca, ut penè pulverisari possit.

Deniqve Spiritum vini hâc destillatione evocatum affunde reservato tartaro & nitro simul junctis, & relinque aliquandiu, ut puriores partes in spiritum vini transeant, impuriores verò relinquantur, quibus invicem probè benéque disjunctis, rejectis nempè fecibus, impraegnatum à tartaro & nitro spiritum vini junge cum pulvere balsami sanguinis, paulò antè facto, & statue junctis benè munitis in capaciori cucurbita in balneo per duodecim dies, posteà paululum bulliente balneo, per alembicum abstrahe menstruum, remanente in fundo pretioso arcano tartari.

Arcani hujus guttulae aliquot usque ad x. vel etiam plusculum, in convenienti liquore exhibitae, subinde repetitâ eâdem dosi, obstructiones omnes totius corporis expediunt, imprimis verò hepatis & mesenterii; hydropem auferunt, febres, nominatim quartanam tollunt, pleuritidi unicè auxiliantur, scium levant. Externè, praeter usum internum, herpeti, ac quibusvis ulceribus malignis, pustulis faciei, morphaea non absimilibus, mentagrae, illitum mirabiliter hoc arcanum medetur.

ESSENTIA CHALYBIS.

EX chalybe Essentia mediante aceto destillato extrahitur, quod superfunditur limaturae, ubi parebit rubedo, cum dulcedine; asserventur

extractiones omnes, quæ intra duos menses habe-
ri possunt, commisceantur, & in B. M. acetum ab-
strahatur; residuo affunditur Spiritus vini, qui i-
terum abstrahitur, & remanebit Essentia chalybis,
quæ in hydrope, cachexia, & in affectibus matricis
optimum remedium est.

QVINTA ESSENTIA ANTIMONII.

℞. Antimonium optimum, quod sit intùs a-
cutum, longum atqve rutilans; contun-
datur & cribretur, donec fiat pulvis impalpabilis.
Hic imbibatur in vino forti optimo per triginta
dies, vasque optimè claudatur. Animadvertendum
autem, ut ad ℔j. antimonii duæ vini mensu-
ræ sumantur. Hæc in sole ponantur, vel in simi-
calore: Posteà destillentur, lento primùm, fo-
tiori deindè, donec aqua proficiens rubescere in-
cipiat, & tunc aliud recipiens præponatur, aqua
servato, & satis diu in vase probè clauso sinas se-
sidere, tunc intra novem vel decem dierum spa-
tium in fundo vitri aliquid nigri residebit, de q-
aquam, quæ supernatabat, sumito, ad cujus ℥v. a-
cipiatur ℥ ß. radicis cardopatii, sive camæleontis
minutim incisæ, quæ simul iterum destillentur.

Altera aqua, quæ etiam rubra est, indestillat-
ne vehementi opus habet igne, ut operculum ca-
descat, tunc supra aquam oleum rubrum videbi-
quod ab ea separandum est, eoq; modo fit ole-
juniperinum, quod utrumq; separatim custodi-
dum. Atqve sic extrahuntur istæ tres aquæ
antimonio, quod in se quintam essentiam co-
net: dum subsidunt tres istæ aquarum species

o. dierum ſpatium: In fundo vitri aliquid terreũ
nvenies, ſicut anteà factum eſt circa primam a-
uam, & tùm aquæ colentur, claræ à turbidis ſepa-
entur, puræ retineantur, aliæ rejiciantur; poſteà
n primo tantùm gradu ignis triginta diebus in ci-
eribus deſtillentur, donec coaguletur materia,
 fiat lapis durus colore ſimilis granato.

Lapis contundatur, & in aceto deſtillato ſolva-
ur, poſteà deſtillentur. Hæc aqua, quæ prodit
 vitro, ſuper cineres in ſecundo ignis gradu po-
atur, tunc invenies lapidem rubrum ſpineto ſimi-
m. Et ita Eſſentia quinta antimonii præpa-
tur.

*Hanc maximè utilem humano generi eſſe, ha-
enus non fuit ita compertum. Hydropicis ſin-
lare eſt ſolatium; nam citò hydropem conſu-
it, ſi ægrotus ejus medicinæ ſumat quantita-
m unius piſi in aqua violarum. Hæc omnes
ras ſanat, omnes fiſtulas, ſcorbutum, omnes
nique ejus generis morbos incurabiles conſu-
it, omnes oculorum pelliculas & nubeculas tol-
; ſanat etiam paralyſin, apoplexiam, mor-
mque comitialem, ſi ſumatur cum tribus gut-
 auri potabilis. Hic lapis ne pereat, in locis ſic
 aſſervari debet, & in ſemine milii; ſi enim
locis humidis ponatur, intra quatuor men-
m ſpatium corrumpitur.*

MARS ANTIHYDROPICUS.

℞. Limatur martis ℥j. solve in aq. fortis, still-
tim affusæ, ℥viij. & digere per noctem,
abstrahe eam ex arena per alembicum, & habebi
Croci ℥iß. Cui leniter super igne siccato affun
Spir. vini. q. s. & extrahe omnem tincturam, &
hac iterum in balneo abstrahe menstruum usq
ad consistentiam olei. *Dentur hujus x. guttæ
decocto granorum juniperi. Aquas purgat, &
mul viscera corroborat.*

AQVA HYDROTICA.

℞. Vitrioli & Tartari ana ℔j. Radic. vi
cetoxic. ℔ß. Spir. vini pintam
Stent in infusione per triduum. Dein
destillentur in arena per alembicum. Aq
destillatæ adde guttas aliquot Spir. vitri
ad gratum acorem. *Detur singulis diebus, t
bus vicibus, in decocto vincetoxici cochlea
num. Vrinam citò & validè movet, intem
riem corrigit & obstructionem tollit.*

AQVA LUMBRICORUM TERRESTRIUM.

℞. Lumbricos terrestres, qui in agror
versione apparent, & quidem in
purga per muscum arboreum, ita ut in
posito musco, vermes adhuc vivi, per e
dem muscum hinc indè reptando sese al
mnibus inquinamentis mundent, idque
c

um recenti muſco bis vel ter, poſteà eos-
lem aliquandiu ciba cum vitello ovi ad du-
iriem cocto, & in munda olla ipſis adſper-
o, quem devorant, & eo commeſto lutei fi-
unt. Tandem ipſos vermes in vitrum vel te-
tam orificii anguſti, ſubtùs verò lati inde,
& diligenter claude, & in maſſam panis
clibano jam piſtandum undiquaque dili-
genter conde, ſimulqve in clibano cum pā-
ne aſſandum relinque, remoto poſteà pane
ubi refrixerint, intùs lumbrici omnes in e-
egantiſſimam aquam commutati reperi-
antur, paucis ſubſidentibus fœcibus, quas
abjice, aquam verò puram ſerva.

Doſis eſt cochlear ſemis cum ſyr. cinamomi, qui fit per vinum malvaticum extrahendo cinamomum, & poſteà cum ſaccharo ad ſyrupi conſiſtentiam redigendo. Hæc verò doſis repetatur ſæpiùs.

STERCUS ANSERINUM.

STercus anſerinum viridiuſculum ℥j. pondere cum cochleari urinæ capræ vel vituli deſtillatæ propinatũ repetitis vicibus mirificè exſiccat. Manifeſtum nimirùm eſt, utrumque, hoc eſt, ſtercus anſerinum & urinam capræ aut vituli, ubicunque in terram cadunt, funditùs exareſcentem terram facere: Similiter itaque

absumit humiditatem superfluam in corpore.

SAL BUFONUM ET RANARUM.

Valet sal bufonum & ranarum à gr. IV. ad VI. sæpiùs in vino propinatum. Quin imò pulvis bufonum in clibano valdè exsiccatorum & quasi calcinatorum ʒß. in vino vel alio liquore datus mirabiliter per urinam hydropem pellit, sicuti experientia fidem fecit, cùm à primo hujus specifici inventore nonnisi mortis acceleratione quæsita, exinde salus & convalescentia consequuta fuisset.

CRYSTALLI STRAMINIS FABARUM.

℞. STram. fabar. q. v. redige in cinerem, & in q. s. aquæ communis coque & filtra, eritque lixivium, evaporetur ad siccitatem usque, eritque sal; vel coque ad cuticulam, modò & in loco frigido crystallizetur, & habebis crystallos straminis fabarum. *Crystalli hi, si à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo aliquo specifico sumantur, in hydrope benedictum remedium sunt.*

CRYSTALLI LUNÆ.

SOlvatur luna cum aqua forti ex vitriolo & nitro junctis destillata. Liquor solutâ lunâ ebrius colore cœruleo effulget, & loco frigido locatus, crystallis viridibus radicatur, qui in majori copia concrescunt, interspersо prunellæ lapide.

Cr

Cryſtalli ejusmodi Lunæ potenter aquas ducunt hydropicorum, & vomitum movent. Item Magiſterium ex Luna Hydrogogum paratur ex Angelo Sala, mirifica in ſeroſorum humorum noxam animoſitatis, cujus ſuffragio ſuffulti Chimici diluviis microcoſmi ſæpè cum fructu & delectatione obicem objiciunt; exhibetur nonnunquam per ſe ſolùm, ut plurimùm cum aliis.

CALX LVNÆ.

TRes partes Lunæ finæ liqua cum prima parte Solis, poſteà in tenues laminas redige & in pulverem lima. Limaturæ adde partes xij. Mercurii purgatiſſimi; factum amalgama phiolæ lati fundi indito; vitrum Hermeticè ſigillatum in arena ſepelito, ad vitri os ſuperius uſque, da ignem per gradus, ad tertium uſque gradum, ſic paulatim amalgama, arboris vel vireſcentis graminis inſtar, creſcere & vegetare videbis, idque tantiſper continuabitur, quoad totus Mercurius ſublimatus paulatim in pulverem decidat, qui fixabitur cum ſpiritu Saturni.

Hic in hydropis, lepræ, paralyſis & luis venereæ curatione magni ſecreti loco habetur. Doſis ejus eſt à gr. v. ad x. in vehiculo convenienti.

Titulus XVII.

DE SPECIFICIS UTERINIS, SEU HYSTERICIS.

Medicamenta hysterica, seu uterina vel calefaciendo, aperiendo & detergendo vel exiccando & adstringendo matrici conveniunt, vel fragrantiâ aut fœtore ejus motum sistunt. Sic artemisia omnes obstructiones mulierum deoppilat. Ante menstruum & post partum decoctum ejus ad purgandam materiam adhibetur, additâ unâ atque alterâ guttâ olei succini. Similia præstat etiam melissa, quæ uterum maximè roborat, ejus obstructiones aperit, humoresque crassos in eo contentos incidit ac attenuat. Verùm hæc & similia medicamenta interdum debilioris virtutis sunt; eligenda ergò sunt Medicamenta Spagyrica, quæ majorem efficaciam nobis promittunt.

ELIXIR UTERINUM, SEU HYSTERICUM.

℞, Spir. cerasor. ardent. vel ejus loco Spir. juniperi ardent. ℔iß. cui immerge *Croci Austriaci* ℥iß. Castorei ℨv. Opii Thebaic. præp. ℨij. Elæosacch. succini ℨvj. Mixta digerantur aliquandiu; filtratum pòst Elixir usui asservetur, quod cum syrupo aliquo conveniente edulcorari & gratius reddi potest. Quod si autem extracta castorei & croci in promptu sint, posset tale Elixir confestim pro una vel altera dosi parari, ut po-

tu

℞. Spir. vini rectificat. vel, qui melior, Spir. cerasor. nigr. ardent. ℥iß. in quo dissolve vel dilue extract. castorei ʒß. croci ℈j. Opii Spagyric. præp. ℈ß. Ol. cinamom. gt. v. vel hujus loco Eleosacch. succin. ℥iß. *Misce & filtretur pro duabus vel tribus dosibus, in vehiculo amabili exhibendum.*

ELIXIR VTERINVM LIQVIDVM.

Castorei ℔ß. Croci Austriaci ℥ij. Spir. vini opt. & rectificatiss. ℔ij. Stent in digestione in vitro benè clauso, die unâ vel alterâ, postea in B. M. destillando evocetur spiritus totus, cui statim jungantur: Ol. still. anis. angel. succini ana ℥ij. Quo facto, mixtura seorsim servetur. Deinde ex residuo castoreo & croco fiat modo solito, spiritu vini, repetitis affusionib⁹ & abstractione in B. M. Extractum crassum, quod de novo prius ℥vj. vel vij. spiritûs vini rectificatissimi (vel illius, qui in abstractione extracti primùm prodiit) unà cum ℥iv. extracti artemisiæ nonnihil dilutum, superiori spiritui oleis permixto addatur, similiter Salis matris perlar ℥j. in ultimo autem à castorei extracto abstracti spiritûs phlegmatici q. s. prius dissoluta, addi debet. Quæ omnia artificiosè juncta, septimanam unam vel alteram in tepore digerantur, tandem colata & filtrata Essentia usui asservetur.

Ad varios uteri morbos, suffocationem minitantes, mirum & verum præstat remedium; etiam menstruorum vitia corrigit & emendat. Dosis est à gutt. v. ad x. in vehiculo appropriato.

ELIXIR UTERINUM CROLLII CORRECTUM.

℞. CAstorei minutim incis. ℔ß. Croci in tegri ℥ij. Extrahe tincturam cujus sc seorsim spiritu vini, & separa spiritum ad re manentiam extractorum, quibus mixti add. Arcan. artemis. Sal. matris perlar. an ℥j. Ol. still. angelic. anis. succini ana ℨ Quæ solvantur priùs in spiritu vini, & postre addantur, & ita digerantur mixta omni per octo dies.

Dosis hujus Elixiris est ℈j. *vel* ℈ij. *ingruen te paroxysmo qualicunque hysterico, tunc illico sudoribus ab hoc medicamento provocatis, s nantur mulieres. Quod si singulis mensibus ap petentibus menstruis æquali dosi utantur, nu revertetur iste morbus.*

ELIXIR UTERINUM EGREGIUM.

℞. HErb. calaminth. artemis. πολυχλώνε matricar. puleg. ana M. j. Radic. bryo rub. tinct. zedoar. dictamn. alb. ireos *Florenti* ana ℥ij. Cinamom. Antophyll. Nucismoscha Zingiber. Cardamomi, Bacc. lauri ana ℥j. Corti citri. aurant. ana ℨvj. Gran. paradys. ℥ß. Sem. nis. basilic. ana ℨiij. Incisa & contusa grosso mo infund. in Spir. vini q. s. add. Sal. tartar. ℨij. Ste in digestione. Colatura S. Elixir. Uterinum.

Vires notat ἐπιγραφὴ. *Intemperies fr*

pidas uteri & genitalium partium emendat: Moram patientes menses admonet officii, & matricis suffocationem egregiè corrigit. Dosis est à ℈j. ad ʒj. in vehiculo convenienti.

ELIXIR AD MENSES D. MICHAELIS.

℞. Herb. artemis. M. iij. mercurial. majoran. salv. puleg. rorismar. ana M. j. Fl. calend. hyperic. salv. spic. anap. iij. Cheiri M. j. Radic. levistic. aristoloch. rot. rub. tinct. angelic. ana ʒiß. Bacc. lauri ʒij. Cass. lign. ver. ʒiß. Sem. levistic. nasturt. eruc. meliss. ana ʒij. Croci *Austriaci* ʒiß. Antophyll. ʒj. Incisa & contusa irrorentur spiritu hermaphroditico ex minera martis & veneris, addantur Splen. boum No. viij. Extrahatur spiritu melissæ & pulegii.

Dosis hujus est à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo specifico.

TINCTURA MARTIS.

℞. Sal. armoniac. p. ij. Limatur. chalyb. p. j. Misce & per retortam secundum gradus destilla, primùm lento, deindè fortiori igne, sic martis essentia remanet in fundo, hanc exime, & optimè edulcora, ut ab omni salis armoniaci acredine sit libera: posteà materiam hanc edulcoratam cucurbitulæ immitte, & cum spiritu vini extrahe tincturam, cumque desiit tinctio, spiritum tinctum exime, & per alembicum abstrahe, usque ad medietatem; reliquum manens cum essentia extracta, per chartam filtra. idque ipsum, utpote veram martis tincturam, ad usum asserva.

Hæc

Hæc tinctura martis singulare experimentum est in mensibus suppressis & retentis: in omnibus obstructionibus hepatis & lienis: item in melancholia hypochondriaca, quartana, cachexia, hydrope, morbo virgineo, scorbuto.

Dosis à gutt. vj. *ad* ℈ß. *in vino, vel syrupis vel decoctis, vel aliis liquoribus convenientibus, ut vires ejusdem eò meliùs penetrare etiam ad remotas corporis partes, & angulos possint. In usu autem ejusdem corpus ab humoribus peccantibus sæpiusculè decenter & leniter purgandam, & simul bona diæta observanda.*

SPIRITUS SALIS ARMONIACI SALSUS.

℞. SAl. armoniac. puri ℔j. Sal. tartar. tantundem. Mixta confestim immittantur retortæ proboscidem largam habenti, & præposito recipiente destill. per arenam leniter, igne ultimo paulisper aucto, & transibit spiritus unà cum sale volatili, odore, sapore & substantiâ, ad instar spiritûs & salis urinæ volatilis. Refrigeratis omnibus, sal & spiritus ab invicem separandi, aut addito aliquo liquore, sal volatile solvendum, & liquore tenus ad instar spiritûs asservandum est, vel totum, quod destillando transit, per phiolam oblongam in sal volatile sublimetur, & in forma sicca custodiatur.

Præstans remedium utrumque est, sive sp[...]

si[...]

ficcum, five spiritum liquidum adeptus sis. Spiritus hic nunquam satis laudari ob virtutes suas egregias potest; à putredine namque præservat, fermenta acida omnia extinguit hystericis, passionibus, epilepticis, apoplecticis, & suffocationi matricis medetur, quandoque solo odore penetrabili ac summâ volatilitate præstans existit. Et cùm putredinem summopere abarceat, pestis verò venenum sit putredinale, quis spiritum hunc vel etiam ipsum sal volatile in hoc diro morbo, nulli hominum generi parcenti, ab usu quotidiano proscribere audeat, uti & spiritum urinæ, qui sponte suâ sublimatur, naresque ferit.

SPIRITUS HYSTERICUS.

℞. RAdic. valerian. zedoar. ana ℥iß. Alii rec. ℥vj. Cepar. ℥iß. Herb. meliss. matricar. menth. crisp. puleg. ana rec. ℥ij. Castor. Myrrh. rubr. ana ℥j. Galban. ℥vj. Camph. ʒj. Cinamom. opt. Macer. ana ℥j. Caryophyll. ℥iij. Coriand. ℥ß. Crassiusculè incisa & contusa infund. in Spir. juniperi ℔ij. cerasor. nigr. Aq. fl. tiliæ ana ℔j. Factâque digestione diebus aliquot in alembico vitreo destill. ad siccitatem specierum, capitello ejusdemque rostro immissis, & spiritui tandem destillato immersis, Croci *Austriac.* ʒj. Castorei ʒiij. Lign. aloës ʒij. Opii *Thebaic.* correct. ʒj. *Servetur usui Spiritus, affectibus hystericis perquam utilis.*

ESSENTIA CASTOREI.

℞ CAstor. opt. & rec. ℔ß. Spir. vini rectifi-cat. ℔ij. Fiat infusio, castoreo concis-so, & post digestionem spiritûs vini affusi ab-stractio per B. M. ad siccitatem castorei pristi-nam; Spiritus abstractus interim reservetur. R.e-siduo castoreo affundatur acetum destillatum, & eo, repetitâ affusione, extrahatur tinctura casto-rei tota, quæque denuò ad extracti, spissitudi-nem per B. M. abstrahatur. Relictum extra-ctum castorei de novo perfundatur cum supe-riori, ab eo ante ipsius extractionem abstracto vini spiritu; digerantur aliquot dies; filtretur posteà essentia, usuique asservetur.

Dosis ejus est à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo appro-priato.

EXTRACTUM SPLENIS BOVIS.

SPlenem bovis scinde in tenues laminas & ali-quot diebus macera in spiritu vini, cum myr-rha essentificato, atque exsicca in aëre. Ex pul-verato deindè, per spiritum vini extrahe essen-tiam, eique adde Olei angelic. aliquot guttas. *Dosis est ℈j. in aqua alia specifica.*

EXTRACTUM HEPATIS BU-BULI.

℞. HEpar bovis junioris castrati, seca in par-ticulas, assercula tim, easque in cliban exsicca & pulverisa, adde vinum adustum à fec-bus suis crassis destillatum, & cum eo extrahe sui stantiam subtiliorem hepatis, quantum ejus fieri potest. Si non ampliùs extractio procedit, pu-verem

rem hepatis exsicca, ut priùs, & secundò cum
iritu vini, ut antea, extrahe, atque id etiam re-
te tertiò, conjunge omnes extractiones, & ad
nsistentiam quandam destillando redige: ad-
tandem sal proprium, ex capite mortuo he-
tis cum aqua destillata extractum, & misce.

*Ejus usus est, ut Extracti splenis bovis; sed lon-
promptior, & expeditior.*

*Datur ʒj, in aq. artemis. sabin. salvia & alia ap-
opriata.*

INFUSUM MARTIALE.

Imaturam chalybis cum pari quantitate ace-
ti coque in sartagine ferrea, donec acetum sit
sumptum. Pulvera, & adde Caryophyll. ℥j.
ffunde Vini Malvatici ℔jv. pone ad solem vel
per furno diebus 24. & singulis diebus bis ter-
rve agita.

Dosis est à ℥ß. ad ℥ij.

LIQUOR JOVIS.

Crystalli jovis ad eandem medicationem
suffocationum & alia possunt sequenti modo
egantiores fieri. ℞. Stannum *Anglicum* solve
aqua forti, quæ facta ex nitro & alumine, &
annum ipsum paulò pòst infunde, aqua fortis
pparet in modum calcis albicantis. Hanc cal-
m exsicca, & per ollas super cucurbitam infrà
bulatam positas, sublima eum in morem, ut
iioquin cum floribus antimonii albis fieri solet,
ita stanni spiritus sursum fertur in forma pul-
ris vel farinæ candidissimæ. Hunc pulverem
lve in aceto destillato, & extrahe per triduum,

quo-

quotidiè bis vel sæpiùs agitando. Solutiom & extractionem sæpiùs repete per recentem ceti spiritum. Extremò acetum per balneu destilla ad siccitatem. Quod remanet, cum s ritu vini extrahe haud aliter, quàm sicut cum ceto factum est. Separa vicissim spiritum usque ad medietatem, pone in locum humidu & nascentur crystalli, quos demùm in liquor per deliquium solve.

Is liquor non ad suffocationem uteri sol. sed ad morbum etiam Gallicum utilis est; mnia ulcera fœtida, fistulas, cancrum, noli tangere, & alia æsthiomnemata sanat à gut ad ij. *vel ad summum* iij. *repetitis vicibus adultis vehementer & largiter movet vum.*

AQUA SINGULARIS,

In qua Hystericis, suffocationem patie tibus offerri solet Sal Jovis.

℞. RAdic. dictamn. alb. Sem. dauci ana Cinamom. elect. Cass. lign. Herb. me ana ℈ij. Croci orient. ℈j. Castor. rec. ℈iß omnibus mixtis, fiat pulvis, affund. aq. rutæ f cum dimidia, stent per quatuor dies in infusio destilla in B. M. & serva ad usum.

In hujus aquæ cochleari uno grana tria lis offerantur tepidè, tribus vel quatuor luculis, jejuno ventriculo per tres horas.

AC

ACETUM HYSTERICUM.

HErb. rut. exficcat. Granor. chamæ act. ana ℥ß. Gumm. fagapen. galban. ana ℥ij Ra-c. peucedan. Caftor. ver. ana ℥j. Callor. equar. f. fœtid. ana ℥ß. Infund. in Aceti vini acerrimi f. & fiat digeftio in B. M. per quinque aut fex es, quousque acetum perfectam acquirat tin-uram; poftcà filtra & ad ufum referva.

Acetum hoc mulieres fuffocatas ftatim ol-Etu & odoris fuffitu fufcitat; nec non ver-ginofos, lethargicos, & utcunque veterno ob-rmifcentes excitat. Internè quoque fum-um idem facit. Dofis à cochl. ß. ad inte-um.

MIXTURA ANTIHYSTERICA NOBILIS.

AQ. Antihyfteric. ℥ij. (ex Fol. puleg. menth. crifp. rutæ ana M. ij. Fl. lavendul. j. Sem. leviftic. Bacc. lauri ana ℥ß. Myrrh. ℥ij. cismofchat. ℥j. Vini *Gallici* Pint. iij. Mifce, poft brevem in calore infufionem deftill. per M.) cortic. citri ℥j. Theriac. fimpl. ℥vj. Spir. isarmoniac. ℈j. Tinctur. caftor. ℥j. Ol. ftill. cin. alb. gr. jv. Syr. de artemif. ℥vj. Mifce.

Hujus Mixturæ fubindè affumat cochlear um alterumve, vel cochleatim in ægrotan-os fenfim fundatur.

ARCANUM ANTIHYSTERICUM.

I accipias tincturæ auri, cum fpiritu mellis fa-

ctæ, & tincturæ corallorum ana gr. vj. vel
& misceas cum gr. vj. vel vij. Magisterii perlar
nihil habebis præstantius in affectibus uterinis
ploratis.

PILULÆ LAUDINÆ HYSTERICÆ.

℞. FL. stanni, Fl. stibii ana ℈j. Succin. Cast
Mumiæ ana ʒß. Opii Chymic. præp.
Zingiber. Macer. Galang. ana ℈j. cum syrup
papavere fiat massa Pilularum, *quæ à gr. xij. ad*
dantur in uterinis doloribus, quos mirificè sedant.

PILULÆ MARTIALES APERITIVÆ.

℞. ALoës succotrin. ℥j. Myrrh. Galban.
Amoniac. Opopanac. Sagapen. ana
Croci Martis aperitiv. ℥iß Fol. sen. Alex. s.
ʒv. Sem. anis. Cinamom. Macer. ana ʒj. cum
d. artemis. q. s. fiat Massa. *Dosis à ℈ij. ad ʒj.*
lulas hic habes, candide Lector, in suppressione
sum tollenda mirabiles.

LAUDANUM HYSTERICUM.

℞. LAudan. vitriolat. ℥ij. Extract. verruc.
pedibus equor. nascentium ℥iij. Misce
ligenter & serva.

Præsentaneum est remedium ad uteri suf
tionem, si illud à gr. j. ad gr. iij. in liquore appro
to exhibueris.

OLEUM SUCCINI.

℞. SUccin. flav. ℔ß. conteratur crasso m
& ex retorta vitrea in arena destilletu
prodibit primò substantia quædam limpida

ritus succini dicitur, tùm sequitur oleum ni-am unà cum sale volatili in fundo retortæ ad-rente; Ultimò prodibit balsamus, qui cum eo nigro additâ novâ aquâ, de novo destillari bet: sic cum aqua ascendet oleum flavum sub-tissimum, quod est verum oleum succini recti-atum; in fundo verò remanebit balsamus ceus, qui aquâ decantatâ seorsim in usum serva-tur.

Oleum hoc succini rectificatum mulieres hysteri- mirè refocillat, & paroxysmo liberat; externè motum, aut guttulæ quantitate cum vino intra rpus exhibitum. Summè quoque diaphoreticum conducens in soporosis affectibus ad excitatio-m ægri; aliàs quoque ad somni depulsionem. Do- guttia una vel altera. Sal volatile quoque vim phoreticam possidet, sed propter fœtorem ori val- ingratum est; Unde Chimici cum sale tartari ificato fœtorem & aciditatem auferre student; è tamen in illa operatione totum sal volatile de-nitur.

ALIA OLEI SUCCINI DESCRI-PTIO.

SUccin. alb. q. v. destilletur ex retorta vitrea per arenam; in primo caloris gradu ascen-t spiritus acidus; in secundo oleum flavum tenuissimum; in tertio oleum nigrum seu bal-num; in quarto sal volatile, scil. oleosum, quod is non est oleosum.

PURIFICATIO OLEI SUCCINI.

PRæced. Oleì Succini q. v. destilla cum aqua

pura ex cucurbita per arenam in secundo ig[nis] gradu, & habebis oleum cum aqua mixtu[m] quam separa per separatorium.

BALSAMUM GALBANETUM UTE-RINUM SENNERTI.

℞. Galban. ℔ß. Ol. terebinth. clar. ℔iiij. [dige]gerantur in cucurbita vitrea lento cal[ore] per quatuordecim dies: posteà destill. add[e ol.] lavend. ℥j. Iterum destill. & prodibit Balsam[um] quod si cum spiritu vini circulaveris, penet[ran]tissimum efficietur.

Balsamum hoc à gutt. jv. ad viij. intra [cor]pus exhibitum in suffocatione uteri mir[a] præstat. Exteriùs quoque umbilico i[n]ctum; vel si guttulæ aliquot naribus, c[um] fossulis seu pectoris illinantur, illis mul[ieri]bus, quæ suffocationes, præcipitationes & s[tran]gulationes uteri habent, mirificè sedant m[otum] is motum.

BALSAMUM MATRICALE SEU HYSTERICUM.

℞. OL. nucismosch. express. ℥ij. Axun[g. ca]stor. rec. non rancidi ℈j. Camphor[æ] Ol. still. galban. lavend. macer. majoran. m[enth.] succin. ana ℈ß. Misce sine igne, ultimò t[an]tillum parumper liquefiant, & illicò refrigerari p[or]tantur. Servetur Balsamum ad usum. *Eg[regias] habet vires exteriùs adhibitum.*

BALSAMVM HYSTERICVM INCOMPARABILE.

B tyr. majal. insulſ. ℥ij. Ol. jovis *Anglic*. Succin. citrin. Tereb. ana ℈iiß. Gumm. tacamahac. galban. Aſæ fœtid. Sabin. ana ʒß. Caſtor. .xv. Sevi hircin. q. ſ. Miſce, & fiat juſtæ conſiſtentiæ Balſamum.

Vmbilico calidè inunctum, ſuperponendo corticem juglandis, aſcenſum ſeu recurſum uteri ad ſuperiora, ſubitò in locum ſuum reducendo, quaſi præcipitat, & dolores mitigat; ſed abſtineat ab odoriferis hyſterica, interimque aliquot guttulæ olei ſuccini albi & caſtorei narium extremitatibus & pectoris foſſulis illinantur.

EMPLASTRUM MATRICALE.

GUmm. galban. in aceto diſſol. tacamahac. ana ʒß. Terebinth. Ceræ citrin. ana ℥iij. Aſæ foetid. Myrrh. rub. Caſtor. ver. ana ℥j. Mag. Iovis *Anglici* Ol. ſtill. ſuccin. citrin. ana ℈iiß. Miſc. & f. l. a. Emplaſtrum.

Valdè prodeſt in matricis elevatione vel aſcenſu. Vmbilico enim impoſitum uterum mirè reficit, & quam ocyſſimè in propriam ſedem reducit. Imò in hoc atrociſſimo affectu ſupra omnia alia emplaſtra uterina excellens, celebre & probatum eſt,

TABULÆ MARTIALES.

SOlve aliquid ſalis abſinthii in aqua pura, eâ-

que irriga limaturam chalybis & repone in lo[co] frigido. Quoties chalybs siccatur, iterum & [to]ties irriga, donec factus sit flavus, & levi attri[tu] vertatur in pulverem. Hujus ℥i. adde Sacch[ari] aquâ bugloss. solut. ℔ß. & Ol. cinamom. & [ca]ryophyll. aut succini ℈ß. & forma in tabulas, p[on]dere duarum drachmarum singulas.

Sumat omni manè hysterica unam, & [vi]debit felicem inde effectum.

SAL JOVIS.

℞ Cinerem stanni aperto igne sine sophi[sti]catione præparatum; ex illo salem [non] aquâ, sed aceto destillato extrahas, quem po[st] à suo sale, aquâ pluviali, solvendo, filtrando, & [le]nissimè in balneo evaporando septies edulcora[s].

Secretum & efficacissimum in suffocatione ca[...] umbilico munctum: matrix ubi sentit calor[em] confestim in locum suum redit, nec amplius [...] movetur.

Dosis, tria grana, tribus aut quatuor die[bus] continuis in aq. artemisiæ, vel aquis cordialibus.

SACCHARUM JOVIS.

Calcinetur stannum per se, figulorum mo[do] qui plumbum, super igne leni liquatum [in] patella terrea, ferreo baculo continuò com[mo]vendo & agitando, donec in pulverem gryse[um] conversum sit, calcinant. Ex stanno igitur [hoc] modo calcinato, & in pulverem redacto ([v]enim & perfecta calcinatio non est) vel sal[...] granulato, fuso nimirum per chartam, fora[...]

rn

lis perviam, in aquam frigidam stanno liqua-
extrahatur, ope aceti vini destillati acerrimi,
charum, sal sive vitriolum stanni, uti appella-
lubet: solutio filtretur, ac leniter destillando
cucurbita, abstrahatur ad siccitatem salis, vel,
icto pauculo liquore, crystallizetur, ac repeti-
solutione aquâ simplici, filtratione, & abstra-
one purificetur; & sic pro usu medico custo-
etur.

*Præstans est in affectibus uteri, cujus strangula-
ni & suffocationi medetur. Dosis est à gr. j. ad
in vehiculo appropriato.*

BEZOARTICVM JOVIALE.

STanni subtiliter limat. ℥jv. Mercur. legiti-
mè sublimat. ℥vj. Misce exactè, iisque re-
rtæ vitreæ immissis, destilletur ex arena per
adus materia butyrosa, butyri antimonii in-
ar. Hoc butyrum deindè solvatur cum q. s.
iritûs nitri optimi, guttatim tamen & pedeten-
m instillando spiritum, donec nullus strepitus
e ebullitio ampliùs persentiatur; quo facto,
strahatur in alembico prædicta solutio ad sicci-
tem massæ albicantis: prolectâ vel abstractâ
amiditate, tota massa in residuo relicta, teratur
per porphyrite, ac porrò cucurbitæ vitreæ im-
issa, spiritu nitri recenti superfuso, destillando
erum ab omni spiritu & humiditate liberetur,
ne ultimò adaucto, ut retorta parùm candeat
assa tandem residua, trita super porphyrite, ac
obè edulcorata aquâ simplici, crucibuloque
nmissa, igni admoveatur, ac horâ unâ vel alterâ

leniter ad prunitiem calcinetur, ac ad usum Medicum asservetur.

Præsentaneum est medicamentum in suffocatione matricis; pellit etiam sudores, & febribus medetur ardentibus, à gr. vj. *ad* x. *&* xx. *propinatum.*

PULVIS EGREGIUS
Ad tollendas omnes uteri suffocationes, desperatissimas.

℞. Verrucar. ad genua equorum adnascen. ℥j Asæ fœtid. Corn. ungul. capri ana ʒj. Redige in pulverem. *Hujus pulveris* ℈j. *super prunis accensus, & fumo ad genitalia demisso per tubulum vel tritorium, illicò sistit suffocationes. Lichenes seu verrucæ ejusmodi enascuntur circa genua interiora equorum, quæ ab iis non sunt auferendæ, (fit nimirùm cum periculo) sed spontè ubi decidunt, id quod plerumque eo tempore fit, quando etiam equi pilos suos ex parte mutant, id quod mensibus Februario & Martio plerumque contingit, sunt colligendæ. In medio ipsarum verrucarum reperitur albicans materia, quæ est instar humoris crystallini in oculo. Ajunt equisones, si violenter ademptæ fuerint, plerumq; crurum contracturam pati. Quod si fumus de pulvere illo verrucarum tantum efficere potest, ut sistat omnes suffocationes etiam desperatissimas, quantò magis præstiterit earum Extractum, quod ita paratur*

ratur. ℞. Herb. meliſſ. contuſ. M. iv. Vini albi ℔iij. Deſtilla ſ. a. Deſtillatum affunde ſuccini & gagat. pulverat. ana ℥ij. Macera per biduũ: tùm in cinere ex retorta deſtilla per gradus. Oleum, quod ſimul accipis, ab aqua ſepara. Aquam verò affunde lichenibus ſive callis, qui à tibiis interioribus equarum decidunt novo vere, in anteceſſum ſiccatis, & digerendo in balneo extrahe tincturam, eamque redige in formam extracti. *Quod & per ſe dari ad gr. v. vel* VIII. *poteſt.*

PULVIS JOVIALIS.

℞. MAgiſter Jovis *Anglici*, matris perlar. corall. rubr. ana ℨj. Ol. ſtill. ſuccin. alb. rectificat, ℈j. Miſce, & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Admirandæ potentiæ & operationis eſt; ſuffocata enim, quæ de hoc unum ſcrupulum horis trium dierum matutinis ex aqua aliqua hyſterica, vel alio appropriato vehiculo aſſumpſerit, poſt Dei providentiam, libera cenſenda & nuncupanda ſit: pro quo divino experimento ſolus Deus ſit benedictus.

ELECTUARIUM MARTIALE.

℞. LImatur. chalyb. præp. aut Croci martis ℥ß. Nucis moſchat. condit. ℥ij. Spec. aro-

matic. rosat. ℨiß Cortic. tamarisc. ℨj. Cinamom., Herb. sabin. ana ℨß. Mell. rosat. vel an hosar. ℥iß. Sacch. ℥ij. Misc. fiat l.a. Electuarium. *Sumat manè ad magnitudinem juglandis nucis.*

TITULUS XVIII.

DE SPECIFICIS NEPHRITICIS.

CAlculi varia sunt genera, gradibus atq; partium numero differentia: Omnia ex impuriori alimentorum portione subtiliata, & ad coagulationem destinata producuntur post benignioris alimenti separationem factam, beneficio spiritûs seu caloris partium supervenientis ad absolutionem deducuntur: variis exornantur figuris pro materiei varietate, ex qua veniunt, & partium, in quibus hærent, diversitate multiplici, symptomata inferunt singulis conformia, & magnâ affinitate juncta.

Fortis digestio dat citam operationem ad calculum. Nulla debilis digestio unquam calculum produxit: nisi debili digestione per vim fortem expulsivam expellatur, & non secernatur, fieri non potest, ut homo sine tartaro reperiatur, quem spiritus salis coagulare solet, & quem purgationes non tollunt.

Detur

Detur opera diligens, ne acuta medicamenta exhibeantur in calculosis, qui aliàs sunt valetudinarii.

AROPH PARACELSI, SIVE AROMA PHILOSOPHORUM.

℞. Lapid. hæmatit. qui de natura ferri est. Sal. armoniac. ana ℔j. Contundantur singula seorsim minutissimè, commisceanturque contusa omnia, & cucurbitæ vitreæ probè lutatæ imponantur, ac in arena sublimentur, agglutinato quidem capitello, & præmisso recipiente, ubi ignis per gradus augendus est, ultimò verò per sex integras horas gradu fortissimo, ita, ut fundus cucurbitæ candeat. Sic exstillabit liquor satis fortis ab initio, qui spiritus salis armoniaci salsus est, peculiaribus usibus asservandus. Illud autem omne, quod in forma sicca elevatum fuerit, tàm ad latera cucurbitæ, quàm ad ipsum capitellum, subtilissimè teratur, & cum alcohole vini ad summum rectificato, in lenissimo saltem tepore, extrahatur. Extractio hæc in momento contingit: toties autem reiteranda spiritûs recentis affusio, donec is (spiritus) nullâ ampliùs tincturâ sive flavedine imbuatur. Hinc omnes extractiones conjunctæ per B.M. (cave, ne in arena, vel in cineribus) per destillationem in cucurbita vitrea abstrahantur ad rutilantis salis siccitatem; qui ipse aurei coloris sal croci spirabit fragrantiam; undè & Philosophorum aroma appellari consuevit. Hic porrò in cella hu-

la humida collocatus super porphyrite resolvetur in liquorem aureum, jucundi aspectûs, quem vel statim asserva, aut leni denuò calore coagula.

Præstantissimum hoc remedium est, tùm in calculo renum expellendo, tùm obstructionibus hypochondriorum reserandis. Dosis salis hujus est à gr. v. ad x. & xv. Liquoris autem à gr. v. ad x. & xv. in vehiculo appropriato.

SAL CONTRA CALCULUM CROLLII.

℞. Ocul. cancri. Calcul. microcosm. Lapid. judaic. lyncis, spongiæ, aquil. Glaciei duræ seu Cryƒtall. Silic. Lapid. cyprin. & perc. pisc Resolve ex his singulis vel lapidibus omnibus, quantum velis, aceto destillato, toties repetendo affusionem, donec omnes soluti sint, ac indè para salem, abstrahendo acetum: *Hoc sale sæpiùs per aquam pluvialem priùs dulcificato & purificato (solvendo scilicet, filtrando & evaporando) vel per se utere, vel in liquore resoluto.*

Crustacei, ut sunt oculi cancri, lapides cyprini, non egent calcinatione; per se enim in aceto destillato solvuntur, ut perlæ & corallia.

Silicei verò, ut crystallus, silex, lapis judaicus, lyncis, spongiæ, aquilæ calcinentur primò cum sulphure & sale nitro, posteà resolvantur cum aceto terebinthinato, & sal dulcificatum ad usum servetur. Ex his lapidibus specificis, propter varias signaturarum for-

ma-

mas habebis remedium universale ad calculum & tartareos morbos.

Vnumquodque è supra nominatis specificis rectè præparatum est sufficiens ad scientiam signatam.

Crystallum Montanus Paracelsi Ludum esse putabat, qui omnem tartari anatomiam, signaturam & curam in se continet. Particulariter curando fieri non potest, ut omnes species dignoscantur: Calculi genera sunt plusquam quingenta, & quodque egeret suo remedio specifico.

In omnibus calculorum generibus, in quibuscunque sint membris, usus hujus salis est salutaris. Dosis est â ℈j. ad ℈ij. pro præservatione in syrupo convenienti singulis lunæ quadris. In curatione á ℈ij. ad ʒj. in aq. specificis ononid. saxifrag. pimpinell. petroselini. Mulieribus offertur in aq. meliss. seu bacc. juniperi.

Observationes Duæ.

1. Nota illud: Sal sæpissimè solutum & coagulatum, ultimò cum optimo spiritu vini digeratur, abstrahaturque fortiter in cineribus, reiteretur labor, sic sal fiet volatile. Post quamlibet enim putrefactionem ʒß. salis ascendit. Illa vini essentia secundum Paracelsum non debet separari à sale immixto ac volatili, ut eò potentius agat in tartarum interiorem. Vbi enim alcohol vini fermentatum est cum virtute lapidum, tunc habet vim resolvendi calculum hominis, quemadmodum alcohol vini fortificatum

cum

cum tartaro, auro & corallis rubedinem extrahere perhibetur

II. Neminem terreat, quod silicei lapides propter duritiem primò per salem petræ calcinandi sint, ut eò meliùs per acetum radicatum superiùs memoratum solvi possint, alioquin non fieret. Nam si Nitri per sulphur purificati ℈ij. Pulv. lapid. cyprinor. gr. vj. Materis gr. x. Croci gr. v. misceantur, in calculo remedium est certissimum & efficacissimum.

SAL TARTARI VOLATILISATUM.

℞. Sal. tartari purificat. q.v. affunde Spir. vini rectificatiss. destilla ex arena per alembicum, cohobando aliquoties (3) & adhærescet sal tartari lateribus alembici. Si verò per B. M. destillaveris, non sublimabitur, sed exhibebit menstruum coralliis solvendis idoneum.

Insigne & admirandarum virtutum lithontripticon est. Dosis à gr. v. ad vj. vij. vel viij.

PULVIS OCULORUM CANCRI COMPOSITUS.

SPecificum hoc in forma pulveris sic præparatur. Ex scoriis flavis Reguli antimonii extrahe cum vino sulphur antimonii ad placitum, totiesque leniter exsicca, donec

acqu-

acquirat colorem quoque flavum, quem in loco calido ferva.

Hujus grana iij. usque ad vj. exhibita in convenienti vehiculo vel vini, vel jusculi, vel aq. anonid. raphani, equiseti pimpinell. petroselin. alvum feliciter movent, urinam simul & calculum pellunt.

PULVIS LITHONTRIPTICUS. D. ROLFINCII.

℞. Ocul. cancri præp. Sang. hirci præp. ana ℥iß. Lapid. judaic. nephritic. ana ℥j. Ocul. luc. pisc. Sem. milii solis ana ℈ij. Cryſtall. tartari ʒß. ſalis ℈j. Miſce, & fiat pulvis.

Dosis hujus est à ℈j. ad ℈iß. in aq. petroselini.

PULVIS NEPHRITICUS SECRETISSIMUS.

℞. Cryſtall. tartar. Mag. lapid. percar. piſc. ocul. cancri ana ℥j Sal. Succin. alb. ʒß. Ol. ſtill. aniſ. gt. v. Sacch. cand. alb. ℥ij. Miſce, & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Nephriticos ocularitor juvat; tartarum enim & lapidem renum & vesicæ, cæterorumque membrorum frangit, atque indè mirabiliter expellit; Ischuriam, dysuriam atque stranguriam citra molestiam solvit: propterea pro secreto magno contra omnia calculorum genera habeatur & meritò existimetur.

Dosis

Dosis in præservatione est ℈j. singulis lun[...] quadris in aqua nephritica, vel alia conveni[...] enti. in curatione autem dosis est à ʒß. ad ʒj. in aq. jam dicta vel in aq. ononid. petrosel. vel heder. terr.

PULVIS ANTINEPHRITICUS MIRABILIS.

℞. ACidi tartari ℥j. Cryſtall. tartari ʒiiij. Tart. vitriol. ʒß. ſpir. vitrioli q. ſ. Miſce & fiat pulvis, *cujus dosis est ʒß. in aq. eryngii.*

PVLVIS ONISCORVM.

℞. ONiſcor. q. ſ. lava diligenter cum vino, poſteà in olla nova vitreata, luto ſuper m[...] & tegulâ benè munita exſicca in clibano, ita, ut in pulverem tenuiſſimum teri poſſit. Pulverem cum vini tantillo imbibe, quantum ejus ille imbibere poteſt, rurſus exſicca, idq; fac ter vel quater. Ultimò denuò in pulverem redac, ac imbibe iſtius pulveris ℥j. cum pauxillo aquæ fragar. & ℥j. ſpir. ſali[...] denuò in pulverem redue, & exſicca. Serva in vaſi vitreo vel argenteo probè ab omni immunditie.

Vſus in graviſſimis doloribus calculi, præſertim veſicam propter magnitudinem vel etiam multitudinem ſuam vehementiſſimè affligentis hujus pulveris uſus est nobilis admodum & efficaciſſimus. Est quoque talis iſtius pulveris præparati adminiſtratio; ℥j. vel etiam ℈iv. cum ℥vj. usque ad x. decocti cicerum rubrorum & ℥ſ. Spir. vini, manè jejuno ſtomacho exhib. ſingulis vel alternis diebus, uſque ad xx. vel pauciores, vel plures, pro ratione nimirum patientis, ſemper

ante exhibitionem ejusdem applicando enema emolliens, ac diligenter providendo, ut alvus per totam hanc curam libera sit; plerumque solet fieri, praesertim ab initio, & in iis, qui temperamenti sunt siccioris & calidioris, ut totum corpus febriliter incalescat, sitis urgeat, ac praeterea dolor in gremio excitetur, idquod fit propter operationem medicinae in ipsum calculum, quem mirabiliter resolvit, & per mucum crassum exterminat. Prudenter itaque ab omnibus calidis, & vino, & aromatibus abstinendum, & diaeta conveniens imperanda. Imprimis verò ad sitim unicè prodest julapium ex aq. fl. fabar. & fragor. ana ℥vj. d. rub. id. ℥iij. cum spir. salis ad gratam acetositatem, vel cum Lapid. prunel. ℈iß temperatum. Vrina ab initio primorum dierum solet esse pauca & valdè crassa, sed subsequentibus confestim procedit, & totius vesicae impuritates feliciter expedit. Saepiùs probatum medicamentum. In biliosis dandum in minori dosi, aut die uno intermisso.

TARTARUS VITRIOLATUS PENOTI.

TArtarus calcinatur, teritur, & supra marmor sternitur, in humido loco ad solvendum collocatur, filtratur, exsiccatur, hoc ter repetitur. Hujus liquoris accipitur ℔j, Spir. vitrioli opt. ℥iv. vel plus guttatim supra tartari liquorem instillatur, fit coagulum albissimum; si humiditatem per B. M. evocabis ad siccitatem, tunc habes Tartarum vitriolatum.

Ad calculum, hydropisin & varios morb[...] curandos egregium est; sudorem provocat, pr[...] inferius purgat, modò admisceatur cum me[...] rosato, vel alio syrupo. Dosis est à ℈ß. ad ℈j. [...] vino albo, vel aqua petroselini.

TARTARUM DIURETICUM CUM FRAGIS.

℞. TArtar. alb. *Rhenan.* aut *Veneti*, seu *Ita[...] lici* ℔j. Crassiusculè contusum co[...] fortiter in vase fictili, seu terreo cooper[...] cum succi fragor. rec. expressi ℔vj. horâ [...] nâ circiter, & statim per colatorium puru[...] trasmittatur, & coletur, quantum dissol[...] tum fuerit. Percolatum tartarum in a[...] vasculo, vitreo nimirum vel terreo, fac[...] priùs unicâ ebullitione, sensim refrigesc[...] re finito. Frige factis omnibus, eximat[...] tartarum percolatum, & asservetu[...] succus verò residuus unà cum tartaro re[...] duo nondum dissoluto, denuò coquatur; [...] transoletur, quicquid dissolutum fuerit, [...] in calore etiam sensim crystallizetur: qu[...] tamdiu continuandum, donec tartarus [...] taliter dissolutus, & transcolatus fuerit. D[...] ficiente verò succo, vel mucilaginoso rec[...] to, propter repetitam coctionem & exha[...] tionem aquositatis; diluatur is aquæ c[...]

munis q. s. Et tali modo optimè succedet operatio; & etiam habebis Tartarum insucatum & diureticum, quod asserva.

Nobilis & admirabilis hæc medicina est in sculo renum, si à ℈j. ad ℈iiij vel etiam plures convenienti vehiculo exhibeatur.

BALSAMVS MARTIALIS.

℞. OL. sive Spir. terebinth. vel Ol. still. juniperi clar. aut Ol. still anisi seu pënic. ℥iij. Cui immergantur Limatur. partis pur. studio limat. ℥ij. Pòst instilletur guttatim, & per vices Spir. salis armoniac. acid. chalybeat. ℥iß. vel ℥ij. vel si is desit, invices eius Spir. nitri legitimè destillati tantundem. Factâ brevi maceratione, apparebit tinctura in oleo affuso rubicundissima, quod per filtrum à fœcibus separandum, & ad usum asservandum.

Præsens remedium in calculo, renibus exulceratis, colica passione, nephritica aliisve cujuscunque speciei exulcerationibus internis exsanandis efficax. Datur à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo appropriato.

EXTRACTVM GLOMORVM CYNOS BATI.

CElebre Nephriticum paratur ex capitibus illis capillosis in fruticibus Cynosba-

bati seu rosæ caninæ aut sylvestris enasci sic litis. Præparatio autem fit ex exsiccat & pulverisatis, exemptis tamen diligent vermiculis, in modum extracti, cum spiri tu vini facti, prius tamen pulveri isti Oleum tartari per deliquium factum in pauco gut tularum numero leniter admisceatur, ut tota essentia feliciùs extrahi possit;

Dosis est à ℈ß ad ℈j. In convenienti liquo sæpiùs exhibitum in calculo admirandum aux lium præstat.

LAUDANUM URINARIUM D. MICHAELIS.

℞. SVcc. liquirit. in aq. alkekeng. sol ʒiß. Camphor. ʒj Croci orient. ℈ Alkekeng. ℥ß. Gumm tragacanth. Masti ana ʒiß. Laudan. opiat. ʒij. Misce.

Singulariter in urina provocanda, calculo pellendo, renum obstructionibus aperiendis, loreque sedando prædicatur.

ARCANVM CONTRA CALCVLVM.

℞. NItri purificati ℔iß. Spir. vitrioli Misce, ut solvantur; abstrahe sp tum ad spissitudinem, & colloca in loc frigidum, tunc fient crystalli.

℞. I

℞. Horum ℥j. Sal. absinth. genist. ana ʒß. Affunde spiritum sulphuris, ut fiat pulmentum, adde Ol. still. anisi ʒß. succin. alb. gr. xv. Sachar. Canariens. parum.

Dosis est à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo appropriato.

OLEUM PHILOSOPHORUM.

℞. OL. olivar. antiq. ℔j. Later. probè ignitor. iterumque refrigerator. ac crassè contritor. q. s. Fiat destillatio in igne aperto ex cucurbita terrea, aut ferrea, donec nihil ampliùs prodeat; quod prodibit in recipiens, est Oleum Philosophorũ dictum.

Hujus vires sunt laudabiles. Humores emollit & calculum atterit; calefacit & siccat, attenuat & dissipat; in omnibus morbis frigidis conducit. Dosis ejus est, à gutt. iij. ad vj. vel etiam viij. in liquore specifico.

MERCURIUS DIAPHORETICUS OLEOSUS FACTVS.

PUrgetur Mercurius sale siccato, & sublimetur cum vitriolo, sale communi & nitro, ut artis est: Posteà aceto destillato solvatur, destilletur acetum, materia siccetur, pòst spiritu vini correcto digeratur, donec in mucosam pinguedinem transeat. Hinc liquor extrahitur, & in arena fortissi-

mo igne urgetur: quoad humor lactis instar exstillet. Hoc iterum affunditur, & oleum albissimum ac suavissimum, omnis erodentis facultatis expers, provenit.

Hoc oleum per os assumptum, non renum solùm morbos per sudores urinamque discutit, verùm vesicæ etiam faucium aliarumque partium abditarum exulcerationem persanat.

OLEVM OCVLORVM CANCRI.

℞. OCul. cancri pulverat. ℥v. Ol. tartari per deliq. ℥vj. Misce & digere in balneo diebus quindecim. Deindè digesta inde phialæ, & in arena coagula in lapidem. quo pulverato per spiritum vini extrahe tincturam omnem, eamqve, abstrahendo rursus spiritum, redige ad consistentiam mellis. Cujus vicem, in illius defectu, ubicunque supplebit hoc, quod ℞. Ocul. cancri præp. & Trochisc. alkekeng. ana ℈ß. *Detur cum syrupo de Alth. Fernelii.*

OLEVM LVDI HVMANI, SEU LVDVS HUMANVS PARACELSI.

SPecificum in tartaro, ubiubi corporis con

concretus, resolvendo & exigendo est Ludus humanus *Paracelsi*, quem sic præparat. Calculos è vesica hominum vel excisos, vel quomodocunque excretos & pulveratos igne rotæ primùm leni, deindè validissimo sic calcinat, ut videantur in salem planè abiisse. Secretior calculorum calcinatio hæc est. ℞. Pulv. ludi part. I. Carbon. præsertim faginor. part. ij. Misce, & in tigillo, tantùm operculo tecto, ure in furno figulino horis XXIV. Sic enim spiritus carbonum duritiem lapidis omninò emollit, utut carbones non absumantur. Calcinatum verò coque in aqua, fietque ea citrina à sulphure fœtido soluti ludi. Quod solutioni superest, denuò & siccetur, &, adjecto pulvere carbonum recenti, calcinetur, ut anteà. Solutiones deinde omnes evaporanda redige in salem. Quem iterum cum novo carbonum pulvere mixtum calcina, &, ut pridem, solve in aqua communi. Quam rursus sine vaporare, donec accipias salem candidum, & sæpè in crystallos abeuntem, si in loco frigido aliquandiu repositus fuerit. Hunc salem spiritui vini optimè rectificato mixtum, ex retorta tàm diu sæpiùs cohobando destilla, donec penitùs cum spiritu

vini transierit. Tùm hunc in leni balneo aufer, donec tibi relinquitur oleum Ludi humani.

Hujus guttæ à iij. ad xij. exhibitæ jejuno & continuis aliquot diebus in liquore conveniente, obstructiones tartareas, etiam confirmatas totius corporis, ubi ubi sint, præsertim verò in renibus, feliciter solvunt, & tartarum expellunt. Nam hoc specificum calculos, etiam grandes tantùm non insensibiliter in quid muco simile resolvit, & cum urina paulatim avehit.

OLEUM LIQVIDUM EX STELLA SIGNATA ANTIMONII.

℞. ANtimonii *Hungarici* part. ij. Chalybis part. j. hæc liquefiunt cum quatuor partibus tartari usti, & funduntur in scypho ferreo, quo utuntur aurifabri, dum aurum suum purgant. Dum refrixerit, exime regulum, & separa ab omni impuritate, & scoria. Tere hunc regulum subtiliter, & pondus ejus examina, & appone ei triplum tartari usti, funde, & effunde, ut suprà; idque tertiùm repete, tùm se purgat regulus, & evadit purus & clarus. Nota autem, cùm fusionem rite perfeceris, usus que fueris encheirisi, quâ decet, quod in hoc palmarium est, obtinebis stellam pulchram, & ex albo micantem, instar argenti capellati, non minùs artificiosè distinctam, quam si eam pictor quispiam diligenter circino dispartitus fuisset. (Ubi hîc advertimus: In tertia fusione reguli ignem vehementer esse intendendum, ut in

tenl

tenso illo calore auferatur, si quid adhuc impuri apud regulum resideat; atque ita regulum consequeris pulchritudine & candore argento comparandum, sed virtute & pretio longè superiorem.)

Hæc stella cum sale armoniaco in sublimatum rubrum redigitur; tinctura enim martis adscendit. Dum ejusmodi sublimatum uspiam deponitur, fit ex eo liquor, qui miris in chirurgia præstat viribus. (Hoc autem sublimatum, antequam imponatur caveæ, ut ibi resolvatur, purgandum est à sale armoniaco aquâ destillatâ) Hic regulus, seu stella signata, sæpè cum angue lapideo per ignem deducitur ita, ut tandem se in eo consumat, & se prorsus uniat cum angue: hoc facto, habet artis affectator materiã omninò calidam & ignitam, in qua ars plurima sepulta latet. Hæc materia præparata se solvit in oleum: hoc ipsum oleum destillatione transfundi debet, & tùm rectificari, ut sit purum & clarum.

Hoc oleum intùs commodè & securè assumi potest; at magnâ prudentiâ & cautione opus est. Non sæpiùs quàm bis per hebdomadem assumatur, nec plus quàm guttæ iij. in duabus unciis vini, vel alia aqua ex herbis destillata, secundùm morbi exigentiam exhibeantur. Hanc ob causam Medici est, morbi causas unà cum ægroti complexione præscire, quò remedia sua securiùs adhibeat.

In hoc oleo latet præterea effectus admirabilis; si enim longo tempore circuletur, tandem crystallos arripiet, nimirum cum illæ tribus diebus & totidem noctibus anteà calcinatæ fuerint, & ex illis elicit salem,

quo facto hoc oleum iterum per retortam destillatur, & consequeris medicinam, quæ lapidem in vesica ad- mirabiliter confringit & expellit, multaque alia insigni quâdam virtute efficit.

OLEUM PRO CALCULO RENUM SE- CRETISSIMUM.

℞. Cortic. radic. fraxin. ℔ij. Sem. juniperi ℔iij. Terebinth. clar. ℔iiß. Conterenda conterantur, & cum terebinthina irrigentur, & in duodecim libris aquæ in vase benè obturato ad putrefaciendum simul seponantur per tres menses: Peracto tempore, destilla more aliorum oleorum. Exstillabit oleum præstantissimum quale simile pro tali re non reperitur.

Dosis est â gutt. viij. ad xij. quæ comminuunt calculum & expellunt, si cum vino albo assumantur.

OLEVM SEU BALSAMVM TEREBINTHINÆ, RUBINUM TRANSLUCENTEM REPRÆSENTANS.

℞. Rubini translucentis ex ol. terebinth. per evaporat. fact. q. v. Pulverisa, & optimo spiritu vini f. a. tincturam extrahe; spiritum tinctum per xiv. dies digere; posteà in lento balnei calore ad medietatem seu oleitatem iterum abstrahe, & post filtrationem debitam ad usum repone.

Balsamum hoc renum & vesicæ calculos expellendi, eorumque dolores sistendi, gonorrhæam curandi potentissimam vim habet. Hujus dosis est à gutt. v. ad x. in vehiculo convenienti. *Externè etiam regionibus dictorum membrorum injunctum cruciatus nephriticos egregiè sopit.*

OLE-

OLEUM SEU LIQUOR CRSYTALLI.

A Multis unicè in calculo totius corporis dissolvendo expellendoque commendatur oleum seu liquor crystalli, qui prorsus eo modo fit, quem describit *Crollius in Basilic. Chimic. de liquor. gemmar. pag. mih. 181. & 182. id verò non est extra rem, prudentiá tamen in ejus administratione opus est singulari. Nam ejus liquor nequè confertim neque continuò est administrandus, præsertim ubi natura languidior extiterit. Ejus itaque guttæ x. ad xvj. vix sunt semel propinandæ, neque id singulis diebus, sed paulatim, donec nimirum ipsius medicamenti operatio successivè id sustulerit, quod voluimus, & scopus cura requirit.*

LIQVOR NEPHRITICVS. D. MICHAELIS.

℞. Lapid. lyncis, judaic, spongiæ, nephritic. Glac. Paradysi Ocúl. cancri ana q. s. Solvantur in spiritu salis rectificato; solutiones filtrentur & destillentur ad siccitatem; caput mortuum in liquorem coagulatum nephriticum mutatur. *Dosis ejus est à gutt. v. ad xv. in vehiculo convenienti.*

TINCTVRA LAPIDIS NEPHRITICI MOEBII.

℞. PVlv. lapid. nephritic. q. s. infunde ipsum in spir. salis rectificati q. s. Stent in digestione, fiatque deindè tinctura viridis.

Hæc *tinctura summum arcanum est in calculo renum, Dosis ejus sunt guttæ vi. viii. x. & xv. in aq. Fragorum.*

ELI-

ELIXIR NEPHRITICUM, LITHONTRIPTICUM.

℞ BAcc. juniperi ℥iij. heder. arbor. ℥i. alkekeng. seu solan. vesicar. ℥iß Sem. Cynosbati, lithosperm. Radic. saxifrag. alb. tubcross. pimpinell. ononid. raphan. rustican. ana ℥j. Frag. maturor. seminibus turgid. ℥ij. Lign. nephritic. ver. quod aquam cœruleo colore inficit ℥ij. Herb. heder. terr. veronic. virg. aur. ana M. ij. Fl. chamæmel. melilot. ana Mß. Spir. è fecibus vini q. s. Spir. salis ℥ij. In digestione stent per dies & noctes tres. Tinctus & essentiâ impraegnatus spiritus servetur ad usum. Exaltari potest Spiritu salis, vitrioli.

Eximiis viribus pollet, arenulas renum seu tartarum fecalem, fluidum & coagulatum resolvendi, in actu praeservationis à ℈ß. ad ℈j. & ʒß. in liquore convenient sumptum.

SPIRITUS SALIS TARTARISATUS.

IN spiritum salis injiciantur Crystalli tartari purissimi ad plenam satoritatem: hi solvantur & si impuræ nebulæ appareant, filtratione adhibitâ, habebitur Spiritus *ad calculos in renibus solvendos, tartareamque materiam educendam aptissimus: singulis diebus* v. vj. & vij. *guttæ si sumantur in vehiculo conveniente.*

SPIRITUS VITRIOLI DULCIS.

℞. VItrioli benè calcinati ℔jv. Superfunde acetum destillatum, ut benè supernatet; digere, decantáque, & affunde novum acetum destillatum, idque quinquies vel sexies, semper d

aliquot digerendo. Aceta illa impregnata destilla, donec spiritum vitrioli tetigerit destillandi ordo. Tunc inde in retortam, adjectis sabuli puri manipulis duobus, & liquor vitrioli remanens dulcem referet saporem.

Prodest mirificè in calculo, tartareis morbis, catarrhis &c.

Dosis est ℈j. *in liquore conveniente.*

SPIRITUS ACETOSÆ MINERALIS.

℞. TArtar. vitriolat. ℥j. Julap. rosar. ℔j. Aq. Cinamom. ℥iv. Misce. *Dosis hujus est ad* ʒij.

SPIRITUS MERCURII DULCIS.

℞. MErcur. sublimat. crystallin. non dulc. q.v. tere in pulverem impalpabilem, eique superfunde in cucurbita non nimis alta optimi Spir. vini q. s. Abstrahe per alembicum ex cineribus: destillatum liquorem reaffunde, ac denuò destilla, & perge cohobando tamdiu, donec spiritus vini instar olei albicantis videatur per alembicum transire, quod alio excipulo collige. Capiti mortuo alium & recentem vini spiritum affunde, ac procede simili ratione, ut anteà, donec omnia in oleum seu spiritum albicantem sint conversa.

Hic Spiritus in renum exulceratione mirabiliter operatur, si ejus guttæ ij. vel iij, quotidiè semel atque iterum in aq. radic. nymph. equiset. plantag. exhibeantur.

Mihi & multiplici observatione constat, Mercu-

curium dulcem hîc quoque multum posse, si bis terve in septimana exhibeatur justâ dosi. Etenim impuritates tùm corporis totius, tùm verò renum maximè expurgat.

SPIRITUS GLOMORUM CYNOSBATI.

SPiritus glomorum cynosbati (quos ita vocat *Paracelsus*) sive ex callosis in rosa canina nascentibus glomis, arcanum maximum est ad calculum expellendum. Ita autem paratur. Majo & Junio magna eorum quantitas colligitur, & remotis vermiculis, qui in ipsis reperiri solent, minutim conciditur, ac aquâ & fermento additis fermentatur. Tùm ex putrefactis per vesicam eliciuntur spiritus & aqua. Ex capite autem mortuo, in cineres usto, extrahitur sal, qui purificatus cum spiritu conjungitur, aliquandiu in digestione relinquitur, digestum cum argilla miscetur, & igne nudo super ejusdem glomos in receptaculum majus destillando spiritus unà cum sale prolicitur, donec omnis sal simul transeat. Quod in recipiente est, exprimitur. & expressum per retortam igne arenæ in fine non admodum valido, ne empyreuma redoleat, destillatur in modum arcani ex vegetabilibus eliciendi.

Ejus guttæ iij. *ad* xij. *in convenientibus liquoribus exhibitæ, & sæpiùs datæ, calculum insensibiliter expellunt.*

Quin si pulvis istorum glomorum tantùm maceretur in vino, & hoc exhibeatur per aliquod tempus, idem facere experientia docuit, sed remissiùs.

AQUA REGIA TARTARISATA.

℞. Nitri crud. ℥iv. Tartar. albiss. ℥ij. Sal armoniac. ℥iv. Misce, & destilla ex retorta vitrea per tertium ignis gradum.

Usus ejus est in calculorum morbis admirabilis.
Dosis ejus est à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo appropriato.

Aqua Regia ita paratur.

℞. Nitri, Salis armoniac. ana ℥ij. Misce, & fiat pulvis subtilissimus, destilleturque ex retorta vitrea in arena per secundum ignis gradum; receptaculum sit satis magnum; & habebis egregiam aquam regiam.

AQUA REGIA CUM CALCE VIVA.

℞. Nitri purificati, Salis armoniac. ana ℥iv. Sal. tartari cum calce viva mixti ℥ij. Misce, tere, & ex retorta vitrea per 3. horas in primo; per 2. horas in secundo, & per horam 1. in tertio destilla; & erit parata.

Usus ejus internus maximè laudatur contra calculum. Dosis est à gutt. iij. *ad gutt.* viij. *in convenienti jusculo.*

AQUA ANTINEPHRITICA.

℞. Radic. ononid. minutim concis. ℔j. Macera per triduum in Vini generosi ℔ij. Deindè Radic. petroselin. eryng. parietar. Herb. herniar. & saxifrag cum tot. ana ℥iv. Bacc. alkekeng. & juniperi ana ℥iij. Sem. fœnic. melon. mil. sol. urtic. ana ℥ij. macera per quatriduum in eodem vino post infusionem illam expresso, iterum.

rumque exprime, & additis Succ. portulac. ℔iij destilla per alembicum.

Dosis cochl. ij, etiam ad præservandum à calculo.

VINUM ANTINEPHRITICUM.

℞. LIgn. Saffafras & nephritic. ana ℥ß. Radic. polypod. quercin. petrosel. ana ℥ij. onconid. pimpinell. sanguisorb. ana ℥iiß. asparag. irid. nostrat. ana ℈j. ireos *Florent.* ʒß. Herb. fragar. pimpinell. rorismar. saxifrag. ana Mß. Fl. borrag. rosar. ana p. j. Sem. anis. fœnic. siler. mont. ana ʒß. Bacc. alkekeng. ʒvj. Cinamom. el. ʒß. Macis Turpeth. alb. & gummos. ana ℈j. Contusa & incisa omnia in syndone rubro includantur, nodulusque suspendatur in vini ℔iß.

Sumat ex hoc jejunus haustum, & singulis diebus.

CLARETUM JUNIPERINUM.

℞. ROb. juniperi ℥ß. Spir. juniperi ℥iv. Co. & edulc. cum facchar.

Dosis est cochl. j.

TITULUS XIX.

DE

SPECIFICIS VENEREIS.

VIrilitatem extinctam restituunt varia medicamenta, quorum mirabiles virtutes deprædicare possunt, qui aliquando ... fuerunt.

ARCANUM DIAVENERIS.

℞. SUlph. vitrioli veneris sublimati & spagyr. præp. ʒij. Borrac. *Venet.* ʒiß. Sem. ling.

vis, eruc. pastinac. urtic. porri ana ℈ij. gr. v. Radic. pyrethr. Piper. alb. Boleti cervini ana ℈ij. Galang. min. Zingib. alb. Cinamom. ana ʒß. Scinc. marin. præp. Mag. perlar. orient. Croci orient. ana gr. xv. Cantharid. abscissis alis tenuioribus, Ambr. gryf. ana ℈ß. Moschi opt. gr. v. Ol. still. macis gt. v. Misce, & fiat omnium pulvis subtilissimus, cui Sacchar. cand. alb. ʒß. immisce, & ad usum repone.

Contra actûs venerei defectum efficacissimum, imò omnium validissimum, & extremum experimentum est: Propterea qui amicæ suæ placere cupit, & se virum strenuum vult probare, capiat post cœnam, vel, si statim effectum quærit, eundo cubitum, aut si successivè operari debet, manè à ℈j. ad ℈ij. & ℈iij. in lacte tepido, vel vino generoso. Præparatur & sine cantharidibus.

TABULÆ VIRILES PARACELSI.

℞. Castorei, Galang. Macer, Caryophyll. Sem. anis. Piper. long. Borrac. *Venet.* ana ʒij. Fol. saturniæ, Radic. satyr. valerian. ana ʒj. aron. ʒß. Boleti cervini ʒiß. Carn. scincor. marin. Cardamom. min. ana ʒß. Pulvera, & cum sacchato aquâ rorismar. soluto forma in tabulas.

Dosis est à ʒiij. ad vj. Fortiùs operantur, si aliquoties in latonico umbilicus & partes viriles inungantur oleo maceris destillato. Mirabile enim hoc confortativum est.

ESSENTIA AMBRÆ.

Essentia ambræ cum spiritu rosarum extracta & pilularum formâ exhibita in senibus mirifice operatur.

Dosis, gr. iij. *ad* vj. *in vino generoso.*

ESSENTIA SULPHURIS VITRIOLI.

℞. Sulph. vitrioli narcotici sive fixi q. s. idque per se, sine additamento sublima in homi[…] cucurbita, sic ut paulatim in eam sulphur alem[…]bico ablato injicias, & rursus imponas, atque i[…] continua, donec post se relinquat omnes su[…] feces. Posteà ei dimidium salis tartari puri m[…]sce, & per retortam, igne suppressionis in fin[…]dato, destilla, & accipies oleum rubrum. C[…] si affuderis aliquid aceti destillati, descendit pu[…]vis spadicei coloris, & spiritus salis tartari sese m[…]scet cum aceto. Pulvis ille diligenter edulco[…]tur aquá frigidâ, & ex eo per spiritum vini in l[…]co calido & vase clauso extrahatur dulcissima e[…]sentia, quam olei instar post octiduum reperi[…] supernatantem spiritui vini. A quo eam sepa[…] & serva.

Hæc dulcissima Sulphuris vitrioli Essen[…] æqui pollet tincturæ antimonii, neque min[…] admirabiles effectus edit. Dosis ejus est à [.] *j. ad* jv. *in aq. meliss. aut petroselin. Nox[…] humores totius corporis expellit, venerem, [...] mulat, uterum rectificat, ejusque motus in[…]dinatos sistit, & in utroque sexu prolific[…]*

vim seminis ad liberorum generationem operatur: quin & hydropem perfectè curat. Usus autem istius essentiæ aliquandiu continuandus.

MIXTURA VIRILIS.

℞. Confect. alcherm. ℥ß. Ambr. grys. ʒij. Zibeth. non adulterat. ʒj. Aq. magnanimitat. ℈ij, Misce, & reconde diligenter, ne evaporet.

Hanc exhibe à ℈ß. ad ʒj. alternis vesperis cum aq. Cinamomi.

SPIRITUS MAGNANIMITATIS, SEU AQUA HERCULEA.

℞. Formic. minor. acidum redolentium in olla, melle inunctâ, captarum q. s. Spir. vini rect. q. s. Digestione XIV. dierum peractâ, B. M. exstilletur. Spiritus aromatisetur modicè cinamomi oleo.

Armat mirificè in venerem, hydropi, debilibus articulis, febribusque intermittentibus medetur. Dosis cochl. j.

LIQUOR VENEREUS SOLARIS.

℞. Liquor. Satyrion. ℥j. Ambr. essentificat. ʒij. Solis potab. ℈j. Misce.

Detur à ℈ß. ad ℈j. pro una dosi. Hic in-dum naturam tàm fortem reddidit, ut simul anima cum vita expulsa fuerit.

ELECTUARIUM SATYRII.

℞. Radic. satyrii condit. ℥j. Conserv. fl. tunic. zingiber. de *Bingala* cond. ana ℥j Sem. ling. avis, Borrac. *Venet.* ana ʒ j. *Spec.* diachamarr. ʒiß. Nuc. moschat. in *India* cond. No. v. Testi. cervi exsicc. taxi exsicc. ana ℈ij. gr. v. Boleti cerv. vin. ʒj. Cinamom. acut. Piper. long. ana ʒß. Marg. perlar. oriental. corall. rubr. ana gr. xv. Gallicæ moschat. ver. Ol. still. caryophyll. ana gr. xv. Fol. auri pur. No. VIII. Misce, & cum syr. zingiber. de *Bingala* cond. q. s. fiat l. a. Electuarium.

Hoc maximam ad stimulandum coitum vim habet, & libidinis desiderium in utroque sexu egregiè excitat, sperma multiplicat; nec non consumptos & emaciatos singulariter reficit. Dosis est manè vel vesperi cum vino veteri at malvatico à ʒij ad ʒiij.

CONFECTIO MAGNANIMITATIS.

℞. ESsent. satyr. extract. ℥j. Nuc. *Indic.* re. Pinear. mundatar. ana ʒvi. Pistat. viri. Nucl. avellanar. Amygdal. dulc. ana ℥ß. Calam. aromatic. Zingiber. alb. Galang. min. Cardamo. mi min. ana ʒij. Borrac. *Venet.* Auri potab. a. ʒiß. *Sem.* eruc. ling. avis, urtic. ana ʒj. Mag. per. lar. oriental. corall. rubr. *Sal.* paster. ana ℈ij. Bo. leti cervini, Priapi tauri, cervi, Test. taxi exsic. Carn. scincor. marin. ana ℈ij. gr. v. Moschi la. datiss. Ambr. grys. ana gr. xv. Ol. still. macer. Nuc. moschat. Cinamom. caryophyll. ana

Mis

Misce, & cum syr. radic. satyr. condit. f. s. a. Electuarium.

Hoc in confortanda venere secretum est. Datur maleficiatis, & iis, qui sunt invalidi femoris. Senibus & naturâ frigidis mirificè opem præstat. Virilitatem amissam potenter restituit. Venerem desuetam concitat. Partes genitales frigidas & quasi emortuas erigit: Semen utriusque sexûs auget & corrigit. Dosis à ʒj. ad ʒij. vel ʒiij. in vino malvatico, vel moschatellino dulci eundo cubitum; vel exhibeatur tempore necessitatis quantitas nucis moschatæ, superbibendo haustum vini veteris boni & odoriferi. Verùm si impotentia à nativitate, non recipit curam: quia lapsus naturalis difficulter restituitur.

CONFECTIO PACIFICA DE SVCCVLATA INDA.

℞. Svcculat. *Ind.* ℥ij. Satyrii testic. condit. ℥j. Testic. gallor. in lacte, vel vino malvatico coctor. ʒß. Amygdal. dulc. Pinear. mundat. Pistat. virid. Nucl. nuc. *Indic.* ana ʒij. Cass. lign. Boleti cervini ana ʒiß. *Sem.* fraxin. Borrac. Venet. ana ʒj. *Spec.* diamosch. dulc. diambr. ana ℈ij gr. v. Lign. aloës elect. Fol. majoran. Croci orient. Nuc. moschat. ana ʒß. Caryophyll. Galang. min. Zingiber. alb. Cardamom. min. Piper. long. ana ℈j. Ol. still. cinamom. macer. ana ℈ß. Misce, & cum

ſyr. conſervat. nucismoſchat. condit. q. ſ. fiat Electuarium.

In coeundi impotentia hoc Electuarium magnum arcanum eſt, & pro ſolis amicis reſervandum; læſam enim & amiſſam virilitatem reſtituendo, venerem deſuetam concitando, refrigerationem teſtium & vaſorum ſeminalium tollendo, ſemen utriusque ſexûs augendo, impotentes ſenesque debiles, brevi temporis ſpatio, ad priſtinam voluptatem reducit.

Doſis quotidiè, evacuato corpore, caſtaneæ quantitas, plus minusve pro ratione ætatis, temporis, anni, conſuetudinis &c. ſuperbibendo vini generoſi bonum hauſtum.

OLEVM FORMICARVM.

℞. Formic. viv. *Sem.* eruc. ana q. ſ. Miſce, & contunde, ut fiat quaſi paſta. Hanc vitro inde, & ſub dio ſoli tamdiu expone, donec oleum accipias, quod per expreſſionem ſepara, & ad uſum, pro Balſamo Venereo, reſerva.

Si hoc oleo plantæ pedum & regio pubis ac perinæi ungantur, mirabiliter torpentes excitat, etiam à maleficio tales.

BALSAMVM VENEREVM.

℞. Radic. pyrethri, Euphorb. ana ℥ß. Cantharid. ℥ij, Coq. in vinimalvatic, ℔j. ad conſumptionem medietatis, & colaturæ add. Ol. olivar, ℥ij. Denuò coque, donec abſumatur humidi.

miditas: posteà huic oleo adde: Ol. nucismoschat. expreſſ. ℥ß. Formic. noſtr. ʒij. de nuc. *Indic.* Caſtorei ana ℈iiß. moſchatellini. caryophyll. macer. ſpic. ana ʒß. Zibeth. non falſat. Moſchi opt. ana ℈ß. Miſce, & cum capite mortuo nucismoſchat. expreſſ. vel in hujus defectu, cum ceræ alb. q. ſ. fiat l. a. in juſta conſiſtentia Balſamum.

Si hoc balſamo veretrum & partes circumſtantes, videlicet regio inter anum & teſtes, ubi penis corpora latent, nec non pollex dextri pedis ungantur, egregiè juvant ad coitum; eſt enim inſigne illectamentum matricis, atque venerem ſtimulando mirabilem erectionem facit, & indeſinenter ferè operatur, nec quieſcit erectio ſæpè, quando autem volueris, quod ceſſet, lavabis loca inuncta.

Verùm in his & ſimilibus venereis probè diſpiciendum eſt. 1. *Ne violenter, & cæco cupiditatis impetu omnia fiant: nonnunquam nimirum talia tam fortem reddidêre naturam, ut & ſimul animæ cum vita expulſa fuerit. Omne nimium naturæ inimicum.* 2. *Valet ad tarditatem vel imbecillitatem coeundi excitandam oleum nucis moſchatæ, quod ſcilicet in balneo ſicco in umbilicum diligenter & fortiter fricetur; tùm etiam intùs aſſumatur. Eſt nimirum confortativum totius naturæ, &*

medullæ quoque ossium. Stercus perdicis in ejusdem felle dissolutum, si glandi illinatur, venerem mirum in modum auget. 4. Venere existente in Leone, fode radicem satyrionis, & misce cum oleo juniperino; ejus mistura gusta aliquot guttulas, & senties operationem. 5. Radices satyrionis conditæ operi huic venereo egregiè etiam succurrunt. Quibus ergò etiam usus est Ernestus Elector Coloniensis.

TITVLVS XX.
DE
SPECIFICIS ARTHRITICIS.

Arthritis est instar matris, plures ex se generans natas: in specie podagram, chiragram & ischiaticam.

In arthritide interdum est omnium articulorum dolor, cum summa inquietudine, in cæteris particulares dolores externam partem, manuum in chiragra, pedum in podagra, coxendicis in ischiade infestant.

Horum omnium universalis cura consistit in consumptione & expulsione tartari in toto corpore humano stabulantis. Cujus cura apud Practicos reperitur.

Observandum hîc: Cura non incipitur in paroxysmis vehementioribus, sed quando plurimùm sedati sunt.

In

In hoc unicè incumbendum, ut ſtato tempore æquinoctiorum & ſolſtitiorum (circa eadem enim nimirùm podagricæ fluxiones plerumq; vigent) corpus benè mundificetur, & imprimis ratio victûs, quæ alioquin nuſpiam negligenda eſt, ſolers & induſtria inſtituatur, auferendo tùm plethoram; ſi qua adſit, tùm cacochymiam quamcunque ſuis idoneis medicamentis.

PULVIS ARTHRITICUS NOBILIS.

℞. Hermodactyl. Turpeth. opt. Diagryd. Fol. ſen. *Alexandrin.* ſin. ſtip. Raſur. Cranii human. (vel potiùs Oſſ. homin. calcinat.) Sacchar. ana. ℥j. Miſce, & fiat pulvis ſubtilis.

Doſis eſt ℥ß. manè ex aq. fragar. millefol. vel chamæpyt. per dies 3. vel 4.

Purgat ſecurè & leniter omnes defluxiones podagricas juxta Paracelſum l. 1. de morb. ex tart. tom. 2. c. 3. item tom. 4. pag. 38.

MAGISTERIUM PERLARUM RIVERII.

INter corroborantia præcipuum eſt Magiſterium perlarum *Riverij*. Margaritis in ſubtiliſſimum pollinem pulveratis affunde Succi recentis vel citrior. vel aurant. q. ſ. ut fiat paſta; poſtquam hæc aliquandiu ſteterit, affunde Aceti q. ſ. & ſolve, & decanta rurſus. Hocque fac toties, donec margaritæ fuerint ſolutæ. Aceto deindè decantato, admiſce partem tertiam aquæ fluviatilis. Deſtilla per retortam igne arenæ & per gra-

dus. Destillatum reaffunde super caput mortuum, & solve, & filtra, & fac lentè vaporare, & restabit Magisterium.

Hujus jejuno detur quotidiè & multis diebus ℈j. ex vino. Mirificè enim naturam recreat.

VELLUS SEU LANA AUREA JOH. WEIDNERI.

℞. Roris ex tritico mense Majo ante exortum solis, cœlo sereno, linteo expanso, & in fictili effusi & collecti q. s. Stent per mensem, donec pars crassior subsideat, filtretur. Cape quod purum est & clarum, reple eo vitrum latioris fundi, & stricti orificii, tertiâ ferè sui parte inditis 12. auri foliis, aliquantum incisis. Locetur clauso orificio in locum calentem per aliquot menses, tùm aperias vitrum; exhalet aliquá parte, posteà effunde totum liquorem cum remanentiis, & vitrum rursum colloca in cineres calidos, usque dum exsiccetur. Et sic lana illa aurea, quæ visum effugiebat, spontè de lateribus vasis resoluta fundum petit: quam plumis leviorem à vento & aëre custodi.

Magnam efficaciam adversus venena habet, & cordiale præstans est; cujus cùm in suo corpore periculum fecisset, eâ in specifico liquore convenienter usus, nunquam ab eo tempore paroxysmis podagricis infestatus fuit, cùm anteà subinde podagricus decumberet, & immanibus doloribus vehementer torqueretur.

SAL ANTIPODAGRICUM ZWELFERI.

℞. SPir. tartari *Schröderi*, affunde guttatim Spir. urinæ, donec ebullitio cesset. Postea quod præcipitatum est collige. *Dosis est*, ℈ß. *in convenienti liquore.*

VINUM ANTIPODAGRICUM PRÆSERVATIVUM D. MICHAELIS.

℞. HErb. chamædr. chamæpyt. anagallid. ana M. j. Fl hyperic. p. iij. anthos, betonic. ana p. ij. Radic. helleb. nigr. gialapp. ana ℥j. Hermodactyl. Turpeth. alb. & gummos. ana ʒvj. Crem. tartari albiss. ʒij. Costi aromatic. ver. ʒiß. incisa & contusa dentur in nodulo. S. Pulver um laxierenden glieder Wein. *Potest edulcorari cum saccharo vel syrupo appropriato, vel per se sumi tempore matutino.*

ELIXIX ARTHRITICUM EJUSDEM.

℞. HErb. chamædr. chamæpyt. ana Mij. Summitat. centaur. min. Fl. hyperic. ana M. iß. salv. betonic. primulver. lavend. stoëchad. *Arab.* anagallid. ana p. iij. Radic filic. rhapontic. vincetoxic. caryophyllat. bardan. aristoloch. rot. gentian. ana ℥j. scrophular. ℥iiß. Sem. hyperic. ℥j. petroselin. *Macedonic.* ʒiij.

Incisis & contusis grosso modo affunde spiritum vini rectificatum, digere per mensem, posteà destilla, & habebis spiritum ar-

thri-

thriticum. Hunc novis speciebus & sali ex capite mortuo harum specierum elixiviato superfunde, atque iterum per mensem digere, posteà filtra, & ad usum serva.

Nota: *Loco spiritûs vini simplicis potest alius ex vegetabilibus specificis paratus substitui.*

Dosis est à gutt. xx. ad xxx. in vehiculo convenienti.

TINCTURA ANTIMONII.

℞. CAlcis vivæ ℔vj. affunde ℔xv. aquæ communis, & fac s. a. lixivium. Hoc per subsidentiam clarificatum affunde mineræ antimonii *Vngarici*, vel, eâ deficiente antimonii crudi ℔iv. vel v. Repone simul in cucurbita lati fundi ad solem, & sæpiùs in diem commove. Cùm rubere superficies cœpit, satis tincturæ extractum est; præsertim si ejus tantillo paucis aceti guttis infusis, auriaci coloris pulvis præcipitetur. Tincturam filtra, & vaporatâ aquâ reduc in pulverem. Ex hac cum spiritu vini extrahe tincturam, quæ instar extracti solis flavea. Hanc filtra.

Pulvis in filtro remanens datur à gr. v. decem summùm. Tinctura verò filtrata per alembicum septies minimùm cohobetur

de:

deindè ex retorta in arena per gradus vel igne suppressionis destilletur, & prodibit oleum antimonii dulce cum striis splendidissimis & pulcherrimis. Ab hoc tandem in balneo destilletur spiritus vini, & remanebit in fundo essentia antimonii rubicundissima, & noctu, apposita candelâ, instar carbunculi lucens. *Hæc in arthritide summum corroborans est, si à gr. i. ad iij. in convenienti vehiculo detur.*

TINCTURA ANTIMONII EXALTATA ARTHRITICA.

FAc capitellum ex cinere cavellato, calce viva, & cineribus communibus ana cum aqua communi, vel vino. In quo dissolve hepar antimonii, digerendo in arena per noctem, ut benè bulliat. Tincturam calidam quodammodo adhuc separa, & filtra; & si placet (nam & per se tinctura subsidet, licèt non tàm confestim) per acetum in pulverem croceum præcipita, ac multis abluitionibus edulcora.

Quod si tinctura hæc antimonii deinceps per multa cohobia, menstruo aliquo idoneo, in nobilissimam essentiam exaltetur, *contracturam imprimis ex podagra in articulis externis causatam feliciter curat, si, observa*

servatis observandis, ad legitimam nempè diætam pertinentibus, quotidiè aut alternis diebus gutta j. de tinctura exaltata cum vehiculo appropriato in aurora exhibeatur, & sudor vel in lecto, vel in laconico procuretur (id quod in declinatione contracturæ fieri debeat) contractura nulla arthritica resistit.

TINCTVRA EX SVLPHVRE ANTIMONII.

℞. SUlph ex antimonio crudo (primi modi) q. v. extrahe s. a. cum spiritu vini non adeò forti tincturam (Alcohol non extrahit) Decanta & destilla cohobationibus septies repetitis per alembicum. Tandem propelle per retortam vitream ex arena, addito quoque igne suppressionis, ac prodibit in forma rubicundissima oleum antimonii dulce: abstrahe spiritum per B. M ac remanet in fundo tinctura.

Confortativum est summum, movet sudorem, ac præservat maximè à podagra. Dosis est à gutt. j. ad v. in convenienti liquore.

TINCTVRA BALSAMICA.

℞. SPir. lumbric. terrestr. ℥v. salis armoniac. ʒß. cochl. ℥ij. in quibus dissolve Sapon. *Venet.* ℥ij. Camph. ʒvj. Opii *Thebaic.*

batc. ℈ij. Croci ℈j. Misce & digere per aliquot dies & noctes, posteà filtra, & in vitro optimè clauso usui serva. *Potest enim linteo prius calefacto parti affectæ applicari.*

Inter externa topica, ut in arthritide vaga, doloribus nuchæ, crurum, pedum, circa plantas & talos maximè commendatur.

ESSENTIA LIGNI SASSAFRAS.

℞. SPir. vini aliquoties rectificat. q. v. injice in illud rasuram ligni sassafras, & habebis essentiam hujus instar sanguinis.

De hac essentia sume quotidiè duo vel plura cochlearia, & mirabilia videbis, manè per se, vel in alio convenienti vehiculo; nam non modò omnis generis dolores arthritidis lenit, verùm etiam ipsam materiam undè ortum trahit, radicitùs exstirpat.

ESSENTIA CONTRA ARTHRITIDEM VAGAM SCORBUTICAM.

℞. RAdic. vincetoxic. enul. camp. aristoloch. rot. zedoar. caryophyllat. poëon. ana ℥ij. Fol. salv. betonic. serpill. abrotan. rut. chamædr. chamæpyt. ana ℥j. Fl. anthos ℥ij. Spec diamosch. dulc. dianthos, lætific. *Galeni* ana ℥j. Sem. citri ℈iv. Theriac. *Andr.* ℥ß. Foëcul. arō. ℈iv. In subtilissimū pulverem redactis affunde spir. vini. malvatic. opt. rectific. ad eminentiam 4. digitorum. Stent benè tecta in digestione per dies tres. Posteà spiritus vini abstrahatur ad consistentiam mellis. Reaffunde Spir. vini modò abstract. ℔ß. Spir. co. hl. ℥ij. nasturt. ℥j. d. rub. id. ℥ß. Essent. lumbric. terr. ℥vj.

℥vj. Digerantur in B. M. per diem & noctem, posteà filtrentur, & serventur pro usu.

Dosis est à ℈ß. ad ℈j. in specifico & convenienti vehiculo.

AQVA SANGVINIS HUMANI.

IN oleo sanguinis humani extrahendo aqua simul extrahitur. *Hac aqua extrinsecùs admodum laudatur; roborat enim artus, quo minùs fluxiones excipiant, & arthriticis doloribus confert.*

AQVA ANTIPODAHRICA RULANDI.

℞. Fl. chamæmel, & melilot. ana M, j. Mercur. sublimat ℈ij. Coque ex aqua communi. Hujus decocti filtrat. ℔iv. adde tantundem aquæ mortuæ (quæ est aqua fortis, quo aurifabri ad separandum sunt usi) & aq. rec. ℥ij. ac succi vel decocti myrtillor. q. s. ad colorandum. *Aqua mortua durat multos annos. Mixturâ autem utere, ut Autor docet in curationibus.*

AQVA ANTIPODAGRICA ALIA.

℞. SPerm. ranar. circa novilunium in Martio collect. & Stercor. bubuli rec. ana ℔iij. Diligenter mixta relinque per diem & noctem, deinde destilla, & aquam serva pro usu. *Hæc calidiuscule membris dolentibus applicata, confestim sedat dolorem. Felicius autem operabitur, si quid spiritûs vitrioli addatur, aut stercus vaccæ cum mellis ℥ij. cataplasmatis vice, superimponatur, præsertim in podagra frigida.*

MIX

MIXTURA ANTIPODAGRICA CNEUPHELII.

℞. CApit. mort. vitrioli, Aceti destillati ana ℥ij. Opii *Thebaic.* ʒß. Aq. chelidon. sambuc. ℥iv. Misce pro epithemate, *dolorem intra duas horas sedante.*

SPIRITUS SALIS NON RECTIFICATUS.

SPiritus salis non rectificatus cum aqua fontis temperatus, & cum laciniis duplicatis tepidè applicatus, vel etiam addito tantillo olei tartari per deliquium, *in doloribus podagricis mitigandis mira præstat.*

SPIRITUS SALIS ARMONIACI.

SAlem hunc sublimatum & pulveratum misce cum quadruplo cinerum, & destilla per alembicum ex arena. Spiritum, qui prodit, æquali portione misce cum Spiritu vini, & bis terve pluâ illine dolori, & confestim sedabitur. Quod, si quid camphoræ priùs in eo solvatur, *mirabilem effectum præstare, experimentis didici.*

SPIRITUS TARTARI COMPOSITUS ANTIPODAGRICUS.

TArtar. alb. crud. Vitriol. ana q.v. Destilla per retortam, quod egreditur turbidum, supra caput mortuum in retorta lutata rectifica tertiâ vice, fit clarus spiritus, ad cujus pondus adde dimidium spir. vini, adde quoque Vitrioli albiss. & tartar. calcinat. ana q. s. destilla simul, quousque omnis spiritus exierit: Hinc ad quamlibet ℔j. liquoris adde Sassafras ℥iij. Zingiber. alb. ℥iiß.

Galang. Theriac. *Andr.* ana ʒiß. Croci orii gr. vj. Circulentur per 6. septimanas, & subt spisso separandum per inclinationem; *Valet in dagra, in ischiade, in colica, iliaca, lue venerea, multos chronicos morbos sanat, si ad xxx. dies sum tur, & semper quinto die purgatio instituatur.*

SPIRITUS TARTARI COMPOSITUS LIUS AD ARTHRITIDEM VAGAM

HIc fit, si spiritus tartari cum spir. c. c. guaiaci, fl. sambuci uniatur & digeratur.. *Egregiè tartarum resolvit, & sal volatile ferens per sudorem discutit. Dosis ejus est à gr ad xx. & xxx. in vehiculo appropriato.*

SPIRITUS VITRIOLI MELLISATUS

℞. VItrioli in sole albific. ℔ij. Mellis cum vo ℔j. Misce exactè, ac destilla, ut m *Lenit feliciter dolores podagricos; si adsit inflam tlo, misceatur cum aceto, aliàs cum vino.*

SPIRITUS ARTHRITICVS MIRABILIS.

℞. SPir. juniperi cum v. destill. lambric. t ana ℥ij. cochlear. fl. sambuc. ana ℥j. armoniac. ʒß. Aq. lavend. salv. ana ℥j. in qu dissolv. Sapon. *Venet.* ℥iiß. Camphor ʒvj. *Thebaic.* ʒß. Croci orient. gr. xij. Ol. still. lavend. ana ℈ß. Misce & digere per aliquot & noctes, posteà filtra, & in vitro pro usu se *Parti affectæ cum linteo calidè applicari potest.*

LIQVOR SAPONIS.

℞. SAponem *Venetum* incisum, affunde bo spiritum vini, atqve semel atque iterun

ſtilla, affunde denuò eundem, relinque in loco calido, & poſteà per chartam filtra: Eſt oleum ſpadicei coloris; *eo illine podagram, & ſenties levamen magnum.*

LIQVOR ARTHRITICUS.

℞. Mellis Virgin. cum favo ℔j. Vitriol. ad flaved. calcinat. ℔ß. Silic. fluviatil. calcinat. ℥iv. Hermodactyl. alb. ℥ß. Gumm. ammoniac. maſtich. oliban. myrrh. rub. bdell. opopanac. ana ℥j. Sulph. citrin. Sal. marin. Tartar. alb. ana ʒvj. Herb. roriſmar. verben. ana ʒiij. Succ. hyoſcyam. inſpiſſat. Mum. transmar. n. Opii *Thebaic.* ana ℥ß. Mixtis affunde ſpir. vini è fecibus vini rub. vel è confectione laudani opiati reſidui q. ſ. & digerantur per aliquot dies: poſteà per alembicum vitreum benè lutatum, addito ſatis magno capitello cum recipiente capaci ſecundùm gradus, quamdiu vides guttas ſeu ſpiritus exire, deſtillentur; deindè frigeſcat caput mortuum, ſeu feces pulveriſentur, illisque deſtillatum liquorem denuò affunde, & ſecundâ vice deſtilla. Hic labor tertiâ vel quartâ vice repetendus, & ſic liquor arthriticus verè paratus eſt.

In omnibus diuturnis & inveteratis doloribus, & defluxionibus membrorum & juncturarum ſecretum eſt: inungatur autem locus affectus aliquoties in die tepidè, certis tamen intervallis, donec cruciatus & dolores omnes ceſſent.

LIQVOR ANTIPODAGRICUS TRIUNUS.

℞. Aq. ſperm. ranar. comp. ℔ij. arthritic.

℔ß. Lapid. admirabil. ℨiß. Cryſtall. nitri ℨ... Croci orient. gr. v. Mixta ſtent in infuſione p... noctem, & ſic demùm liquor filtratus ad uſum ir... ponendus.

In hoc liquore (quo hodierni chimiatri ... Practici feliciſſimè utuntur) immerge lintea, ... calidè loco affecto frequenter, vel ad minimum ... ter vel quater in die appone, continuando, ad... nec intolerabiles cruciatus, ac immenſiſſimi do... lores ceſſent, & penitùs evaneſcant. Singula... enim & incomparabile ad ſiſtendum dolore... podagricum, & ad ventitii humoris impetum ... propulſandum experimentum eſt.

Liquor verò ſic dictus tribus conſtat compo... tionibus.

Aqua Spermatis Ranarum compoſita i... paratur.

℞. SPir. vini optimi rectificat. ℔ij. A... ſperm. ranar. ℔iß. Mell. virgin. ℔... Miſce, & in B. M. deſtilla, & liquorem ev... catum ſeorſim cuſtodi, capiti verò mortu... & pulveriſato adde: Lixiv. ſarmentor. vit... ℔ij. Tartar. albiſſ. ℔ß. Phlegm. vitriol. ... ſpiritu nondum ſeparati ℥iv. Caſtor. ve... ℥vj. Croci orient. ℥ß. Terebinth. *Vene*... ℥ij. Sal. fuſi ℨj. Macerentur per xxiv. hora... poſteà deſtilla, & liquorem deſtillatum co... ſimiliter ſeorſim repone, capiti mortuo d...

nu...

uò exempto & pulveriſato affundatur liquor primæ deſtillationis totus reſervatus. Miſce iterum, & poſt debitam digeſtionem tertiâ vice deſtilla, ultimò liquores ſtillatitios mixtos adhuc ſemel in B. M. rectifica & ſerva, ſigneturque Aqua Spermatis ranarum compoſita.

Aqua Arthritica ſic præparatur.

℞. CAryophyll ℥vj. Hermodactyl. alb, Bacc. juniperi ana ℥ß. Nuc. moschat. ℥ij. Herb. verben. Fl. ſambuc. ana M. ij. Fl. lavend. ſpic. nard. majoran. rorismar. betonic. ana M. j. Incidenda incidantur, terenda terantur, ac infundantur in Vini *Rhenani* opt. ℔v. Stent in digeſtione per xxiv. dies ac noctes; poſteà per alembicum deſtillentur, ſigneturque Aqua Arthritica.

Lapis admirabilis ita conficitur.

℞. ALumin. ℔ij. Vitriol. alb. Virid. æris ana ℔ß. Tartar. alb. Lithargyr. Oſſ. ſepiæ, ceruſſæ ana ℥iv, Subtiliſſimè contuſa miſce, evapora, & evadet gryſeus lapis; Signetur Lapis admirabilis.

BALSAMUM TARTARI.

℞. OL. tartari per deliq. facti ℔j. & ℥ij. Hoc fundatur ſuper Crem. tartari,

ſeu Tartari crudi *Veneti* alb. ſubtiliſſ. tritt. ℔j. Factâ maceratione per biduum, loco calido, totaliter iterum in maſſam ſalinam exſiccando, convertantur. Ex hac maſſa in pulverem redacta, extrahatur tinctura, vel cum ſpiritu vini, pro uſu interno; vel cum aceto deſtillato, aut etiam cum aqua aliqua deſtillata pro uſu externo, quouſque rubedo aliqua in menſtruo affuſo appareat. Tincturæ poſteà omnes, ſeu tincti ſpiritus, aut aqua, ſeu acetum tinctum, quocunque demùm illorum extraxeris, ad mellaginem ſeu ſyrupi, aut liquoris craſſioris, conſiſtentiam abſtrahantur; qui uſui aſſervandus.

Eſt medicamentum antipodagricum, antinephriticum & laxativum: medicamenta purgantia violenta reddit benigna, & lenit, quò mitiùs operentur. Hinc in morbis diuturnis, chronicis, ſive per ſe, ſive aliis medicamentis admixtum, eximias obtinet vires; tùm internè propinatum à ℈j *ad* ʒß. *tùm externè membris dolentibus podagricis, & tumoribus duris Oedematoſis dextrè applicatum.*

BALSAMUM SAPONIS VENETI ANTIPODAGRICUM.

℞. Sapon. Venet. ℔j. Silicum friabilium (ſcilicet qui ignem ferro attriti non emitt-

ittunt,& cultro raspari possunt) ℔ij. vel . Mixta, & retortæ vitreæ loricatæ immissa, destill. per gradus, igne aperto. Oleum egressum empyreuma spirans in alia retorta cineribus permixtum rectificetur, uique asservetur.

Præstans est Oleum antipodagricum, externè membris podagricis & summè dolentibus, in initio & vigore paroxysmi, pennâ aliquoties illitum, sistit dolorem & membra à tophis & contractura podagrica præservat, nec parti afflictæ materiam peccantem impingit, verùm illam à sedibus suâ materiæ morbificæ, nimirum acidæ, è diametro oppositâ, destruit, cutim per spirabilem reddit, ut eò facilius membris inhærens peccans humiditas exhalare possit, nec intus detineatur, detentaque tandem & exsiccata tophos podagricos efficiat.

BALSAMUM AD MEMBRA CONTRACTA EXCELLENTISSIMUM.

℞. AXung human. rec. & opt. ℥ß. Spir. terebinth. ℨij. vitrioli, salis ana ℨj. Misce, fiat Balsamum.

Balsamum hoc membra contracta miricè restituit, si priùs cum balneo sequenti laventur, ℞. Summitat. origani, bacc. junipe.

niperi, Fol. quercûs, absinth. gallitrich. ana M. iv. vel v. Conor. abietum (Dantzapffe der längsten) No. vj. vel vij. coq. cum aqua communi ad justam coctionem. Utrumque sæpiùs repetatur, donec omnia membra fuerint restituta; sæpiùs spatio octidui una cura absolvitur.

Magnum hoc sæpè usum habet in ariditate membrorum, in Schwindung der Glieder, in inveteratis contracturis. Prodest etiam membrum affectum post inunctionem involvere pelle vulpinæ. Contracturis nimirum valde succurrit.

BALSAMUM PODAGRICUM.

℞. Vitrioli ad flaved. calcinat. ℔ ij. Mellis ℔ j. Silic. calcinat. ℔ ß. Ex his leni initio igne, ac tandem fortiori per alembicum in cineribus destilla spiritum. Quem ad tertias ex cucurbita destillando dephlegma. Rectificatum verò affunde Mastich. Oliban. Myrrh. Axung. humanæ Gumm. ammoniac. opopopanac. bdell. ana ℥ ij. & post paucorum dierum macerationem destilla, ac destillato misce partes æquas spiritûs vini, & serva usui.

BALSAMUM PODAGRIUM CROLLII.

℞. OLei mandib. inferior. veterum equorum, in tempestatibus diu exposit. Vel Olei ex ossibus hominis (violentâ morte, reste vel rota peri-

reempti) ſiccis, ſoli & lunæ multis annis expoſitis. Vel Olei è ſanguine cervino. Cujuscunque hujus olei aliquoties priùs per ſe rectificati ſumatur ℥j. Ol. laterin. terebinth. juniperi ana ℥iij. Miſce, & deſtilla omnia adhuc ſemel in balneo, & poſteà ungatur locus affectus; è veſtigio tollit omnes dolores podagricos, è frigidâ cauſâ ortos. Si à calida, in deſtillato oleo ſolvitur camphoræ ℥j.

BALSAMVM ANTIPODAGRICUM EXIMIUM.

℞. Succ. verben. chamædr. hyoſcyam. nicotian. cucurbit. rorismar. ſemper vivi domeſtic. ana ℥iij. Sal. marin. calcinat. Tart. alb. Vitrioli ad ſuvedin. calcinat. ana ℥iß. Medull. cervin. ping. ſalp. anſer. cati ſylv. ana ℨvj. Ol. ſapon. juniperi, laterin. terebinth. ana ℥ß ſpic. ſaturni, Mandib. luſer. equor. ana ℨiij. Mum. transmar. Gumm. ammoniac. ſagapen. opopanac. olibã. maſtich. ana ℨij. Mixta coq. ſ. a. ad conſumptionem humiditatis, poſteà pinguedinem omnem ad uſum rea.

Hoc balſamo partes dolentes calidè oblinantur manè & veſperi, linteis deſuper impoſitis, mirum in modum ad podagram & alios quamplurimos dolores ſedandos valet: (citò enim alterando & penetrando tartareas & tophaceas concretiones reſolvit, ac ſimul ferè omnes podagricos & ſpaſmaticos cruciatus frigida cauſa ortos tollit.

BALSAMUM ANTIPODAGRICUM ZWELFERI.

℞. ARcan. tartari *Angel. Salæ*, Aq. ciner. clavellat. Spir. vini rectificat. aliquoties abstract. ana ℔j. Camphor. ℥iij. Sal. volatil. urin. ℥iv. Silic. ignit. & in arcan. tartari extinct. ℔j. seu q. s. pro massa sicca. Indantur retortæ loricatæ; & per gradus destilla igne aperto.

Externè & internè singulariter convenit à ℈ß. ad ʒß. in aq. chamæpyt.

BALSAMUM ANTIPODAGRICUM CNEVPHELII.

℞. GUmm. galban. ℔ß. heder. arbor. ℥iij. Terantur seorsim, misceantur & destillentur in arena per retortam; destillato huic adde Ol. lauri, Spic. ana ℥j. Succin. ℥vj. Destilla adhuc semel de novo.

Potest etiam hocce oleum illini in capitis doloribus; sed in podagra & chiragra est insignium virium, quamquam primò intolerabiles excitet dolores, dum materiam tartaream solvit, ex eisque pellit; sed radicitùs tollit materiam peccantem.

BALSAMUM SANGUINIS HUMANI ANTIPODAGRICUM.

EX sanguine humano Balsamum elicitur Antipodagricum, infinitis elogiis dignissimum, & toties ab eruditis Chimicis singulari cum successu in debellanda podagra adhibitum. Ejus modus talis est. ℞. Sang. humani adhuc calentis magnam quantitatem, id est, duas vel tres libras: putrefac in balneo clauso vitreo per integrum ne-

ver

nnium, vel etiam dies plures; deindè destilla r retortam ex arenis, obiervatis tamen ignis adibus, omne quod prodibit collectum, serva, lento balnei calore per alembicum phlegma roca, reliquum ex arena pelle per cornutam, emanabit oleum rubicundum & fœtens, elevato spondilis colli, sale proprio volatili, quem igenter custodi. Oleum verò rectifica per lcothar ex retorta igne arenæ aliquoties à reinti colcothare distillando: In quo probè correcto tandem solve prædictum salem, & serva.

Est Balsamum mirandarum virtutum in roxysmis podagricis; eo inungatur memrum affectum sex diebus continuis, quotidie s vel ter, sistitur reverà dolor, tumore simul rubedine, si ea fuerit, evanescente, & naurâ per secessus crebriores, reliquum quod noum est, expediente. Similis prorsus virtur seu ἐνεργείας sunt olea ex sanguine cervi & hircino, cum suis propriis salibus, in omni communiter sanguine existentibus, eâdem ειμασία præparata, nisi quod ex prædictis imalibus interiora viscera pulmonum cordis hepatis, prius particulatim dissecta unà cum nguine putrefaciendа sint, ut exindè nobilior oque earum partium essentia simul eliciatur. rum omnium etiam insignis usus est in conacturis, à quibuslibet causis provenientibus;

ma

magnam enim poteſtatem reſolvendi haben quam imprimis ſal volatile conciliare vide tur.

UNGUENTUM ANODYNUM CROLLII.

℞. FL. roſar. ſylveſtr M. x. Herb. & Cortic ex terior. rec. hyoſcyami M. vj. Conciſis ſimul affunde menſuram ſemis vini, coq. & poſtea rita exprimantur ac colentur. A colatura aqua in balneo abſtrahatur, ut inſtar mellis reſidentia maneat. Hunc liquorem in tigillo vitreato per mitte paulatim evaporare, agitando continuè pi ſtillo ligneo, donec inſpiſſeſcere vult, poſteà a funduntur pinguedinis ſuillæ caſtratæ ℔ij. & m ſcentur; tandem ita calidè ab igne auferantur, parùm refrigefactis ℥j. Opii pulveriſati, ac vino ſaltem ſoluti, & Croci pulveriſati quantit tem duarum avellanarum, Extracti fl. verbaſci ℥ addere convenit, & movendo diligenter imm ſcere, donec frigeſcendo fiat Unguentum ciner tii coloris.

Singulare in ſiſtendo dolore podagrico e nephritico, ſi calidè affectus illo inungatur, m dicamentum eſt. Ubi dolori nephritico vel applicare, operæ pretium feceris, ſi manipul duos vel tres bacc. juniperi ab initio compoſ tionis cum hyoſcyamo teras & exprimas.

Verùm hoc unguentum tantùm palliativa curam reſpicit; Illa verò morbum non tollit

ſed

sed dolores statim repercutiendo lenit. Cautè igitur & magnâ cum prudentia, imò, ne quid pejus fiat, talia omninò sint usurpanda Medico. Vix nimirum fieri potest, quin ab istiusmodi usu plus contumeliæ & vituperii, quàm laudis sit reportaturus.

EMPLASTRVM NODIS PODAGRICIS INVETERATIS MAXIME CONDVCENS.

℞. VItrioli *Romani* vel *Vngarici* & Aluminis roch. ana ℔ß. Nitri ℥iv. Sine hæc vaporare leni in crucibulo calcinatione, donec spiritum odore perceperis: tùm protinùs remove ab igne, & cum refrixerint, pulvera. Tùm pulveris hujus & farinæ hordei par pondus accipe ac misce, cum q. s. foëcum vini, ut fiat instar pultis.

Hinc verò linteo inductam Emplastri vice nodis impone, cum exaruit, novis vini fæcibus tempera, & impone tophis. Hoc verò continua, donec non tantùm dolor cesset, sed & tophi fuerint resoluti & discussi.

Quod si nimis inveterata podagra seu prorsus nodosa fuerit, ab externa illa cura dolorum quidem mitigatio speranda est, ipsi tamen tophi vix cedunt, nisi chirurgia accedat potentior. Tunc igitur hoc modo procedendum.

℞. Mercur. sublimat. & Arsenic. alb. ana q. s. misce cum aqua forti, & fiat in modum pultis.

De

Deindè imposito prius emplastro basilico majore, vel quo alio defensivo, aut sparadrap quod parvum in medio foramen habet, puli illius aliquid, magnitudine lentis, supra foramen & rursum emplastrum huic imponatur relinquatur, donec cutis benè aperta sit, & tumor aliquis, atque eschara supervenerit. Hanc butyro insulso vel oleo rosaceo emollitam remove, & impone attractivum specificum, quod nempe omnes tophos concretos in aquas resolvat & extrahat.

Emplastrum tale est. ℞. Lithargyr. aur. Lapid. calamin. Succin. Magnetis ana ℥ij. Pulver. omnia tenuiter, & coq. in Ol. lini ℔ ß. Tùm adde Ceræ. Terebinth. ℔ß. Vernic. ℥iv. Coq. iterum ulteriùs, donec inspissentur. Deindè adde Gumm. opopanac. serapin, galbani, bdellii, ammoniac. aceto solutor. & colator. atque ad consistentiam redactor ana ℥ ß. Tùm coque leniter & in fine adde Mastich. Oliban. Myrrh. Aloes hepatic. pulverator. ana ℥j. ac diligenter move spathula, & tandem malaxando in magdaleones redige atque usui serva.

EMPLASRTVM IMPERIALE.

In podagra & omni dolore arthritico ... lymhpa acriore.

℞. Minii, cerusl. Sapon. Venet. ana ℥v. Ol. olivar. ℔j. Axung. porcin. ℥ß. Coq. ... arte in formam emplastri.

Op...

Optimo cum successu usurpatur, additâ nimirum Opii aceto dissoluti ℥ß.

Magni quæso facias hoc emplastrum, benevole Lector.

EMPLASTRVM MARTHRITICVM.

℞. Ol. olivar. rec. ℔ß. Minii tenuiss. triti ℥j. Coquantur mixta ad consistentiam mediocrem emplastri; posteà adde: Ceræ citrin. ℔ß; Sem hyoscyami subtiliss. pulverisat. Colophon. Terebinth. alb. ana ℥ij. Misce, & fiat justæ consistentiæ Emplastrum.

Anodynum est; propterea, præmissis priùs universalibus, arthriticis podagricis, nec non aliis cruciatibus quovis tempore utilissimum: Quia omnes ferè dolorum injurias mirè sedat atque placat.

in curanda feliciter podagra hoc unice providendum est, ut quotannis stato tempore æquinoctiorum vel solstitiorum (circa eadem nimirum plerumque fluxiones podagricæ vigent) corpus bene mundificetur, & imprimis ratio victûs, quæ tamen nuspiam negligenda est, solers & recta instituatur, post mundificationem verò corpus corroborantia & diaphoretica exhibeantur. Hoc modo nimirum paroxysmi podagrici raro, vel nunquam recurrunt, ut si insultus à levi errore externo aliquando incidunt, tamen graves nunquam sunt, nec do-

dolores excitant continuos & insolentes : eq tamen externis balsamis facilè cedunt. I numero purgantium sunt arcanum asari, ei essentia radic. hellebor. nigri veri, quæ cum sp ritu vini tantum vulgari modo extracta, sa vel sola, vel cum arcano asari debitâ præpar tione mixta, ac aliquandiu ante consuetu tempus paroxysmorum podagricorum quotid manè assumpta totum corpus ab istius mo fluxionibus arthriticis liberat, idque eò mag si ad hanc ipsam evacuationem temperata v ctûs ratio accesserit, ac vinum melissatum cu caryophyllata radice in mensa pro potu prim parcè tamen, haustum fuerit. His felicit peractis, si quæ impuritates crassiores adh relictæ fuerint, eæ vel arcano corallino, vel p vere arthritico Paracelsi finaliter extermina dæ sunt, & statim ad confortantia diaphore ca deveniendum. Diaphoretica sunt pecul ria duo, Solis nempe transparentis extractu & Pilulæ Antipodagricæ Hartmanni à Ri nano descriptæ in Sole è puteo emergente ; q utraque cum arcano filicis aliquot diebus sum pta per sudorem peripheriam corporis, atq adeò partium extremarum, seu articulor compagem purificant, ac simul, ne ad recipie dum fluxiones habiles fiant, confortant.

TIT

TITULUS XXI.
DE SPECIFICIS FEBRILIBVS.

FOrma febris est in sulphure sive ardore sulphuris. Quotidiana est in stomacho; tertiana in hepate residet; quartana autem in ...ene generatur.

In omnibus febribus curandis maximè ferè ...spiciendum eò, ne ἀμεθόδως, nec temerè cu...m auspicemur.

Specificum purgans omnium febrium, exce...â hecticâ, est antimonium, cujus flores impri...is dextrè parati febriles impuritates è corpore ...minant. Purgationes etenim in febribus maxi...è necessariæ sunt. Neque nimirum materia ...eccans commodius potest exterminari quàm ...rgantibus. Præter autem eas purgationes, ...uas Flores antimonii concitant, insigniter pro...nt quoque Aqua benedicta *Hartmanni*, Pilulæ ...timoniales febriles *Ejusd.* quæ dantur ante pa...oxysmi insultum, cum vestigia horroris gliscunt. ...irificè febriles mineras, aliaque symptomata ...hauriunt. Interea verò prudentis Medici est ...iligenter providere, an patiens ad vomendum ...spositus sit, & an causa morbifica in febribus per ...mitum aptè purgari possit, præterea, an vires ...tientis constent; Secùs nimirum ad alia re...rrendum fuerit, quæ mitiora & convenientio... sunt. Inter cætera tamen medicamenta spe...fica chimica in febribus tàm continuis quàm

intermittentibus hæc sunt omnium præstantissima & probatissima.

NITRUM CUM ACETOSELLA ESSENTIFICATUM.

SOlvatur nitri purificati & tabulat. ℔j. in succi acetosell. probè depurati ℔v. vel vj. Solutio leniter exhalet in vase vitreo ad cuticulam; residuum in frigidum locum collocetur ad crystallizandum. Crystallis separatis remanens liquor porrò parumper exhalet & crystallizetur. Hoc toties repetendum, donec totum nitrum, cum succo acetosellæ in crystallos redactum, aut solâ liquoris exhalatione in salinam consistentiam & siccitatem conversum sit. Hoc semel in succatum nitrum, si porrò cum recenti succo acetosellæ solvere, & suprà dicto modo crystallizare, aut solâ exhalatione aquositatis in salinam siccitatem reducere volueris, efficacius illud certò effeceris.

Præstat in febribus ardentibus & tertianis: Phlogosin viscerum naturalium, tùm & cordis contemperat, & à putredine præservat: In morbis quibuscunque calidis opportunè exhibendum.

Dosis ejus est à ℈j. ad ʒß. in vehiculo appropriato.

NITRUM CUM PAPAVERE ERRATICO INSUCCATUM.

FIat infusio fortis fl. papav. rh. beneficio aquæ simplicis ferventis, ad ℔. circiter V. qua cum solvatur Nitri puriss. ℔j. ac repetitâ & leni exhalatione humiditatis, in alembico vitreo, crystallizetur

etur: &, si lubet, idem labor, recenti tincturâ olvendo & crystallizando hoc jam semel insucatum nitrum, repetatur.

In febribus tertianis & ardentibus, nec non in aliis morbis calidis, ab intemperie viscerum naturalium calida obortis, summo auxilio est. Efficax itoque est hoc nitrum in compescendis inflammationibus internis, hæmorrhagiis quibuscunque, pleuritide & peripneumonia. Dosis ejus est à ℈j. ad ʒß. e vehiculo convenienti.

NITRUM FIXUM SEU ANODYNUM MINERALE.

In præparatione antimonii diaphoretici, trina ejus detonatione (uti Chimici loquuntur) seu lcinatione, eluitur tandem in ipsa antimonii aphoretici edulcoratione sal nitrum fixatum, uod anodynum minerale vocant. *Hoc efficaxriter est in febribus ardentibus atque malignis: osis est cum prioribus eadem.*

NITRUM FIXATUM.

NItri ℔j. Illam liquefac in crucibulo, igne moderato, & paulatim ei flores sulphu- injice, donec sulphur non ampliùs accendar. Hînc ab igne remotum nitrum, solutione, ratione & crystallisatione purificandum, usui e asservandum est.

FEBRIFUGUM SALIS ARMONIACI.

D quod reliquum est in retorta in destillatione lis armoniaci spiritûs, solve in aqua pluviat- k filtra per chartam, & aqua limpida evadat. Po-

ſtcà evapora in cryſtallos albos, qui erunt ſal fe-
brifugum; ſi quis volet, poterit hoc ſal in cu-
curbita terrea ſublimare in flores ſalis armo-
niaci.

*Eſt hoc ſal penetrantiſſimum, & incidens craſſo-
& viſcidos humores; undè putridis convenit fe-
bribus.*

*Doſis ejus eſt à gr. jv. ad vj. in vehiculo appro-
priato.*

FLORES SALIS ARMONIACI ALBISSIMI.

℞. CAp. mort. relict. poſt deſtillationem ſpi-
ſalis armoniaci q. l. Fiat ſublimatio e-
cucurbita terrea in igne aperto, donec nihil am-
plius prodeat; & habebis in alembico flores a-
biſſimos ſalis armoniaci; ſerventur uſui. *Doſ-
eſt* ℈ß.

CRYSTALLI AQUÆ REGIÆ CUM CALCE VIVA.

℞. CAp. mort. hujus Aquæ Regiæ cum cal-
viva q. v. Solve in aqua fontana per
cundum ignis gradum, filtra, & in frigore cr-
ſtallizetur.

*Vſus eſt egregius in febribus, præſertim in terti-
na. Doſis eſt à* ℈j. *ad* ℈iij. *in juſculo.*

SAL FEBRILE.

℞. CAp. mort. ex deſtillatione ſpiritûs ſalis
moniaci q. v. coq. in aq. communi;
tretur & cryſtallizetur in cella frigida.

V

Vsus ejus erit in tertiana: Dosis à ℈j. ad ℈ij. cum Tartari vitriolati ana part. aequal.

Spiritus salis armoniaci hic ita paratur.

℞. Salis armoniac. ℥j. lixiv. stram. fabar. ℥ij. Misce ac destilla per cucurbitam vitream in primo caloris gradu ad dimidiam partem, & habebis spiritum salis armoniaci non rectificatum.

SAL ARMONIACUM DEPURATUM.

Inter specifica febrilia non infimum locum obtinet Salarmoniacum depuratum & praeparatum, *de quo paulò ante paroxysmum* vj. *vel* ix. *grana in arcano centaur. min. vel decocto cichorii data, post universalia praemissa, sudore hinc largiùs profluente, febrem tollunt.*

SAL ANTIFEBRILE, SAL CATHOLICUM, SAL SAPIENTIÆ, ITEM SAL DUPLICATUM, SEU DE DVOBUS, ARCANUM DUPLICATUM.

Ex capite mortuo vitrioli extremè calcinato, omnique vitrioli sapore & qualitatibus destituto, aëri verò & astris aliquot septimanis exposito, quò exactè impraegnetur, elicietur sal aëreus, du eis & nitrosus, vitrioli sapore expers, adeóque vitroli emeticâ virtute omninò destitutus. Hoc interim sale aëreo asservato, porrò ex capite mortuo, à destillatione spiritûs nitri relicto, sal pariter elixiviando aquâ communi prelíciatur & crebris solutionibus & filtrationibus probè

purificetur. Hi duo sales in ordinem redacti, tandem commisceantur, accipiendo salis vitrioli aërei ℥ij. salis nitri verò, legitimè etiam extracti ℥iiij. Mixta, immittantur cucurbitæ vitreæ, & in arena, aucto igne per gradus, die unâ vel alterâ leniter calcinentur, ut circa finem fundum cucurbitæ aliquo modo candescat: &, postquam omnia refrixerint, vitro fracto, sal eximatur, super porphyrite teratur, & asservetur.

Ex hujus usu majus in medicina emolumentum speratur, quàm communiter parato arcano: eóque magis, si huic jam parato sali juxta mentem Autoris *Mynsichti* & quidem ejusdem ℥iv. Croci solis legitimè parati ʒß. uniretur. Tùm enim beneficio ignis arenæ figendo, præstantius medicamentum efficeretur.

In febribus, morbis epidemicis, peste; item in melancholia, insania & mentis alienatione secretum est. Et operatur hoc medicamentum variè, per sudores, sedes. Et interdum etiam somnum facit. Dosis est à ℈j. ad ʒß. in vehiculis appropriatis, & morbum propriè respicientibus.

PULVIS FIXUS ANTIMONII.

℞. Solut. regal. antimonii q. v. distilletur ex retorta vitrea in secundo ignis gradu ad siccitatem usque, quod remanet, dicitur pulvis fixus antimonii non edulcoratus: cui igitur affundatur aquæ stillatitiæ q. s. hoc est, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum; stet in arena calida primi ignis gradûs, donec acescat acriter; hanc aquam per declinationem effunde, novamque ite-

terum affunde toties, donec planè nullum amplius acquirat saporem; exsiccetur, eique rursus affundatur spiritus vini rectificatus ad eminentiam duorum aut trium digitorum; stet in arena tepida, per biduum, tunc effundatur hic spiritus per declinationem, semelque vel bis iteretur. Tandem exsiccetur in arena tepida, vel ad solem, eritque pulvis seu sulphur fixum antimonii.

Vsus ejus maximus est in febribus malignis & aliis intermittentibus.

Dosis est à gr. x. ad xxv. cum æquali quantitate tartari vitriolati in aq. theriacali card. bened. aut simil.

Solutio reguli antimonii per spiritum nitri hoc modo fit.

℞. Reguli antimonii purificati ℥j. terantur subtilissimè; affunde Spir. nitri purificati ℥vj. moveatur & agitetur, donec effervescere desinat, in cucurbita nimirum vitrea, vel retorta; & ita commodè fiet & erit Solutio.

MERCVRIVS DIAPHORETICVS.

℞. Pulv. *Joh. de Vigo,* per quem præcipitatum rubrum intelligo. Hic fit per aquam fortem; sensim enim solvitur Mercurius, & crystallizatur; posteà affusâ aquâ forti destillatur per retortam, lento igne, quem postea auge, & mercurius adhærebit superiori retortæ, instar minii, quem collige; huic affunde elementum

ignis de vitriolo veneris extractum, cum aq[uâ]
regis cohoba, ac sub finem auge ignem, & fix[a]
bitur, & est pulvis valdè corrosivus, cohobet[ur]
cum aqua vitæ dephlegmata, donec corrosionem
secum abstulerit, & erit pulvis instar sacch[ari]
dulcis, & vocatur Tabarzet, quod saccharum [si]
nat, & dicitur Aurum Horizontale. Hæc [di]
stillatio tota consistit in recta præparatione [spiri]
tis veneris, quâ Mercurius, veluti servus fugi[ti]
vus ligatur & fixatur, à qua ejus intrinsecum [sul]
phur detegitur, venenosa verò & corrosiva vis [in]
spiritum vini transit.

Dosis hujus Mercurii diaphoretici est à gr. iij. ad vi. in aqua aliqua appropriata; & iste [o]mnes febres aliosque morbos citissimè pr[o]fligat.

PRÆCIPITATVS BEZOA[R]DICVS,

Compositus ex Sole, Antimonio, & Merc[u]rio: verum *Lazari Riverii* Febrifugum [&] Quartanarium.

℞. SOlis ℥ß. Solve in aqua regia. Vitri antim[onii] ℥ß. Solve in aqua forti. Mercur. vivi. ℥[ ]
Solve in aqua forti, Solutiones conjungant[ur]
& duodecies per alembicum exstillentur iter[atâ]
cohobatione. Pulveri in fundo relicto adfun[de]
spiritum vini rectificatum. abstrahe sexies à [pul]
vere. Ut intimiùs figatur, calcinetur ad igniti[o]
nem ferè in crucibulo *Hassiaco*, igne rotæ,

sub tegula fornicata. Videtur hæc descriptio optimè competere ænigmati συνεσχιασμένως adumbratim proposito, in *appendic. cent.3. observ.* Processus hic non est novæ, sed antiquæ inventionis.

In febri quartana maximoperè commendat hoc medicamentum Riverius. Non fuit autem exhibitum ab eo per se, sed cum scammonii resina mistum hâc proportione & ultrà pro ratione ætatis. ℞. *Resin. scammon. gr. xij. Febrifug. gr. vj.*

ACIDUM TARTARI ALUMINATUM ANTIFEBRILE.

℞. CRystall. tartari, Alumin. ana ℥iij. Aq. fontan. pariss. q. s. in vase vitreato coquatur, donec omnia sint soluta. Colentur per chartam emporeticam laxiorem duplicem. In frigido concrescent crystalli, eximendi & minutim pulverisandi.

Vires arcanas possidet hoc medicamen in reserandis obstructionibus, & tertianis imprimis febribus debellandis. Dosis ℈ß. *in aq. card. bened.*

ALUMEN TINCTUM.

℞. ALumen crud. ℥ß. Magister sang. dracon. ʒij. Solve in aq. card. bened. & s. a. coagula.

Alumen hoc à sanguine draconis impraegnatum in febribus, etiam in ipsa quartana miranda praestat; necnon in dysenteria caeterisque alvi profluviis decretum est. Dosis à ℈ß. *ad* ℈j. *in vehiculis ap-*

proprietatis. In febribus autem horis aliquot an[te] paroxysmum cum aq. nicotian. datur, sudoribus [...] fieri potest, provocatis.

BUTYRUM MARGARITARUM ANT[I]HECTICUM POTERII.

℞. Margarit. opt. q. s. Aceti pulv. emeticii [...] ctificati, & ab aquosis substantiis & in[...]pidis vindicati q. s. Hoc aceto rectificato diss[ol]vantur margaritæ. Dissolutio distilletur ad sicc[i]tatem, & quod indè destillatur insipidi sapo[ris] abjiciatur. Quod acidi ultimò proflait, coho[be]tur, & super margaritas in fundo restantes pr[oji]ciatur, & hoc fiat quater vel quinquies. Jam [...] Spiritum vini rectificatum, in eo dissolvan[tur] margaritæ jam ab aceto antimoniali, seu pulve[ris] emetici dissolutæ. Clarificetur dissolutio, & [...]tretur. Quod clarum est & limpidum, desti[lle]tur. Margaritæ in fundo restantes siccæ & ar[...] iterum dissolvantur spiritu vini jam destillato [...] ipsis margaritis, si non infirmetur. Et hoc fiat [...] quater, donec margaritæ spiritu vini dissol[...] non relinquant feces, quæ semper sunt separan[dæ] per filtrum ab ipsa dissolutione. Quintâ aut s[ex]tâ dissolutione habebis margaritas dissolutas, c[...] frigido congelantur, & calido dissolvuntur, ve[lut] butyrum, & dicitur butyrum margaritarum.

Vires hujus butyri margaritarum summop[ere] commendantur. Stupendum & merè efficax [ad] curandam febrim hecticam appellatur medicam[en]tum, intra mensem, quod nec usus lactis, nec balne[a] aquæ dulcis tepidæ præstare possunt.

T[...]

Dosis ejus est à ʒß. ad ʒj. in jusculo, aut lacte tepido recenti, ex mammis extracto.

GLOBULI ANTIFEBRILES EX VITRO ANTIMONII.

℞. VItri antimonii, justo tempore, si fieri potest, diligentissimè præparati, prætereaque ...m spiritu vitrioli albificati, & tenuissimè pulve...sati ℥ß alias ℥iß. Sacch. cand. ℥iij. Farin. tritic. ...v. Croci electi ℈j Coque cum aq. communi len... igne ad plenam spissitudinem pultis, cavendum ...men studiosè, ne in fine aduratur; sed ferè panis ...rmam habeat: fac indè globulos, & diligenter ...conde. Servantur in integritate sua quadrien...um posteà tandem scabritiem contrahunt, mi...is deindè utiles.

Dosis eorum in pueris est à gr. viij. ad xx. in fœ...ris ad ℈ij. in adultis ad ʒj.

ANTIDOTUS ANTIFEBRILIS PURGANS.

EXtract. radic. tithymal. *Cyparissiæ*, Scammon. per aq. vitæ depurat. & præp. ana ʒj. ...nserv. rosar. borrag. Fl. antimonii diaphor. ... ʒvj. Cum syr. rosar. solutiv. f. Electuarium, *pro dosi erit ʒij. vel ʒß.*

...TIDOTUS ANTIFEBRILIS NON SOLUTIVA.

COnserv. fl. borrag. centaur. min. violar. rosar. ana ℥ij. Fl. antimonii diaphor. ʒvj. ...antimonii optimè depurat. ℥ß. Misce, & cum ...cortic. citri q. s. fiat Antidotus.

De hac dentur ʒij. iij. aut iv. pro dosi. Sangui-

nem

nem sensim repurgat, obstructiones reserat, lienis & jecoris duritiem emendat, neque vomitum, neque alvum movet: febres quascunque radicitùs evellit.

PILVLÆ FEBRILES EXPERTÆ.

℞. EXtract. card. bened. ℈iß. centaur. min. ℈ij. C.C. ust. & præp. Sal. absinth. ana ℈ß. Fiant pilulæ cum syr. de card. bened. No. XX.

OLEUM ANTIMONII.

ANtimonium teritur subtiliter, vitreæ retortæ imponitur, & igne forti destillatur sine ulla additione, tertiò aut quartò, & semper in magno vase recipitur, tandem fit ex eo pulvis rubicundus; extrahe cum aceto; extractionem circula molli igne decem omninò diebus, abstrahe acetum destillando, & id, quod remanet, singulari encheirisi in oleum destillando transfundendum est. Hoc oleum porrò circulatur, donec ei ablata sit humiditas, & rursus in pulverem redactum est, qualis erat, dum initio acetum ab eo per destillationem separatum, & postremum oleum in vase recenti receptum fuit.

Hujus Olei grana iv. assumpta cum aq. card. bened., si æger benè tegatur, & sudet, sanant quotidianas, tertianas & quartanas febres; Eadem dosis multùm valet ad pestem depellendam cum spir. vini, vel aceto destillato, prout, vel cum calore, vel cum frigore paroxysmus primus pestis accesserit.

Ni-

NECTAR VITRIOLI NIGRUM.

Paratur nobile hoc Nectar ex Spir. vitrioli rectificati ℥j. Sacch. cand. ℥v. Mixtura indè fit nigricans, picis instar, quæ cum aquis stomachicis permista, & syrupis alterata, gratissimum præbet julapium.

Hoc putredinem omnem in febribus arcet, sitim mirificè in iis compescit, & appetitum excitat.

MIXTURA ANTIFEBRILIS.

℞. Spir. vitrioli ℈j. Sal. absinth. gr. xx. Aq. cichor. ℥j. Fiat l. a. Mixtura. *Post hunc assumptum haustum patiens sudorem in lecto tectus expectet, abigit omnes febres. Robusto datur hic potus integer; imbecilliori detur in tali dosi:* ℞. *Sal. absinth.* ℈j. *Spir. vitrioli* ℈ß. *Aq. cichor.* ℥j. *Misce.*

TINCTURA ANTIMONII.

℞. Vitri antimonii sine additione parati, rubini instar. Cui in pulverem subtilem contrito superaffundatur Spiritus veneris rectificatus ad trium circiter digitorum supereminentiam. Digerantur in loco calido, quietè, sine agitatione & commotione (quod studiosè notandum, quamvis vitrum dictum antimonii pulverisatum fundo vasis compactè adhæreat) donec flavo vel rubicundo colore imbuatur spiritus, hoc per inclinationem effuso, alius super-

peraffundatur, hocque toties repetendum, quoties spiritus affusus tingitur, quod secundâ aut tertiâ vice sat lentè contingit; Spiritus tincti omnes in alembico abstrahantur, non tamen ad totalem siccitatem, sed aliqualem liquoris remanentiam: cui remanentiæ spiritus vini rectificatus superfusus, illico is rubicundissimo imbuetur colore, crassamento flavo deposito, vel remanente, quod per filtrum separandam; tinctura autẽ cum spiritu vini extracta, denuò ad complacentiam vel liquorem rubicundissimum abstrahenda usuiq; servanda est.

Tinctura hæc in febribus acutis summum arcanum est. Dosis à gt. j. ad ij. & iij. in vehiculo appropriato.

SPIRITUS SALIS ANTIMONII.

FIt regulus ex antimonio per tartarum & salem nitri: hic teritur subtiliter, & magno rotundo vitro imponitur, & in mediocriter molli igne arenæ imponitur: hac ratione antimonium sublimatur, quicquid sublimatum fuerit, id quotidiè plumâ deterge, ut iterum in fundum recidat, in eoque persevera, donec nihil ampliùs sublimetur, sed omnia in fundo remaneant. tùm antimonii Regulus per se fixus & præcipitatus

est:

eſt: ſed adverte, opus eſſe ſat longo tempore, & repetito ſæpiùs hoc labore, antequam id conſequaris. Præcipitatum hoc rubrum exime, ſubtiliter tere, & repone in cavea humidiori lapidea plana & munda, maneatq; ibi ſex menſibus, tandem præcipitatum incipit ſe reſolvere in liquorem rubrum purumque, & feces, ſive terra ab eo ſeparatur. Sal, inquam, antimonii ſolus ſe reſolvit, hunc liquorem filtra, & impone cucurbitæ, extrahe phlegma, ut denſetur, & iterum caveæ impone, tunc pulchras cryſtallos dabit; has ſepara à phlegmate; ſunt pellucidæ, mixtæ colore rubro: ſed dùm iterùm purificatæ fuerint, evadunt albæ: tunc factum eſt verum ſal antimonii, prout id ipſum Philochimici ſæpiùs confecerunt. Hunc ſalem exſicca, & ei permiſce Terræ *Venetæ*, quam Trippel vocant, tres partes, & forti igne deſtilla, tranſibit primò ſpiritus albus, poſteà ſpiritus ruber, qui ſe etiam reſolvit in albũ; hunc ſpiritum rectifica molliter ac ſubtiliter in balneo ſicco, vel maris, atque ita habebis ſpiritum ſalis antimonii.

Hic in febribus quartanis aliisque vim ſuam egregiè oſtendit; valdè juvat in confractione lapidis veſicæ; promovet urinam; prodeſt in poda.

podagra; affrictus extrinsecùs vulneribus corrosivis veteribus. quæ operationem suam habent ex marte, ea purificat: etiam purificat hic Spiritus salis antimonii totum sanguinem, quemadmodum sal auri; & quamvis plurimis aliis morbis sanandis utiliter applicari possit, attamen non adeò perfectus est, atque Balsamum vitæ seu oleum rubrum antimonii, in quo sulphur ejus ad summum perductum, purificatum & separatum est.

SPIRITVS NITRI.

NItrum sive Sal petræ misceatur cum tribus partibus boli communis, & destilletur per retortam, spatio decem vel duodecim horarum. Ex libra una salis petræ accipies libram spiritûs, si benè operatus fueris.

Spiritus hic est verus ignis naturæ balsamicus, & prodest in febribus, colica, pleuritide & angina.

Datur in febribus cum aq. endiv. portu lac. cichor. ad extinguendum calorem â gt. v. ad xv. Estque hic spiritus in febribus præstantior lapide brunellæ.

Fit etiam Essentia extracta Halonitri *quæ febres omnes ad miraculum curare dicitur* hoc modo:

H

Halonitro probè præparato, & in pollinem acto, affunditur ſpiritus vini; ſolutio filtratur; colatura digeritur, donec ſedimentum fiat; hoc abjecto, clarus liquor circulatur, & tandem in clariſſimam eſſentiam coagulatur.

ELIXIR FEBRILE.

℞. Herb. centaur, min. card. bened. abſinth. ana M. vj. quinque fol. rutæ ana M. iij. Piper. long. Caryophyll. Nuc. moſchat. ana ℥j. Spec. febrifug. *Mynſicht.* ℥iij. Pulveriſata & mixta extrahantur optimo ſpiritu vini. Tinctum ſpiritum aufer, & recentem affunde, tamdiu, donec omnis tinctura & eſſentia extracta ſit. Ultimò ſpiritum vini in B. M. ad medietatem ſeu oleitatem abſtrahe, & remanentem ſpiritum unà cum eſſentia per chartam emporeticam filtra, & in vaſe vitreo benè clauſo ad uſum reſerva.

Elixir hoc præſervat, curat & abigit poſt evacuatum corpus omnes febres. Doſis inſtante paroxyſmo, vel paulò ante, ut ſimul cum paroxyſmo operetur à ℨj. ad ℨij. & ℥ß. in aq. centaur. min. vel abſinth. aut card. bened. vel in hauſtu cereviſiæ calidæ. Robuſtiori autem datur ab ℥ß. ad ℨvj.

Præterea cacochymici & hydropici magno juvamine potui quotidiano hoc immiſcere poſſunt: ſuâ enim amaritudine putredinem omnem arcet; partim verò tenuitate obſtructiones pellit. Gibt gut bitter Wein und Bier.

ESSENTIA LIGNI FEBRIFUGI, SEU CORTICIS SINENSIS, IN VINUM RHENANUM IMPLANTATA.

℞. Corticis hujus cinamomeo colore præditi, minutim pulverisati, & per setaceum trajecti ℥j. Vini Rhenani q. s. Stent in digestione. Tinctum quod est, effundatur inclinato vase. Novum menstruum affundatur. Conjuncti liquores leniter exhalent & serventur.

Vires simplicis hæc habet essentia. Eâ enim non solùm, sed etiam pulvere simplicis corticis multas febres intermittentes feliciter curavimus. Calida licèt sit hæc essentia, & subjecti & menstrui ratione, non tamen reformidanda in febribus intermittentibus in actu curationis & præservationis. Calida multa admittunt harum curationes, ut: confectionem, quæ ex tribus piperibus conficitur, & ex viperis.

Dosis cochl. i. vel ij. Modus utendi in haustu vini odorati boni.

AQUA RADICIS IMPERATORIÆ.

℞. Radic. imperator. q. v. digere cum pari pondere vini generosi in balneo sub alembico cœco. Destilla ex alembico per arenam; sed cave, ne sub finem empyreuma contrahat. *Hujus da die integro cochlear jejuno, aliudque postero tribus ante paroxysmum horis, atque iterum tertiò, & si potest, sudet. Rarò post hoc specificum paroxysmus redit.*

AQVA

AQVA FORMICARUM.

℞. Aq. fragor. centaur. min. ana ℔ij. Mellis totidem vel tres. Misce in cucurbita quasi ventretenùs curta, & apertam sepeli in acervo formicarum sic, ut aliquantum summo exstet. & formicæ confertim admodum in eam irruent, allectæ scilicet dulcedine mellis. Postquam satis earum ceperis, tolle vas tuum & agitando formicas, misce liquori. Destilla deindè mixta per alembicum ex cineribus, & quam accipies aquam, diligenter serva.

Detur ejus semicochlear ad summum in paroxysmi principio. Cæterùm quia ad instar aquæ tabaci vomitum in febrientibus ciet, antequam exhibeatur, dispiciendum est, eum ne aut facere oporteat, aut ferre æger queat.

AQVA FEBRIFUGA ALIA.

FAc ex libra nitri & semiuncia sulphuris lapidem prunellæ, eique sub finem adde salis armoniaci etiam ℥ß. Tùm hujus ℥ij. add. Aq. card. bened. ℔iv. & Spir. Sulph. ℈ij. Misce, *& hujus* ℥iv. *sæpè vesperi exhibeantur.*

TITULUS XXII.

DE SPECIFICIS PESTILENTIALIBUS.

IN Pestis, iræ divinæ flagelli severissimi, curatione, nemo tàm felix unquam fuit, qui specifico seu appropriato medicamento, illam tollere se posse gloriari ausus fuerit.

Omnes conatus medici in ea, Deo videlicèt non permittente, deficiunt, & vana est, quæcunq; sine Numine supponitur pestis medicatio. Quantumvis ergò infinita sint, ab infinitis producta alexipharmaca, ratione & experientiâ utcunque confirmata & probata; manca tamen sunt, sæpè nullius virtutis vel potestatis. Imò nec ipsum sapientum Magisterium contra hanc pernitiosam luem malignam satis roboris possidet, quin exolescat, & deterioretur. Tantum itaque abest, ut pestis specificum, hoc est, appropriatum particulare à quopiam promitti posse existimemus, ut potiùs habenas in aëre volantes non tàm histrionicis ludis, quàm seriis veritatis adminiculis visas esse credamus.

Quæ itaque à me quoque proferentur pestilentialia, eidem censui accensenda sunt, proficere aliquando posse, sed tamen catholica haud esse.

Sequentia ergò post reconciliationem cum Deo & proximo, vitæque emendationem ex usu esse poterunt.

BE-

BEZOARTICUM SOLARE.

℞. Auri fini seu puri per antimonium purgati ℥ß. quod solvatur in s. q. Aquæ regiæ, vel Spiritûs nitri, à sale communi destillatione abstracti, quoad aurum totaliter solutum sit. Hác interim asservatâ solutione, porrò accipe Butyri antimonii à sua cinnabari rectificati ℥ij. Huic affundatur guttatim, & per vices repetitas, ne nimiùm effervescat, & veluti inflammetur; inque cucurbita satis alta, sub camino, vel in aprico, collocata Spir. nitri ritè destillati f. q. quoad etiam butyrum totum sit solutum in liquorem rubicundum, omnisque strepitus & effervescentia, superaffuso spiritu nitri, cessaverit. Has duas solutiones, auri scilicet & butyri antimonii, conjungito & commisceto, atque in alembico, suo capitello munito, igne arenæ destillando, omnis humiditas, ad siccitatem massæ, evocetur. Huic massæ in cucurbita residuæ flavescenti affundantur Spir. nitri rec. ℥iv. circiter, ac denuò per destillationem, igne arenæ abstrahatur; fortiori ultimò substructo igne, ad totalem spirituum corrosivorum expulsionem. Hic labor, recentis videlicet spiritûs nitri affusio, ejusdemque abstractio, & tertiâ repetatur vice. Massam, in cucurbita residuam, à cucurbita fracta studiosè separatam (ne aculeis vitreis minutissimis inquinetur) aquâ simplici affusâ, repetitis vicibus ablue & edulcora; pulverem verò residuum, probè priùs siccatum ac crucibulo immissum, Vulcano, per bihorii spatium circiter, committito, ut leni-

ter (continuò tamen candendo) calcinetur. Atque sic dextrè & legitimè erit confectum hoc Bezoarticum, Solare nuncupatum. Hoc super porphyrite probè lævigatum, in vitro, benè clauso, quò ab aëre libero arceatur, studiosè asservandum.

Sudoriferum & cordiale admodum præstans est, tempore pestis, ac in febribus malignis, aliisque morbis contagiosis curativè adhibitum: pellit sudorem & cor à malignis vaporibus tutatur.

Dosis ejus est à ℈j. ad ʒß. & ℈ij. si necessitas ita postulaverit.

BEZOARTICUM SOLARE D. ROLFINCII.

BEzoarticum Solare hoc palmam multis præripit, instar arcani cujusdam magnis encomiis celebrandum, quod summis virtutibus exaltatum, languentem naturam reficit, & desperatum virium lapsum restaurat quadruplo fœnore.

℞. Butyri antimonii, clavi spir. salis balsamici certâ & secretâ proportione reserati, ita ut intimæ atomi illius disgregatæ cremorem lactis repræsentent, q.s. Solis obrizii in lavacro balnei domestici & hæreditarii depurati, & aquâ chrysulcâ, vel spiritu salis balsamici, qui venenatos illos dracones stibium & hydrargyrum in saluberrimum alexiterium μεταμορφώσει quâdam arcanâ, con-

convertere novit, soluti. Conjunctas solutiones conjunge in crucibulo. Vulcani potestati trade, & tandem crebris abluitionibus edulcora.

Dosis est à gr. ij. ad v. & vj. cum alexiteriis aquis, spiritibus, conservis, electuariis. Exhibetur cum singulari fructu in febribus malignis, peste, in actu præservationis & curationis.

BEZOARDICUM CERVINUM SEU ALEXIPHARMACUM I.

℞ Cornu sive Pulveris ex typhis cervinis sequenti modo præscribendo parati v. gr. ℔j. cui adde Salis viperini vel theriacalis ritè præparati ℔ß. Ol. still. cortic. citri rec. tutæ ana ℥ij. Misce, fiat Pulvis Bezoardicus præstantissimus; *cujus dosis est à ℈j. ad ʒß. & ʒj. in vehiculo convenienti.*

Vera cornu cervini præparatio hæc est.

Has ipsas tenellas adhuc molles, lanuginosas ac sanguine turgidas typhas jam unà cum cruenta illa massa, ex qua enascuntur, mactato cervo, accipe, easque detractâ pelle sanguinosâ frustulatim minutimque concisas cucurbitæ vitreæ immitte, ac lentè destillando calore B. M. exsicca; aquam

prolectam bis, ter quaterve cohobando. Tandem materiam vel massam in fundo cucurbitæ relictam & exsiccatam rubescentem, si ex typhis admodum tenellis & sanguine turgidis; albicantem verò, si ex iisdem adultioribus parata fuerint, in pulverem subtilissimum redige, *qui spreto cornucervi tùm usto, tùm philosophicè calcinato vel præparato, studiosè ad singulares suos usus asservandus est. Cui etiam varia pro diversitate affectuum & intentione Medici admisceri possunt, utpotè primò pro sudore excitando tempore infectionis, aut grassantibus febribus malignis componuntur varia medicamenta ejusmodi pulverem cornucervi sibi admixtum habentia.*

BEZOARDICUM CERVINUM SEU ALEXIPHARMACUM II.

℞. Viperar. recent. vel serpent. *Germanic.* in locis sanis degent. No. x. vel xv. qui abscissis capite & caudâ, detractisque exuviis & interaneis exemptis unà cum hepatibus & cordibus, dùm vitâ integrá & motu adhuc gaudent; immersi in decoctum scordii & rutæ, additisque salis scordii & rutæ ana ℥ij. coquantur, donec mollescant, & quasi in gelatinam convertantur; coletur:

de-

decoctum cum forti expressione, cui adde Pulveris ex typhis cervinis suprà præscripti ℔j. & in cucurbita vitrea junctim destillando ad omnimodam siccitatem iterum abstrahatur; tùm in pulverem subtilem priùs redactis admisce Ol. still. cortic. citri rec. rutæ ana ℥ij. & si lubet, Elæosacch. cinamom. ℥iij. Misce, fiat Bezoardicum & Alexipharmacum præstantissimum.

Dosis à ℈j. ad ℈iij. in omnibus morbis malignis.

BEZOARDICUM SEU ALEXIPHARMACUM III.

℞. HErb. recent. scordii nostrat. rutæ ana ℥iv. Radic. angelic. scorzoner. zedoar. ana ℥iij. Fiat, affusâ aquæ pluvialis q. s. repetitis vicibus, decoctio ad totalem virtutum specierum extractionem: Decoctum clarificatum, & ad libram unam circiter per cocturam inspissatum, affundatur libræ uni pulveris cervini ex typhis parati, nec non ℥j. Croci *Austriaci* pulverisati & ℥j. cum dimidia pulveris myrrh. elect. Quæ junctim cucurbitæ vitreæ immissa, in B. M. totaliter exsiccentur, quoad commodè iterum in pulverem redigi queant, cui, si lubet, adde Ol. still. vel rutæ, vel citri ʒß. Fiat Alexipharmacum nobile. *Dosis à* ʒß. *ad* ʒj.

BE-

BEZOARDICUM CERVINUM AUREUM.

℞. PUlv. cervin. simpl. ex typhis parat. ℥iij. Croci solis ʒiiß. Essent. citri ʒß. Misce, fit pulvis delicatissimus in vitro custodiendus, *cujus dosis est à ʒß. ad ʒj.*

Crocus solis ita paratur.

℞. AUri finiss. per antimonium purgati, subtiliss. laminat. ʒß. Sal. nitri opt. purificat. ℥x. Alumin. ℥viij. Sal. comm. ℥v. Misceantur immittantúrque cucurbitæ vitreæ, quibus superaffundatur Aq. simpl. q. s. pro dissolutione totali salium dictorum; coquantur pòst in arena igne moderato ad spissitudinem vel siccitatem salium pristinam; aurum totaliter solvetur & salibus permiscebitur, quibus denuò aq. simpl. q. s. pro dissolutione dictorum salium & auri affundatur; filtretur solutio solis flava aureique coloris, cui guttatim instilletur Olei tartari per deliq. facti q. s. quousque aurum totaliter fundum petat, quod per filtrum ab aqua salsa separandum, & aquâ dulci recenti optimè edulcorandum, tandemque exsiccandum, & si lubet, igne lento per horæ quadrantem calcinandum est, erit Crocus Solis pulcher purpureo-violacei coloris, *sudoriferum & cordiale non infimum.*

PULVIS BEZOARTICUS REGIUS.

℞. CC. & alcis spagyric. præp. ana ʒiß. El. rubri orient. præp. Bezoartic. Jovial. ana ʒj. Lapid. Bezoar orient. Terr. sigillat. ana

, v. Fl. sulph. comp. Unicorn. animal. ana ℈iß. ag. perlar. orient. corall. rubr. ana gr. xv. Cinb. nativ. præp. Oss. de cord. cervi Succin. alb. æp. ana gr. x. Misce, & fiat omnium pulvis sublissimus.

Hic in omnibus morbis peracutis, febribus dentibus, malignis & epidemiis &c. diaphoticum insigne est; omnes enim venenosos vitiosos humores à corde & cæteris memis principalibus per sudorem egregiè pelt.

Dosis à ℈ß. ad ℈j. in aquis appropriatis doriferis, vel in aqua seu decocto rasuræ C.

PULVIS DIASOLIS NOBILIS.

Terr. sigillat. C. C. & alcis spagiric. præp. ana ℈ij. Lapid. Bezoar orient. ℈iß. Diaoretic. mineral. Bezoartic. Jovial. ana ℈j. Mag. rlar. orient. corall. rubr. succin. alb, præp. Unirn. solar, animal. Oss. de corde cervi ana ℈ß. all. moschat. ver. gr. v. Ol. still. cinamom. cor., citri ana gt. v. Misce, & fiat omnium pulvis btilissimus.

Hic in omnibus epidemicis & pestilentialis morbis, erysipelate, venenis haustis; nec n in asthmate, vel periculosissimis pectoris gustiis arcanum est; cor enim tuetur à labe neni, & ab illo omnia noxia per sudorem pellit, ejusque vitiis mirè opitulatur.

Dosis

Dosis à ℈ß. ad ℈j. in aq. card. bened. fl. sam-buc. theriacali, vel aliis appropriatis.

PANACEA SOLARIS.

PAnacéa solaris paratur ex sole obrizo cu-metico sapone abluto, cum ave Hermeti amabili connubio copulato, animato, claudic- Vulcani custodiæ concredito, dum mundi ocu- tria signa decurrerit.

Calx purpureo colore turgida ad infini- usus adhiberi potest, venenum pestilens im- mis fugat; nonnunquam vomitum, nonnu- quam alvum movet; in dispositis sudorib- inquinamentum difflat; paralyticos confo- tur, & leprosos etiam mundat.

Dosis gr. vj. *vel* vij. *in aqua convenienti appropriata.*

MERCVRIUS PER SE COCTUS, PRÆCI-PITATUS, ATQUE IN PULVEREM RUBICUNDISSIMUM VERSVS.

MErcurius per se in vase oblongo, uti tracio, vel alio, collo alto sesqui cubit in furno aperto, cum calore valido, vase priùs arena demerso, catino sive alio vase terreo ad- adaptato coquitur. Ignis sit continuus, qua- ginta dierum ad minus, vel quoad mercuriu- rubicundissimum pulverem calcinetur.

Hæc operatio valdè est onerosa, sed ta- est efficaciæ & virtutis, ut facilè utilitas

mm

annum & laborem compensare possit. Hoc medicamentum non summum est solùm alexipharmacum adversus pestem, sed epilepsiam etiam, apoplexiam vertigines & alios gravissimos affectus capitis. Datur ad IV. V. VI. VII. *&* X. *grana.*

Vomitum non concitat, vix alvum subducit; nam est tantummodo roborans & dissolvens. Dissolvit siquidem pravos humores, partes continentes adjuvando.

FLORES SVLPHVRIS SIMPLICES ET COMPOSITI ANTIPESTILENTIALES.

℞. SUlph. flaviss. ℔j. Salis fusi ℔ß. fluat priùs sal in crucibulo, quamprimùm ubi fluxit, effundatur & frigescat, in mortario, vel supra lapidem: Vitrioli *Vngarici* purificati & calcinati ℔ß. Pulverisentur & misceantur invicem, imponantur cucurbitæ vitreæ (cum collo mediori, non nimiùm capaci) argillæ benè minutæ, imponatur alembicus altus & capax cum recipiente, collocetur in cineres vel arenam; notandum tamen, ne nimiá quantitate arenæ cooperiatur, ne superior pars incalescens faciat flores liquescere, & si tunc refrigescere sinis, alembicus difficulter aufertur, nisi admotis prunis iterum liquescat: Non opus est luto, si benè quadrat capitellum, nisi velis chartam farinâ madidam circumducere. His peractis da initio ignem lentum, post tres horas phlegma stillare incipiet, &

du-

durabit per quatuor vel quinque horas : igi
augendus eſt ſenſim magnis carbonibus , ut i
dem capella ſeu catinus,in quo eſt arena, rube
Si ignis eſt continuus, ita ut ſulphur in alemb
quaſi fluat, tunc citiùs ſublimatur, non tamen
exceſſivus , alioquin non flavo colore, ſed nig
aſcenderet.

Flores elevati in alembicum citò eximant
chartam videlicet rotundam & quadrantem ſe
per ſubtùs tenendo , ne ſublevando capitelli
flores in arenam cadant , & interea, ſi cucurb
tunc ſummè calet, ſine mora orificium ejus te
tur, ne ſulphur ab aëre ingrediente, ut ſæpè fi
ſolet, accendatur, & reponatur alembicus, ign
que continuetur ad decem horas. Refrigere
tur poſt abſolutam ſublimationem omnia, &
moto alembico flores accipiantur, ac cum pr
ribus miſceantur. Caput mortuum in quaq
ſublimatione ſit poroſum & friabile, prunis aſp
ſum non amplius ardeat : id enim ſignum
privationis omnis bonitatis.

Rurſus hos flores miſce cum ſale novo &
triolo, ſervatâ priori proportione, perge omnin
ſicuti primâ vice , quod quò ſæpius fit , eò p
tenuitatis acquirunt flores , fiuntque ma is
magis puriores. Tertiò pariter facito, ſed pa
ciores flores habebis. A tribus libris ter ſub
matis habebis ℥xx. In hac tertia repetitio
conſiſtere debes, eò tùm quod plurimum dec
dit, tùm quia tandem utiles partes ſulphuris
guntur.

Eſ

Horum florum dimidiam partem cum gummatibus ſequentibus ſelectiſſimis in tenuiſſimum pulverem tritis, mixtam ſervabis ad uſum, ut monet *Paracelſus tom. 3. lib. d. natur. & cap. de sulph.*

℞. Fl. ſimpl. ſulph. ter elevator. ℥iß. Myrrh. ſelect. ℥j. Aloës hepatic. ℈j. Croci orient. gr. xv. Terr. ſigillat. ℈j. Sacchar. q. ſ. diſſolv. in aq. roſar. vel pectoral. & fiat maſſ., ex qua formentur Rotulæ.

Alteram partem modo ſequenti ſublimabis, quamvis ſint, qui putent, gummata inter ſublimandum comburi: Elevatio ideò lentè fiat, ſine uſtione.

℞. Fl. dictor. ℔iß. Colcothar. ℥vj. Sal fuſi ℥v. Myrrh. & Thur. ana ℥iij. Aloës ſuccotrin. puri. . priùs ℥iv. Maſtich. ℥iij. Croci orient. ℥ß. Omnia trita ſimul & benè mixta imponantur priori vaſi (ex quo ſcilicet ab initio flores ſublimati ſunt) ſi ſit adhuc integrum, vel recenti, addito alembico in furnum repoſito, ignem ſubdito, ſicuti primâ vice feciſti: poſt duodecim horas extrahe flores, qui aſcenderunt, rurſus alembicum repone, & ignem continua per duodecim alias horas. Nota: Si nimium materiæ unâ vice imponis, tunc comburitur; eminentia trium vel quatuor digitorum ſufficit. Tunc ex libra ℥xj. florum habere poteris; quod ſi pauciores habueris, repoſito alembico, perge adhuc ignem ſubministrare per 12. alias horas.

Aquæ deſtillantes ex unaquaque ſublimatione tàm

tàm florum sulphuris simplicium, quàm compo-
sitorum, in recipiente adaptato colliguntur, ia
seorsim serventur; illæ posteà rectificatæ in bal-
neo bullienti misceantur cum aqua illa, quæ ab
ultimis floribus compositis abstracta est, nec re-
ctificatione eget, coloris lactei propter gummata,
saporis acidi. Hæc seorsim colligenda, cu-
misceantur cum oleo subnigro, quod subsequi
solet.

Vocant hanc Aquam Ens seu Lac balsami, cu-
jus idem usus, qui florum

*In peste, febribus, pleuritide, affectibus pul-
monum, colica & obstructionibus hepatis.
Dosis pro natura infirmi & judicio præsentis
Medici.*

*Sunt autem Flores sulphuris in peste sum-
mum curativum & præservativum; resistunt
enim impressioni, & præservant à putredine:
cum extracto enal. camp. (quod in peste mul-
tùm valet) admiraculum operantur tempore
infectionis. Dosis ℈j, in aq. card. bened. vel
in therlaca, vel in ℥j. syrupi de citro & ℥ij. aq.
melissæ. Hic haustus præservat & curat aliis-
que omni alia medicina, ut* πολύχρηστον, *pe-
stem, pleuritidem, omnes putrefactiones, apo-
stemata.*

2. *Quotidianus usus est* προφυλακτικὸν
*omnium morborum, cum accidentibus, & na-
turæ & sanitatis conservativum.*

5. Off-

3. Offeruntur in omnibus morbis, qui efficaci exsiccatione opus habent.

4. Sudorem in lue venerea promovent.

5. In omnibus pulmonum affectibus, asthmate, tussi antiqua & recente: In catarrhis pectoralibus, phlegmaticis egregium auxilium præstant.

6. In pleuritide.

7. In colica.

8. In apostematibus & putrefactionibus corporis.

9. In omnibus febribus præservativum; tollunt enim omnes impuritates febriles & peripneumoniacas leviores tutò & subitò.

10. Præservativum etiam in epilepsia.

11. Conservativum vini; si illi misceantur; impedit istud generationem calculi.

Dosis ℈j. *robusto, juveni* ℈ß. *in cura; pro præservatione grana* viij. *vel* x. *Miscentur etiam saccharo, & cum Gumm. tragacanthæ aq. pectorali soluto formentur Tabellæ.*

Oleum verò & flores sulphuris sublimati gravidis non temerè offerantur, quia menses promovent.

FLORES SULPHURIS VITRIOLATI.

SUlph. flaviss. ℔j. Salis fusi & vitrioli cal-

 cina-

cinati ana ℔ß. Pulverisentur & misceantur. Fiat sublimatio, dando initio ignem lentum: Post aliquot horas (3. vel 4.) phlegma incipiet stillare, & durabit per horas 4. vel 5.

Flores hi resistunt putredini, cient sudorem, omnium humorum peccantium superfluitates exiccant. Hinc prosunt in peste, pestilentialibusque febribus, sive curandi, sive præservandi gratiâ adhibere libeat. Exhibentur quoque utiliter catarrhosis, pulmoniacis, tussientibus & simil.

Dosis robusto ʒj. juveni ʒß. In præservatione autem non excedimus ℈ß. exhibemus commodè cum extracto enul. campanæ.

FLORES RHABARBARI SULPHURATI.

℞. Extract. rhabarb. ad duritiem planè & aviditatem ferè friabilem inspissati, Fl. sulphuris ter sublimat. ana ℥j Ol. cinamom. ℈j. macis ℈ß. Mixta omnia invicem cucurbitæ vitreæ indantur, impositoque alembico cœco, & juncturis undique clausis, lento igne sublimentur, quod in altum ascenderit, peractâ sublimatione, denuò cum reliqua materia in fundo residua permisceatur, & secundâ vice nova sublimatio instituatur, quâ absolutâ idem labor tertiò repetatur, & sic non vulgare medicamentum, leniter laxans, omnemque putredinem coercens, obtinebis. Præsertim in peste utile est.

D

Dosis in adultioribus ℈ß. *vel gr.* xv. *In junioribus gr.* vj. *vel* viij. *&c. in vino passulato, vel cum conserva rosarum, vel acetosæ. Si satis non purgat, ejus dosis augeatur. Maximum, ut jam innui, secretum & præservativum in peste.*

SULPHUR AURATUM DIAPHORETICUM.

℞. Antimonii *Vngarici* boni ℔iß. Nitri puriß. Tartari crudi sed puri ana ℔j. Cuncta hæc in pulverem redacta, ac probe mixta, detonent. Hoc, cochlear unum post aliud ejus mixturâ plenum, prunæ ardenti, in vase terreo, sive etiam in crucibulo aspergendo, conflagret ad instar pulveris pyrii. Hâc spontaneâ veluti calcinatione peractâ, immittatur massa hæc calcinata crucibulo, & igni fusorio tradatur, donec instar aquæ fluat. Effundatur protinùs in calicem fusorium, sive mortarium æneum parvum, calidum, sævo prius inunctum; calicem, sive mortarium, inter infusionem, malleolo semper pulsando, sicque promovendo exactiorem reguli subsidentiam. Omnibus postmòdum refrigeratis, separetur regulus à scoriis: qui porrò in pulverem tritus, & novis, seu recentibus speciebus, nitro nimirum & tartaro, sed pro dimidia tantùm sui parte, respectu reguli, commixtus eodem modo quo priùs, igne fusorio liquetur, & in calicem vel mortarium, sævo inunctum & calefactum, fundatur; à scoriis purior jam factus, separetur,

ac ad labores alios asservetur. Hinc è scoriis, à regulo separatis, & in aprico aliquandiu relictis, beneficio aquæ ferventis, q. s. superaffusæ, extrahitur rubedo sanguinis instar, coquendo. Cujus aquæ tinctæ, per inclinationem aut filtrationem separatæ, acetum destillatum inspergatur, & præcipitabitur pulvis rubeus; qui sulphur fixum antimonii: quod repetitâ affusione aq. simpl. edulcorandum, ut ab omni salsedine liberetur; exsiccandum tandem, & ad usum asservandum. Vocatur sulphur auratum diaphoreticum.

Medicamentum est in peste, aliisque morbis malignis ad sudorem propellendum, efficax. Cujus dosis est à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo convenienti propinando.

NITRUM CUM SCORDIO INSUCCATUM.

PArabitur ad eandem normam, quâ sal nitri, cum acetosella imprægnatum, & hoc commodè ac dextrè cum succo scordii recenter expresso & depurato.

Efficax est in morbis ac febribus malignis, Hungaricis: quin & in peste ipsa haud exiguo est emolumento.

Dosis ejus est à ℈j. ad ʒß in vehiculo appropriato.

NITRUM ALEXIPHARMACUM COMPOSITUM.

℞ RAdic. scorzoner. ℥iij. imperator. enul. camp.

camp. contraiet v. zedoar. ana ℥ij. Herb. rec. galeg. ſcord. rut. centaur. min. an. ℥iv. Cortic. aurant. citri ana rec. & extim. ℥iß. Ex omnibus incisis fiat Decoctum forte, cum q. ſ. aquæ ſimpl. repetitis vicibus affuſæ & colatæ, quousque tota virtus & efficacia ſpecierum ſupra dictarum, repetitâ coctione extracta ſit. Colaturæ & decoctiones omnes conjunctæ albuminibus ovorum probè clarificentur. Cum hoc decocto clarificato ſolvatur Nitri puriſſ. ℔j. vel jß. ac per repetitam exhalationem aquoſitatis denuò cryſtallisetur, aut ad priſtinam ſalinam conſiſtentiam & ſiccitatem reducatur, viâ ac modo ſuperiùs oſtenſo: *& valebit in peſte, in morbis ac febribus malignis & ex æſtuantibus, vehiculis appropriatis immixtum, à ℈j. ad ʒß.*

SAL LIXIVIOSUM RUTÆ.

℞. HErbam rutæ unà cum ſtipitibus ſiccatam; combure illam in cineres, & quidem perfectè. Hos cum aqua pluviali digere ad minimum per noctem unam; aquam poſteà filtra per chartam emporeticam; in olla eſt ſal lixivioſum rutæ; Quod ut purius evadat, in crucibulo de novo comburendum eſt; combuſtum iterum ſolvatur in aqua pluviali, iterumque filtretur per chartam, poſteà in vitro evaporatorio ad ſiccitatem evaporetur; Sic relinquetur ſal rutæ albiſſimum.

Magnam vim poſſidet attenuandi & incidendi; undè ſudorificum & diaphoreticum

est, laudandum in peste, aliisque morbis mali-gnis. Dosis à gr. jv. ad vj. aut viij.

ANTIDOTUS PESTILENTIALIS EXIMIA.

℞. Radic. imperator. angelic. carlin. valerian. vincetoxic. anthor. scorzoner. bistort. gentian. tormentill. ana ℥iv. Ex omnibus paretur extractum, cum spiritu vini maceratione præmis-sâ ad xxv. dies. Sub finem add. Sacchar. ℔ij. Coque in formam Antidoti. Sub finem co-ctionis add. Fl. fix. antimonii ℥j. Præcipitati mer-curii cum auro sine corrosivo ʒß. Pulv. anthor. cinamom. santal. alb. lign. aloës ana ʒij. Mag. per-lar. Tinctur. corall. ana ʒj. Ambr. grys. ℈j. Mosch. ℈ß. Aq. Cinamom. ℥ß. Misce, fiat Antidotus. *Dosis ejus est à ʒiß. ad ʒiij.*

ALEXIPHARMACUM SINGU-LARE.

℞. Camphor. ℥iß. Ol. amygdal. dulc. vel Spir. terebinth, aut quod omnium optimum & pretiosum est, Ol. caryophyll. ℥iij. Sal. absinth. ʒiß. Tere primùm camphoram, quantum fieri potest, subtilissimè, & paulatim tandem imbiben-do cum oleo tere, donec planè fiat instar pultis; tandem etiam adde salem absinth. ac insuper ali-quandiu tere, donec nempè omnia probè fue-rint per minima mista. Hæc per retortam bre-vioris admodum colli, ex balneo sicco, quod in reverberium clausum est, destilla in excipulum non usque adeò magnum, sed breve, ignis gradi-

bus

bus primò lentis, postcà auctioribus, nec tamen omninò fortioribus, donec nempè & ipsum oleum prodeat, & cum eo camphora in forma lenta & butyracea, prodeuntibus confertim simul multis spiritibus albis. In fine, ne nimirum empyreuma, præsertim si oleum amygdalarum absumptum fuerit (in cæteris id non est tenendum) contrahat, excipulum cum prægressô oleo est auferendum, & tandem ignis augendus, ut sal absinthii adhuc dum in retorta reliquum probè à fœtore mundetur, & calcinetur, retortulâ etiam igne intensiore demùm candente: Salem absinthii eundem deinde tere, & superfuso omni illo, quod prima destillatione prodiit oleo, denuò ex alia retortula eodem modo, ut priùs, destilla, ac post omne oleum clarius, primò factum est evocatum. Salem denuò calcina, fœtore eodem, quem adhùc dum fœces olei amygdalar. dulc. facere videbuntur, hoc modo ablato.

Eundem laborem repete etiam tertiò, super eundem salem idem oleum rectificando. Extremò in eodem oleo nonnihil adhuc propter camphoram butyraceam fœtente, sed tamen puro, extingue frusta laterum ignita q. s. & quidem eadem oleo isti infundenda in vase apto, quod operculo suo, statim pòst injecto, lateres (inflammatur nimirùm oleum) operiri possit, ac tandem ex retorta leni igne destilla, & prodit oleum clarum & transparens à phlegmate, si quod admistum est, separandum. Intereà dùm istud oleum fit, possunt reliqua præparari, quæ in eandem composi-

tionem ingrediuntur, ceu sunt Extracta myrrhæ, aloës, & croci, prætereà Gummi sulphuris. Extracta fiunt cum spiritu vini, sed myrrha & aloë primùm in aceto destillato solvenda sunt, ut separentur nimirùm fœces, posteà avocato aceto, reliquum per spiritum vini ad normam artis peragendum. Gummi sulphuris fit ad præscriptum Balsami sulphuris *Tyrocinii Chimici Beguini.* Sed in fine spiritus vini ab extracto sulphure est separandus, ut illud in fundo tandem restet, & in frigore coaguletur instar gummatis. Compositio horum omnium est talis:

℞. Ol. camphor. Extract. myrrh. ana ℥j. aloës ℥ß. croci, Gumm. sulphur. ana ℥ij. Misce omnia diligenter, & serva in vase mundo.

Dosis est gr. ij. vel iij. quotidiè manè cum aq. theriacali, intra 24. horas à prima infectione, vel semel, vel bis ad sudores proliciendos sumpta.

DIASCORDIUM SPAGIRICE COMPOSITUM.

℞. Extract. & Essent. imperator. bistort. angelic. tormentill. enul. zedoar. dictamn. alb. hirundinar. levistic. carlin, valerian. gentian. petasitid. cichor. pimpinell. calami aromatic. mors. diabol. veronic. bacc. lauri, juniperi, croci, fumar. card. bened. trisagin. centaur. min. scord. scorzoner. scabios. hyperic. Mag. ebor. c. c. corall. rubr. cum auro, perlar. rubin. hyacinth. smaragd. sulph. granat. sulph. aurat. Lact. sulphur, Croci

ci mineral. Lapid. prunell. Ol. still. rutæ, angelic. zedoar. cinamom. caryophyll. camph. succin. alb. Tinct. calchant. solar. Aq. bezoartic. Elixir. proprietat. ana ℥j. Misce, fiat Electuarium.

Nobilissimum hoc remedium mirabiles habet vires ad omnes corporis affectus, ad omnia venena, ad omnes febres, præsertim Vngaricam, ad pleuritidem, morbillos, variolas ad iij. vel v. grana cum aquis idoneis; ad erysipelata, ad petecbias & subitos ac inopinatos quosvis corporis affectus.

Dosis pro unius anni infantibus gr. x. pro trimulis & quadrimulis gr. xv. in decenni & adultioribus à ℨß. ad ℨj.

TINCTURA SULPHURIS TARTARISATA.

Paretur imprimis hepar sulphuris, ex una parte sulphuris crudi aut florum ejusdem, & ana seu duabus partibus (si lubet) salis tartari puri, leniter simul liquando in patella terrea, cavendoque ne flammam sulphur concipiat. Ex hoc hepate vel massa, in pulverem redacta, extrahatur beneficio spiritûs vini rectificati, repetitis vicibus affusi, sulphuris rubedo & essentia: quæ peractâ extractione, à copia spiritûs vini per abstractionem in B. M. liberanda, ac usui medico asservanda est.

Præstat in morbis contagiosis, ac peste ipsa, à qua præservat: obstructiones viscerum naturalium reserat, ac morbis etiam pectoris medetur.

Dosis ejus est à gutt. vj. ad xij. in idoneo vehiculo.

TINCTURA AURI DIAPHORETICA.

FAc amalgama ex Sole & Mercurio, misce cum pulvere flor. sulph. cujus pondus sit triplum respectu amalgamatis, pone hæc omnia simul in scutella forti, in parvo calore per horam unam, postea accende sulphur, ut totum comburatur, & reperies aurum valdè spongiosum, quod pulverisabis diligenter super marmor, & inter terendum aspergeshunc pulverem aquâ vitæ opt. rectificatâ, & quando benè miscuisti, incende ignem in aquam vitæ, ut tota exardescat, & ita reperies aurum calcinatum, idque ter facias: tere denuò super marmor, & adde parum mellis & salis communis præparati, posteà impone scutellæ terreæ, & infunde aquam calidam, & move, & sine aliquandiu quiescere, filtra & lava, quousque nihil mel & salis sit amplius, & erit subtilis, ut eo scribere possis. Tunc incorporabis cum triplo olei tartari & exsicca, & pone in ignem donec rubescat, posteà pone super marmor, & sol unà cum sale dissolvetur rubicundissimus: Si unâ vice non dissolvatur, oportebit quod non est dissolutum, reiterare. Hoc oleum pone in matracium cum optima aqua vitæ, & pone in balneo per 8. dies, & per alios 8. in cineribus calidis, & oleum reperies rubrum instar rubini: posteà aquam vitæ extrahe per filtrum, ut sal tartari separetur. Lava sæpe cum aq. vitæ, eamque incende, oleum, quod remanet, serva ad usum.

Hu-

Hujus Tincturæ auri diaphoreticæ virtutes tantæ sunt, ut eas numerare vix possim: Primò in calculi maximis doloribus propinando v. vel vj. guttas cum vino Rhenano, aut aquâ aliquâ accommodatâ, confestim dolores sedat, & post horam unam calculum dissolvit, & foràs ejicit. In peste, dum cor vehementer laborat, pestilens venenum repellit: Contra omnia veneni genera remedium præstantissimum est; apoplexiam curat, hominem brevi tempore pristinæ sanitati restituens: Cancro medetur, & omnia ulcera, apostemata interna curat; & tandem contra omnes morbos desperatos, & à Medicis derelictos, modò non sit prorsus humidum in homine extinctum, salutare auxilium est.

TINCTURA EX MERCURIO ANTIMONII CUM AURO.

℞. Auri per antimonium purgati part. 1. Mercur. antimonii part. vj. Fiat amalgama. Ex hoc amalgamate abluto & purgato extrahe tincturam pellucidissimam instar rubini s. a. variis cohobationibus cum circulato minore *Paracelsi* cum ex ercebis, circulatumque posteà, si voles, separabis, ut tinctura restet sola.

Pretiosissimum est donum Dei adversus pestem, lepram, morphæam, & id genus alios morbos gravissimos. Dosis est à gutt. iij. ad iv. & v. ex aqua theriacali.

TIN-

TINCTURA COMPOSITA ALEXI-PHARMACA.

℞. RAdic. contrayerv. zedoar. biftort. tor-mentill. vincetoxic. dictamn. alb. fcorzo-ner. imperator. acor. ver. angelic. ireos *Flo*-palm. chr. ana ℥j. Herb. fcord. noftrat. rut. an-M.ij. galeg. M. ß. Sem. anif. fœnic. ana ℥j. car-bened. mar. ana ʒß. citri, Bacc. herb. parid. an ℥j. Fl. rofar. rubr. calend. caryophyll. horten-flore pleno ana M. ß. Lign. fantal. rubr. ʒß. C-namom. Caryophyll. Macer. ana ʒiij. Theriac. *Andr.* Mithridat. *Dam.* ana ℥iij. Contundend-contundantur, & miftis omnibus fuperinfundi-tur Spir. vini ex fecibus deftill. q. f. ad juftam fu-pereminentiam. Coloratus in leni digeftion-fpiritus in peculiari vafe adfervetur. Poft de-cantationem, novus fpiritus adfundatur; iteru-defundatur, & priori jungatur. Tandem ℞. M-ftur. fimpl. vitrioli, tartari, theriacal. camph. ℥-permifta prioribus, fiat colatura per linteum fu-tile. Collectus Spiritus omnis leniter exhalat.

Vires alexipharmacæ, diaphoreticæ funt ill-ftres. Malignum peftilens ve contagium di-cutit, in actu præfervationis & curationis. E-hibetur à ℈ß. ad ʒß. in hauftu vini generofi lil-valiori ad movendum fudorem.

TINCTURA BEZOARTICA D. MICHAELIS.

℞ RAdic. fcorzoner. zedoar. angeli-valerian. enul. camp. ana ʒij. petr-

el. pimpinell. caryophyllat. ana ℥ß. con-
rayerv. anthor. ana ℥iij. Fol. dictamn. cre-
ic. rut. absinth. card. bened. enul. ana p. ij.
cord. p. iß. Fl. 4. cordial. betonic. calend.
na p. j. Sem. acetos. card. bened. zedoar.
itri, angelic ana ʒij. Cortic. citri, aurant a-
na ℥ß. Gran. juniperi ℥iß. Calam. aroma-
ic. Galang. ana ʒij. Theriac. *Andr.* ℔j.
ncisa & contusa omnia infund. in Spir. vini
Rhenan. ℔v. per aliquot dies; deindè ex-
prim. & novus spiritus affundatur, posteà
add. Camph. ʒj. Destill. in B. M. ℞. Hujus
pir. ℥v. tartari ℥iij. vitrioli ℥j.

Vires hujus tincturæ bezoarticæ sunt illu-stres. Malignum pestilensve contagium mi-rificè discutit, ac in variis morbis viscerum gra-vissimus summum & divinum planè medica-mentum est. Exhibetur à ℈ß. ad ʒß. in hau-stu vini generosi liberaliori ad movendum su-dorem.

TINCTURA LAPIDIS BEZOAR.

℞. LApid. Bezoar. orient. opt. ℥ß. Pul-veris. & deindè infund. in Spir. nitri q. s. Pone parùm in loco calido, ut benè dis-solvatur lapis ille, dissoluto add. Aq. rosar. agr. q. s. filtra, & fiet Tinctura elegantis-sima.

Nobi

Nobilissima est hæc tinctura ita præparata, a[...] in omnibus morbis & symptomatibus malignis[...] contraq; omnem venenositatem cordi infestam[...] præsertim, ubi qualitas calida, & putredo depre-henditur, adeoque in aliis omnibus, ubi usus La-pidis Bezoar dilaudatur, adhiberi & usurpar[...] potest, apud illos imprimis, qui natura sunt te[...] nellæ, nauseantes medicamenta; nec minùs a-pud gravidas & infantes, cùm nec odorem, nec saporem ferè ullum habeat.

Dosis ejus in infantibus est à gutt. ij. ad iij & iv. In adultioribus verò pro discrimine ata[...] tis & necessitatis à x. xij. ad xv. guttas. Datu[...] in aquis destillatis, & convenientibus aliis l[...] quoribus, prout Medico perito commodissimu[...] videbitur.

LIQVOR BEZOARTICUS EX[...] CELLENS.

℞. Ol. juniperi rectificati. Spir. salis am[...] ℥iij Solve in hoc liquore per igne[...] cinerum Fol. auri No. xx. Et sic summu[...] solare bezoaarticum tibi comparabis, *cuj[...] guttæ aliquot cum aceto rutacco & aqua scabio[...] exhibitæ mira præstant in pestilentiali vene[...] forás abigendo.*

EL[...]

ELIXIR PESTILENTIALE PRÆSTANTISSIMUM.

℞. SPir. juniperi optimè rectificati ℔j. in quo suffocentur immergendo corda viva & jecinora viperarum vel serpentum *Germanicorum*, in locis sanis degentium No. xv. add. Croci Austriaci ℥ß. Myrrh. ʒvj. Fiatque digestio per unũ aut alterum diem, & posteà colatura, in qua dissolv. Camphor. ʒj. & Balsami sulph. cum Ol. juniperi & succini optimè rectificatis, facti, quantum capere potest; vel si lubet, hujus loco, Salis urinæ volatil. ʒij. vel ʒiij. Tùm demùm paratum Elixir pestilentiale præstantissimum optimè reserva.

Præstantissimum est in peste præservativum & curativum, si à guttis v. ad x. & xv. cum liquore appropriato maturè exhibeatur; morbis eodem modo epidemiis aliis, certissimum præstat auxilium.

ELIXIR PESTILENTIALE NOBILISSIMUM.

℞. Fl. sulph. spagiric. præp. ℥iij. affund. Ol. juniperini è baccis in balneo priùs rectificati ℥viij. (Eodem modo cum oleo anisi fieri potest balsamus sulphuris, cujus tinctura posteà spiritu vini extrahitur ad af-

fectus

fectus asthmaticos.) Ol. succini ternâ rectificatione in balneo ab odoris vehementia liberati ℥ij. & ʒij. ad oleum bacc. juniperi itidem affundantur.

Stent in igne cinerum vel arena, sæpiùs movendo, ut flores lentè sine adustione solvantur & liquescant. posteà habeas Theriac. Venet. ℔j, ex qua optimo spiritu vini tincturam extrahes, quam à spiritu vini separatam seorsim servato. Extrahe eodem spiritu Radic. helen. angelic. Bacc. juniperi contus. & mixt. ana ℥iij. & tincturam à spiritu vini in balneo separatam misce cum tinctura theriacæ, ac affunde oleum juniperi & succini floribus sulphuris essentificatum: ac per papyrum bibulam priùs filtratum: omniaque circula lentissimo cinerum calore per quatuordecim dies. *Habebis secretum, quod in peste & morbis epidemicis ex Dei benignitate ad miraculum operari solet.*

Elixir hoc in peste est præservativum & curativum.

Dosis una vel duæ guttæ in vino vel aceto quotidiè manè: vel singulis septimanis viij. *vel* x. *guttæ jejuno ventriculo, exspectato sudore, assumantur. Præservat à putredine, & nil impuri relinquit in corpore. Correptus peste, si statim*

statim ab initio accipiat à ℈j. ad ℈ij. in vino, aceto rutaceo, vel alio liquore appropriato, & sudet, potenter venenum è corpore pellit.

ELIXIR PESTILENTIALE EXCELLENTISSIMUM.

℞. Boli armen. Terr. sigillat. Radic. sigill. *Salom.* helen. tormentill. pimpinell. angelic. ostrut. Sem. eruc. Theriac. opt. ana ℥ß, Caryophyll. Lign. aloës, Cinamom. acut. ana ʒj. Santal. rubr. ℈j. Spir. vini, Mensur. 1. Macera & destilla s. a. ex cucurbita in balneo. *Datur, præservandi causâ, semicochlear jejuno; curandi verò, cochlear integrum, vel quantum sufficit sudoribus movendis. Quibus etiam motis, tamen iteranda dosis post octo præter propter horas toties, donec nullam ampliùs anxietatem sentiat.*

EXTRACTUM PESTILENTIALE.

℞. Radic. angelic. imperator. zedoar. helen. valerian. vincetoxic. ana ℥ß. tormentill. dictamn. Cretic. gentian. petasitid. morſ. diabol. pimpinell. ana ℥j. Sem. levistic. ʒiij. angelic. meliss. ana ʒij. citri ʒj. Gran. juniper. M. ij. Summitat. veronic. meliss. scord. scabios. card. bened. ana M. iß. Fl. hyperic. verbasc. ana M. j. Infund. incisa & contusa in Spir. vini q. s. in loco calido, & vase benè clauso, f. l. a. Extractum.

Dosis ejus est à guttis v. ad xv. & xx. in convenienti vehiculo.

ESSENTIA THERIACALIS CAMPHORATA.

℞. Myrrh. opt. ℥iiß. Croci *Austriaci* ℥iß. Quibus incisis & contusis affund. Spirit. vini rectificati ℥vj. Digerantur aliquandiu Tinctura decantata filtretur; posteà ex residuis (myrrha scilicet & croco, jam semel extractis) affuso recenti vini spiritu, paretur Extractum quod ad justam consistentiam abstractum, superiori Essentiæ addatur. Tandem etiam ℞. Theriac. *Andr.* ℥v. cui superinfundantur. Spir. juniperi ℥v. factâque digestione separetur liquor, qui si possibile est, filtretur, & superiori Essentiæ e myrrha & croco paratæ jungatur: posteà solvatur in ℥j. Spir. vini rectificati, Camphor. ℥ij. quæ similiter cum prioribus mixtis Essentiis uniatur. Unitæ hæ Essentiæ omnes lenissimo saltem calore vel tepore in vase optimè clauso & alto septimanâ unâ vel alterâ digerantur, factâque colaturâ & iteratâ filtratione Essentia denique usui asservetur.

In peste & aliis morbis epidemiis Essentia hæc præsentissimum auxilium præstat, si à guttis v. ad vj. vel & x. in justo vehiculo exhibeatur.

MIXTURA DE TRIBUS SINGULARIS.

℞. Spir. juniperi ℔j. cui immerge Myrrh. rub. ℥j. Camphor, ℥ij. Croci Austriaci ℥iij. Digerantur aliquandiu in loco calido, posteà filtretur, addendo Spir. antimonii tartarisati, vel ...

tia

m Spir. ex sulphure, cremore tartari & ni-
o ℥iv. Quæ confusa invicem digerantur, &
ssentia alexipharmaca à residentia filtrata stu-
osè asservetur.

Mixtura hæc in peste ac aliis febribus malignis
ira sanè præstat, à guttis iv. *ad* viii. *in convenienti*
uore assumpta.

MIXTURA LOIMICA NOBILIS.

MIxtur. simpl. vitriolatæ, tartarisatæ & theriacal. ℥ij. Spir. lign. sancti ℥ß. Ex-
act. angelic. scord. rut. card. bened. gentian.
ul. camp. cortic. citri, pimpinell. petasitid. cro-
orient. ana ℈ß. contrayerv. ℈ij. Sal. centaur.
in. fraxini, viperar. ana ℈ß. Syr. acetos. citri ℥j.
orzoner. ℥ß. Aq. carbunc. aur. ℥iß. aut am-
tûs. Digestione factâ per octiduum, in cola-
ra misce Confect. alcherm. ℥ij. Ambr. & Mo-
ni in nodulis suspens. ana gr. iij.

Dosis est ℥j. *in vehiculo convenienti.*

PIRITUS TARTARI ALEXIPHARMACUS.

SPir. tartari ritè destill. ℔iß. cui add. Radic.
zedoar. angelic. Bacc. juniperi ana ℥j. Cor-
. citri rec. extim. aurant. rec. ana ℥vj. Macer.
ij. Factâ maceratione brevi, in cucurbita vi-
a, fiat destillatio in arena leniter, ad siccitatem
cierum; cavendo, ne ultimò comburantur spe-
s, & empyreuma spiritus spiret; proboscidi
men capitelli immittendo sequentia, in petiâ li-
a. Cortic. citri rec. extim. ℥ij. Croci *Austriac.*

 opt.

opt. ℥ß. Camphor. ℈j. Spiritus prolectus asserve-
tur. *Vtilissimus est pro curandis febribus maligni*
contagiosis & pestilentialibus. Totum corpus pene-
trat, malignitatem à corde removet, & per commo-
da emunctoria expellit.

Dosis à ℨß. ad ℨj. & ℨiß.

SPIRITUS ALEXIPHARMACUS COMPOSITUS.

℞. Herb. scord. nostrat. rut. hortens. ana rec.
℥ij. Radic. angelic. levistic. Cortic. au-
rant. ana ℥j. citri ℥iß. Myrrh. rubr. ℥j. campho-
ℨß. Macer. Nuc. moschat. Cardamom. min. an-
ℨij. Caryophyll. ℨiij. Crassiuscule incisa & contu-
sa infund. in Spir. juniper. rectificati, sambuci se-
granorum actes ana ℔iß. Factâ digestione suffi-
ciente, destill. ad siccitatem specierum, capitell
ejusdemque proboscidi immissis, spiritui jamdu
destillato necnon aliquandiu, immersis Radic. an-
thor. contrayerv. zedoar. ana ℨiij. Croci *Austri-*
ci ℨj. Spiritui tandem essentificato pro edulcor-
tione, adde si lubet, Syr. d. scord. & de cortic c-
tri ana ℥ij. Servetur usui in vitro benè clauso.

Dosis ejus itidem in similibus morbis est à ℨß. *a*
ℨj. & ℨ iß.

SPIRITUS SALIS DULCIS.

Spiritum vini & salis pari mensurâ simul ter a
quater destilla per alembicum, & unientur in-
separabiliter atque dulcescent.

Hic spiritus diureticus est & alexipharmacu
extinguit sitim, ardoresque febrales, sudorem move
flatus discutit, & magni usûs est in peste, ubi putr
a

dinem, si quod aliud medicamentum, quàm maximè arcet. In hujus aliquota parte tantum Sacchari candi albissimi solve, quod satis, ut fiat instar electuarij. Detur singulis diebus drachma jejuno. Resistit putredini, & ventriculum cum visceribus reliquis in dispositione optima conservat. Admiscetur utiliter potionibus cardiacis & sudoriferis, nempè theriacæ, confectioni & Alchermes cum aq. meliss. scord. & card. bened.

SPIRITUS DIATRION.

℞ SPir. theriacal. camphorat. ℥v. tartari rectificati ℥iij. vitrioli rectificati ℥j.

Misce, digerantur in phiola Hermeticè sigillata per tres septimanas.

Nobilissimum medicamentum ad venena, & malignam materiam in febribus pestilentialibus per sudorem discutiendam, ad omnes viscerum obstructiones reserandas, ad pleuritidem, ad menstrua, ad uterum calefaciendum existit.

Dosis est à ℈j. ad ℈ij. & etiam ℈iij. in vehiculo convenienti.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

IN Spir. vini opt. ℔j. Solve Camphoræ æstate quidem scrupulos viginti duos, hyeme verò triginta duos. Tùm in eo suspende Croci opt. ℈ß. in nodulo, & fiet aurei coloris. Serva in vitro capaci & benè obturato, sed quintâ vel sextâ parte vacuo.

Dosis ejus sunt guttulæ aliquot in appropriato quodam vehiculo.

AQVA TEMPERATA.

℞. SPir. salis, Spir. vini rectificatiss. ana ℥iv. Misce, & in retorta vitrea ter quaterve ad siccitatem destilla; sic spiritus illi duo inseparabiliter sibi jungentur, constituentque aquam temperatam dictam; *quæ maximè conducit in peste, & in febribus malignis laudatur, & in scorbuto salutare remedium est. Menstruum item secundum est pro tinctura corallor. si nempè materia rubicunda, abstracto primo menstruo, relicta, spiritu hoc solvatur. Dosis est â ℈ß. ad ℈j. in convenienti liquore.*

AQUA THERIACALIS.

℞. THeriac. *Venet.* ℥v. Myrrh. rubr. *Alex.* ℥iiß. Cinamom. select. vel Cassi. lign. Croci orient. integr. ana ℥ß. Camph. ℥ij. Affunde optimum vini Spiritum diligenter rectificatum, vel, si ad manus sit, de semine vel radicibus angelic. præparatum, qui efficacior est, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, ac in vitro clauso in lent ni calore cinerum tincturam extrahe: per inclinationem tinctum spiritum aufer, & affunde recentem spiritum tamdiu, donec non ampliùs tingatur: Spiritum vini tinctum

ctum posteà ad medietatem saltem abstrahe, reliquum maneat cum essentia extracta, cui addes ℥vj. Spir. tartari, sicque simul per octiduum vel quatuordecim dies circulabis & digeres.

1. *In peste maximus hujus aquæ est usus, & talis, ut infectus à prima infectione intra duodecim horas sumat cochl. 1. in tribus cochlearibus vini vel spiritus vini optimi, sudet horis tribus, & ab hac potione ad cibum ac potum capiendum ad minimum sex horæ interponantur.*

2. *Purgat caput, pectus & omnia corporis membra principalia, illaque confortat, & si quæ labes illis aspersa, delet, & in pristinum naturalemque statum ea reducit, & præcavet, ne imposterum facilè lædantur.*

3. *Illis benè confert, qui hydrargyro fuerunt injuncti in lue venerea, vel scabie contumacissimâ, superaddito spiritu vitrioli, q. s. Suâ enim penetratione omnes nervos, musculos, medullam penetrat, & quicquid noxium reperit, corrigit ac expellit.*

4. *In rectificatione sanguinis, in aq. cichorii, in lue venerea, in decocto guaiaci, vel aqua persicariæ. In putredine, in aqua asari. In vermibus, in aqua tanaceti, fl. persicorum. In pun-*

cturis laterum, scilicet partium superiorum, præserttim à sanguine coagulato, in aqua chærefolii. In tremore cordis, in aqua melissæ. In febribus, in aqua nicotianæ. In ictero, in aqua marrubii albi. Potest etiam cum aliis diaphoreticis, ut antimonio diaphoretico, & Bezoartico minerali misceri.

Dosis à cochl. ß ad cochl. 1. in aqua appropriata, inhaustu vini, aq. meliss. card. bened. In vulneribus præsertim sclopeto factis, ad evitandas convulsiones aliaq; accidentia vulnerum corrigenda mira præstat, ut ex Fel. Wurtzii Chir. l. 3. c. 17. de accident. vuln. in fine videre est.

ACETUM BEZOARTICUM.

℞. Radic. scorzoner. angelic. dictamn. alb. ana ℥ß. tormentill. zedoar. enul. camp. ana ʒij. Camphor. ℈ij.

Pulverisatis & mixtis affunde Spir. vini à confectione Bezoartici Solar. *Mynsichtii* residui & Aceti vini Sambucati destill. ana q. s. vel ad trium digitorum super eminentiam; Stent in vitro optimè clauso, donec perfectè tingantur, posteà filtrentur, & ad usum reserventur.

Acetum hoc Bezoarticùm tantâ virtûte pollet, ut ℥ß. vel ℥j. pondere, vel per se, vel pari cujus vis aquæ cordialis quantitate potum, pesti mirificè opituletur, & in-

& infectos, vel à quocunque venenato animali ictos, vel demorsos, cum adstantium admiratione, à longo veluti somno excitet, & integræ sanitati restituat. Valet etiam contra omnia venena hausta, sive per os sumpta, sive exteriùs admissa; nec non cor majorem in modum roborat. Præservandi gratiâ cochl. ß. manè sumitur; curandi verò, datur à ʒß. ad ʒj. ex aqu. card. benedict. hirundinar. scordii vel similis.

BALSAMUS SULPHURIS JUNIPERINUS.

℞. Balsam. sulph. crass. ʒij. Ol. juniperi ver. ʒij. Misc. & paululùm digerantur in arena super carbonibus vivis, & acquiretur statim tinctura nigricans, solveturque balsamus ferè in momento. Alexipharmacus est, sudores ciet, pesti conducit, urinam movet, atque calculum expellit.

Dosis ejus est à gutt. vj. *ad* xij. *in convenienti vehiculo.*

BALSAMUM LOIMICUM SEU ANTIPESTILENTIALE.

℞. OL. nucismoschat. legitimè express. q. s. Coquatur in patella ferrea cum decocti herb. rut. rec. q. s. donec oleum proprium odorem ferè amiserit, majore autem duritie contractâ, pro largiore impressione oleorum destillatorum (nam quò durius solidiusque oleum nu-

cis expressum est, tanquam legitimum balsami-
rum corpus, eò plus de oleis destillatis illi im-
primi potest, consequenter nobiliora & effica-
ciora evadunt balsama, cùm tota balsamorum
virtus & efficacia ab oleis destillatis dependeat
siccetur illud coctum oleum in calore leni, vel i
sole, pro majore detractione proprii odoris. Jam
accipe hujus parati olei ℥iij. cui commisceantur
Camphor. ℈j. Ol. still. angelicæ, juniperi, rutæ
succini, zedoar. ana ℈ß. Misceantur exactè i
Balsamum antiloimicum lenissimo in calore.

OLEUM HYPERICI MAGISTRALE.

℞. OL. vetustiss. ℔iij. Fl. hyperic. Mense Ma-
jo collect. M. iij., Macerentur 12. dieru
spatio, & calidè exprimantur: In facta colatu
secundò infunde novam herbam cum floribu
Item Folia chamædr. calaminth. card. bened. an
M. j. Macera triduo in B. M. & cola cum fo
expressione; in qua expressione recentem he
bam hyperici ad M. iij. macera triduo, ut priù
& cola. In colatura dicti hyperici semina ad M
iij. iterum infunde triduo, & cola ut priùs. Re
teratur seminis infusionem, semper cum vali
expressione. In qua noviter infund. Herb. scor
rec. calaminth. centaur. min. card. bened. ve
ben. diptamn. Cretic. ana ℥iij. In facta quar
colatura ut priùs, præmissâ infusione trium d
rum, infund. Radic. Zedoar. dictamn. alb. ge
tian. tormentill. aristoloch. rot. ana ℥iij. Her
scor

scord. rec. M. j. In forti expressione, post triduanam macerationem, infund. Styrac. calamit. Benzoës ana ℥vj. Bacc. juniperi ℥ß. sem. nigell. ℥ij. Cass. odorif. ℥j. Santal. alb. ℥iij. Squinanth. Cyperi ana ℥iß. Contusa infunde, & macera triduò; tandem cola, ut suprà. In colatura infund. Scorpiones vivos No. CCC. Macera triduo, ut suprà, & cola. In facta expressione denuò infunde Rhabarbari elect. Myrrh. opt. Aloës hepatic. ana ℥iij. Spic. nardi ℥ij. Croci ℥j. Theriac. & Mithridat. opt. ana ℥ß. Stent in infusione perpetuò, & serva ad usum.

Venenis omnibus, pesti, pestilentibusque morbis summoperè confert. Basin faciunt hypericum & scorpiones. Valet & ad plures alios morbos.

OLEUM BUFONUM.

℞. OL. olivar. ℔ß. In sartagine ferventi injice octo vel novem bufones, antea ligno transfixos, & in aëre siccatos. Relinque aliquandiu, &, ubi refrixerint, cola & serva.

OLEUM PESTILENTIALE PRÆSTANTISSIMUM.

℞. SUlph. pur. Furfur. tritic. ana M. ij. ac destilla moderatè per arenam, donec cernas oleum. Postea, clausis spiraculis, serva eundem calorem, ne vasa perfringantur.

Arcanum hoc in peste est ad sudandum. Dosis est à gutt. v. ad x. in vehiculo convenienti.

OLEUM

OLEUM SULPHURIS AUREUM.

℞. Sulph. pur. ℔j. Pumic. ℔ß. Misce ac destilla lento igne (nota, nedes ignem inferius, sed suprà & ad latus) sub finem auge ignem, & exstillabit oleum instar auri.

Exhibetur utilissimè in cachexiis, obstructionibusque viscerum, & præservat mirificè à peste.

Dosis ejus est à guttis jv. *ad* viij. *&* x. *in liquore convenienti.*

UNGUENTUM CORDIALE.

℞. Vini Malvatici ℥j. Succi citri ℥iß. salv. Ol. juniperi ana ℥ß. amygdal. dulc. Aq. theriacal. ana ℥ij. Mithridat. opt. Theriac. *Andr.* ana ℥j. Misce, & in vase vitreo in arena leniter solve. Deindè add. colaturæ Ol. scorpion. ℥j. & ceræ parum, atque iterum leni igne diligenter agitando misce; ac tandem, additis Extracti nostri Pestilentialis ℥ij. Ol. amygdal. dulc. ℥j. citri ℈j. Zibeth. ℈ß. redigantur in formam linimenti.

EMPLASTRUM EX MAGNETE ARSENICALI.

Basis præcipua in hoc emplastro est Magnes Arsenicalis, cujus præparationem accuratiores Chimici ita instituunt.

℞. Arsenici crystallini, Sulph. flav. Antimonii crudi ana ℥iij.

Pulverisata omnia subtiliter, & mista pone in vasculum terreum, & super igne lento fac, ut leniter fundantur, cavendo tamen à fumo. Agitentur spathulâ ferreâ, donec nempè instar tere-

bin-

binthinæ dulcificentur, & color fiat rubeus sub obscurus. Postquam refrixerint omnia, materia in picis modum indurescit, priusquam verò hoc fiat, manibus oleo rosarum illitis, ex materia adhuc tàm molli formentur placentulæ, quæ in sindone collo appensæ simili modo ab infectione tutum retinent. (N. B. Fumus est fugiendus, qui venenatus est ex arsenico.) Verendum non est, etiamsi ex venenis perniciosis compositum sit. Sulphur nimium tùm antimonii, tùm arsenici virulentiam mitigat, eaque ad bonitatem magis idonea reddit.

Cæterùm ex hac ipsa compositione insigne fit causticum potentiale, quod nullam parit inflammationem, sed sine dolore cutim corrodit. Ex eodem fit præstantissimum emplastrum attractivum in peste, apostemata & carbunculos citissimè maturans, rumpens & venena potentissimè attrahens. Similiter ulceribus putridis & venenosis, curationem non facilè admittentibus, applicatum biduo vel triduo, venenum in marginem ulceris attrahit, inque nigerrimam & putidam escharam condensat, quæ butyro recenti, vel oleo rosarum emollita, spatulâ removetur, subtus ulceribus fundo rubro & mundo existente. Compositio emplastri est talis.

℞. Gumm. serapin. ammoniac. galban. ana ℥iij. Dissolve in aceti squillitici q. s. posteà per laciniam

niam linteam exprime, & ebulliendo viciſſim inſpiſſa, & ſerva. Deindè ℞. Ceræ, Terebinth. opt. ana ℥iv. Pulv. prædictæ compoſitionis ℥iij. Ol. ſtill. ſuccini ℥ij. Ceram & terebinthinam lento igne miſce, & extra ignem aliquandiu agita, donec ad ſpiſſitudinem unguenti redigantur, adde gummata ſoluta & colata, & viciſſim agitando diligenter miſce, exindè forma magdaleones, ac in veſica cum oleo ſcorpion. illita ad uſum ſerva.

Hoc emplaſtrum, ut etiam jam diximus, ulceribus & carbunculis peſtilentialibus more conſueto applicatum, ſubitò rumpit eadem, & venenum ex imo inſtar magnetis potenter attrahit, nec apertum ulcus coire patitur ante perfectam extractionem omnis venenoſitatis.

EMPLASTRVM RVMPENS.

℞. MAgnetis ℥ß. Terebinth. Ol. ſcorpion. ana ℥j. Maſtich. Succini Myrrh. rubr. Sarcocoll. Gumm. ammoniac. Cantharid. præp. ana ℥ij. Reſin. ℥iv. Ceræ ℔j. Miſce, fiat ſ. a. Emplaſtrum.

Quod ſuper alutam extenſum & ulceri applicatum emollit & rumpit.

EMPLASTRVM OPPODELDOCH, Vlcera peſtilentialia conſolidans.

℞. GUmm. galban. opopanac. ana ℥ij. ammoniac. bdellii ana ℥j. Macerentur in aceto diebus quatuordecim aut pluribus; melius enim.

Deindè

Deindè cola & coque ad crassitiem mellis. Tùm Lithargyrii pulverati libra una in Olei olivarum libris duabus leni satis igne bulliat, atque interim spathulâ semper move, donec acquirat colorem spadiceum. Remove ab igne, & paulò pòst adde Ceræ ℔j. & agita, donec liquescat. Liquefactis adde præparata gummata, deindè Ol. laurin. ℥iij. Quibus s. a. mixtis, & ab igne remotis paulatim immisce pulverem, qui constat ex Croci martis, Mumiæ, Magnetis, Mag. corall. rubr. & alb. ana ℥ß. Lapid. calaminar. Myrrh. rubr. Thuris mascul. Mastich. Radic. aristoloch. rot. ana ℥ij. Denique admisce Ol. succini in destillatione postremo loco prodeuntis ʒj. Cum verò penè refrixerint, forma magdaleones cum oleo hyperici.

EMPLASTRVM MVNDIFICANS ET CONSOLIDANS.

℞. Colophon. Ceræ ana ℥iv. Terebinth. laric. ℥j. Quibus leniter inter se colliquatis Unguenti popul. ℥ij. immisce benè, & mixtis adde Pulv. succini, thur. mastich. myrrh. aloës ana ℥j. Radic. dictamn. gentian. aristoloch. rot. ana ℥ij. Alumin. ust. ℥ß. Salis ʒvj. Camphor. ʒj. Misce s. a. & forma in magdaleones.

Usus ejus est non solùm in carbunculis, sed & in mammillis inflammatis & suppuratis. Quin conducit ambustis, & ulceribus, etiam antiquis, & fissuris quibuslibet. Vulnera punctim cæsimve inflicta sine omni pure curat. Excrescentiam carnis impedit.

ZE-

ZENEXTON PARACELSI

I.

PRimò fiat instrumentum chalybeum, in qu[...] efformari possint placentulæ ad ℥j. & ℥ß. circ[...] citer ponderantes: Instrumenti sint partes tres[...] In superiori, quod est instar majoris sigilli, e[...] serpens sculptus: in inferiori, quæ quasi parva [...] incudem repræsentat, est scorpius: Annulus ch[...] lybeus cavus sesqui digitum transversum circ[...] ter altus, continet materiam imponendam, n[...] elabi possit, sed premendo suprà & infrà effor[...] meter: sculptura instrumenti fiat certo syderu[...] cœlestium positu, Sole videlicet & Luná scorpi[...] nis signum ingredientibus. Eodem etiam tem[...] pore sigillantur illa pentacula, aut ad minimum[...] cum Luna scorpionis signum attingit. Sic eni[...] superiora cum inferioribus unione sympathi[...] indissolubili maritantur & copulantur.

Massa pro efformandis Amuletis seu Pentaculis Constellatis.

℞. BUfon. integr. sine transfixione, benè in a[...] re & solis ardore exficcator. ac pulveri[...] tor. sub aperto cœlo, mense Julio, naribus obt[...] ratis vel aversis, pistillo artificiosè pensili ℥ij. N[...] ta, nisi benè & citò exficcentur, foetent ac dif[...] culter teruntur. Octodecim bufones dant c[...] citer ℥ij. pulveris. Zenith juvencularum, seu sa[...] guinis menstrui primi, quantum haberi pote[...] Arsenici cryftallini albi, Arsenici rubri, seu au[...] pigmenti ana ℥ß. Radic. dictamn, tormentill. a[...]

℥iij. Margarit. non perforat. ℥j. Corall. Fragment. hyacinth. smaragd. ana ℥ß. Croci orient. ℈ij. Propter odorem aliquot grana moschi seu ambræ addi possunt. Pulverisentur omnia subtilissimè & misceantur, posteà tragacanthum resolvatur in aqua rosarum instar mucilaginis, cum quo pulveres impastentur & formentur (Sole & Lunâ in Scorpione existentibus, aut ad minimum Lunâ) Pentacula rotunda, & pistillis illis duobus, sub eadem influentia cælatis signentur: aut si mavis, parentur scuta, formam cordis habentia, posteà exsiccata sindone obducantur rubro, & cordis regioni appendantur per intermedium indusium.

Exteriùs collo appenditur funiculo sericeo, intermedio indusio ad regionem cordis: non solùm præservat à peste, sed impedit, quo minùs corpus à venenis seu morbis astralibus inficiatur: attrahit venenum ab intrà, & extrà illud consumit.

ZENEXTON PRO DITIORIBUS MAGNATIBVS.

LI.

CApsula ex auro conficiatur purissimo, cum fistula foraminibus plena, in medio quae fixa in uno latere veluti basis hærebit. In hujus anteriori parte exteriùs sapphyrus orientalis, præstantissimi coloris, adaptabitur, & in ejus circuitu Bufonum lapides quatuor, vel araneorum, qui formam crucis in dorso habent. Hoc enim

araneorum genus lapides minutos præ se fert: qui præsentaneum sunt in peste remedium, de collo suspendantur: in altera verò sive post riori parte hyacinthus unus justæ magnitudini simili modo aptabitur. Hisce ita absolutis, niatur Bufo vivus, & dextro pede posteriori gatus vivus & integer citra sanguinis emissione suspendatur versus orientem, donec perfectè aruerit, ac pulverisari possit, cave ne à pluvia ta gatur: & hic cum modico optimi præstantissim que aceti commisceatur, donec formam pas habeat, quâ tota capsula interius repleri undiq debet. Demùm fistulæ, quæ in medio pa extiterit, particulæ seu frustula aliquot ex lint (quod*primo virginis menstruo, quæ annum d cimum quintum nondum excesserit, madefact fuit) imponantur, adeò ut fistula plena prorsus compacta lintea existant. Foramina ejus gnitudinis esse debent, ut per illa Bufonis pu tangatur ab hujusmodi frustis:

Nam ex mutua operatione oritur sym thia utriusque, quæ postmodum conversis g dibus per antipathiam venenis usque adeò sistit, adversatur, ut ille, qui hoc amulet de collo tempore pestis suspensum gestave liber prorsus post Dei providentiam & bendus & certissimè dicendus sit: Id quod perientiâ & vivâ demonstratione callent qui veram ejus componendi rationem nori

N

Nota, aurea canna seu rimosa fistula superiùs postquam referta est, optimè & diligenter obstrui debet; requiritur ergò operculum ad modum cochleæ seu terebri, ut paretur cum annulo. Non semper opus est, ut Bufo sit planè exsiccatus. Iste enim tantùm in humoribus venenum habet. Bufo exsiccatus vel combustus in desperatissimo hydrope secretum magnum est.

Ad hanc massam conficiendam alii solo arsenico, tàm rubeo quàm albo cum tragacantho in aqua rosarum dissoluto, inque pastillos formato utuntur. Alii præterea addunt ad ℥ß. arsenici utriusque Radic. angelic. Zedoar. dictamn. Croci ana ℈ j. & cum tragacantho in pastillos formant, ubi multa ingredientia, ibi multus error.

ZENEXTA ALIA.

AD Periaptorum, seu Amuletorum, tempore pestis excollo pensilium, numerum hactenus allatum, accedunt etiam alia, quæ quidem genus seu materiam non mutant; præparatione tamen ab iis differunt. Est nimirum ingenii humani magna solertia easdem res in diversas figuras mutare satagentis, & nobilitatem suam indè monstrantis. Argentum vivum, in nuce avellana excavata, & postmodum exactè clausa ad collum pensili principale nomen Zenexti pepe-

rit, posteà arsenicum in eundem censum relatu[m] est. Utrumque potest, eâdem manente mate[ri]in magis aptam formam redigi, & majores uti[li]tates adferre. Hydrargyri enim vis attract[rix] magnetica attrahit ad se venenum pestilenti[ale] tamquam homogeneum quoddam, ut illud in[…] tàm in corpus ipsum, quod eodem attrahe[ndi] modo pollet, injurium sit, quàm à simili suo, [an]nexto nempè attractum, in eodem dissipa[…] fiat. Idem ad arsenicum translatum est; q[…] Amuleti genus primus invenit *Jacobus Carpe[nsis]* & alii posteà locupletârunt & comprobârunt: [...] dem Amuleto *Hadrianum Sextum* Pontificem [...] ximum à gravissima peste fuisse liberatum aj[...] *Fallopius, Montanus, Heurnius, Crato*, & alii[...]

ZENEXTON MERCURIALE.

℞. Mercur. viv. ℔j. Vitrioli *Ungarici*, [...] comm. ana ℥iij. Virid. æris ℔ß. Co[...] aceto vini vel etiam aqua in sartagine ferrea [...] va, lentè semper cum spathula lignea move[...] donec acetum vel aqua spadicei coloris fia[t] massa decoctorum sit instar pultis. Hanc [...] sam, abjecto liquore, exsicca cautè, & mercu[...] residuum trajice per pannum linteum, qua[...] transire potest. Massam in linteo reliquam [ex]tende super asserem mundum & lævigatum i[n] [...] emplastri, cum quadam tamen crassitie, & f[...] hînc indè sigilla constellata scorpii imp[...] etiam si placet, id observando tempus, quo [...] in cœlo Scorpionem percurrit. Figuras [...] impressas invicem vel cultro incidendo, v[...]

culiari ad id negotium facto circulari instrumento instar nummorum separa, & per noctem in aëre relinque. Intereà coagulabitur mercurius & indurabitur, ut ab aëre remotus instar metalli tinniat. Hos nummos signatos in usum serva, qui talis est.

Indue singulos sindone rubeo & more usitato unum ex collo gesta. Quod si igitur sindon tempore succedente fuerit ex colore rubeo in cæruleum mutatus, eum statim separa, & igne luculento crema. Tabulam verò eandem, recenti sindone munitam, denuò ex collo suspende, & subindè colorem immutatum observa. Exploratum nimirum est, quotiescunque pestis vel aliorum morborum epidemiorum tempore idem sindon, quo circumvolvitur tabella, ex rubeo in cæruleum abire visus fuerit, venenum attractum quidem esse, sed nondum planè consumptum. Ne igitur ipsius copia corpori noceat, conflagratio ejus sindonis veneno conspurcati inventa est. Hoc igitur in hujus periapti usu diligenter observandum est.

ZENEXTON ARSENICALE.

ARsenicum cum aliis speciebus mineralibus sibi admixtis, accersito etiam Mercurio, duplici modo in alias potest redire formas. Quarum prima hæc est. ℞, Arsenici rubri, Mercur. crud. ana ℔ß. Auripigmenti, Sulph. crud. ana ℥iv.

Misce primùm Mercurium cum sulphure modo. E liqua sulphur in tigillo lento igne, postea in idem semper agitando misce Mercurii crudum, donec nigrescat, & Mercurius totus sulphure consumptus fuerit. Posteà hanc massam tere, & cum reliquis speciebus permisce. Hæc omnia ex cucurbita adaptato alembico more usitato sublima, & partes aliquotæ sublimatione redigentur in rubedines admodum elegantes; sublimatum quod est, omne collige, abjectis fœcibus, & pulverem in placentulas cum tragacantho in aq. rosar. dissoluto tùm redde, *quas more solito sigillatas, sindone vel serico alio ex collo pensiles gesta, observatis nonnullis iis, de quibus ad Mercurium coagulatum facta est mentio.*

Titulus XXIII.

DE SPECIFICIS VENENATIS.

VEnenum debellantia seu Alexipharmaca occultâ suâ qualitate veneno resistunt, dicuntur etiam Antidota, Bezoartica.

Distinctio inter alexipharmaca & alexiteria non ubivis observatur, quòd nimirum illa contra deleteria & ore sumpta venena, hæc contra bestiarum ictus & venena.

Alexipharmacum est vel propriè, vel impropriè dictum.

Alexipharmacum proprie dictum est, quod totius substantiæ contrarietate in venenum agit.

Ob id contraria dicuntur esse. Venenum namque principio nostro vitali inimicum est, in quæ id tendit, ut illud corrumpat atque destruat. E contrà alexipharmacum vi suâ arcanâ substantiam corporis nostri, & præcipuè vitale principium roborat, munit & efficacissimè tuetur, ne venenis & deleteriis offendatur & succumbat. Ex parte tamen conveniunt alexipharmacum ac venenum, quia actio utrorumque à proprietate occulta progreditur, & utrumque cor petit.

Actio Alexipharmaci est duplex, & in corpus, & in venenum. In corpus qualitatem sibi similem, atque robur inducit Ut enim minima veneni lethalis seu δηλητηρίε particula, quam primùm in animalis corpus ingressa fuerit, totum id immutat, & sibi simili affectione alterat: pari ratione operatur alexiterium: immutat enim corporis qualitates in sui similes, & roborat præsertim spiritus vitales, ut sufficientes posteà sint venenorum impetui & insultui, & hanc actionem cum puris cordialibus communem habent. In venenum verò operatur illud expugnando. Totius enim substantiæ contrarietate, accedente naturæ adjumento, contra venenum insurgit, id obtundit & tandem debellat, quæ est propria alexipharmacorum actio.

Et hæc alexipharmaca magna ex parte qualitates manifestas nimiùm exuperantes habent, undè actio vehementior existit, & corpus non-

nunquam læditur. Undè alexipharmaco citra necessitatem non est utendum; nam non præsente contrario, in quod agat, harmonia illa, quæ ex temperie manifestarum qualitatum & occultarum exsurgit, turbatur, quod etiam in puriis cordialibus, si nimiâ quantitate sumantur, videre est.

Alexipharmacum impropriè dictum est, quod substantiæ similitudine venenatas qualitates attrahit.

Similitudo hujus substantiæ consistit vel in simili veneno aliud attrahente, vel in alia substantia veneno adhærente & familiari. Si priori modo consideratur; venenum unum alterius potest esse alexipharmacum; Quod patet in mercurio appenso, in Zenexto ex arsenico &c. in peste; sic enim venenum pestis, sive in corpore, sive in aëre existat, ab alio attrahitur, atque hoc modo cor liberatur. Tale alexipharmacum tantummodò extrà applicatur. Si altero modo consideratur: Venenatum quodcunque suam habet apud se vim alexipharmacam. Ea de causa scorpius contritus, & puncturæ suæ appositus extrahit proprium venenum, quia in carne ejus est vis alexipharmaca & naturalis attractiva, quam etiam deponit in oleum ejus.

Sic caro viperæ applicatur morsui ejus; pili canis rabidi impositi, aut hepar ejus esui datum curant morsum venenatum canis rabidi. Hînc fit, ut quodlibet ferè venenum transire possit in præstantissimum alexipharmacum, dum scilicet sub-

stantia

ſtantia venenata, quæ plerumque volatilior, à corpore id continente ſeparatur, ut tantummodò remaneat ſubſtantia veneno familiarior, & fixior. Sic ex arſenico, auripigmento &c. volatiliori parte ablatâ, bezoartica præſtantiſſima contra peſtem & multa venena præparantur, tutòque etiam exhibentur.

Sunt autem alexipharmaca duplicia, generalia & ſpecialia.

Generalia ſunt, quæ omnibus venenis adverſantur, & cor ſpiritusque vitales ita roborant, ne venenum facilè admittant. Imprimis in peſte, febribus peſtilentialibus atque malignis, & ubi venenum non innoteſcit, locum habent.

Specialia alexipharmaca ſunt, quæ certo cuidam veneno adverſantur. Sunt autem triplicis generis, vel uſurpantur contra venena vegetabilium, vel animalium, vel mineralium.

Efficaciſſima ergò contra omnia metallica, animalia & vegetabilia venena ſunt ſequentia medicamenta Chimica.

THERIACA METALLORUM.

℞. Mercur. reſuſcitat. part. IV. Reguli ſtellat. antimonii part. ij. Auri puriſſ. part. I. Liquetur aurum cum regulo, cui adde Mercurium concalefactum ſeorſim; Miſeantur invicem, & fiat maſſa, quæ pulveriſetur ſuper lapidem porphyriticum. Hæc materia coquatur lento calore in ſufficienti quantitate balnei Hermaphroditici, donec omnia probè fixentur.

Dosis erit à gr. vj. *ad* x. *in vehiculo quodam spe-cifico.*

THERIACA DE MUMIA CROLLII CORRECTA.

SOla Mumia est, quæ præsentissimum reme-dium adfert adversus omnia venenorum gene-ra. Primùm paretur Tinctura mumiæ in hunc modum. Eligatur cadaver hominis ruffi (quia in illo sanguis sincerior est & levior, illeque præ-stantior) integri, non mutilati, recentis sine ma-cula, viginti quatuor annorum vel circiter suspen-si, vel rotâ contriti, vel hastati per diem & noctem tempore sereno collectum. Hanc mumiam, hoc est, carnem musculosam femoris, pectoris, bra-chiorum, & aliarum partium, à duobus Luminari-bus, Sole nimirùm & Lunâ semel illuminatam ac constellatam, scilicet ab impressione lumina-rium, frustulatim & assulatim conscinde, & asper-ge pulvere myrrhæ, & tantillo saltem aloës (ali-quin nimiùm amarescit) posteà imbibe macera-do aliquot dies in spiritu vini, suspendatur p... dies 6. vel decem in sole, ac iterum imbibatur cum eodem spiritu vini, qui fit ex floribus sambuci priùs fermentatis, posteà more aliorum spirituum destillatis, tandem in aëre frusta suspensa sicce-scant, tunc assimilatur carni fumo duratæ sine fœ-tore: Et posteà spiritu vini s. a. vel spiritu sambu-cino tinctura rubicundissima digerendo extra-hatur.

Potest etiam oleum olivarum seorsim cum concisa mumia sicca (humiditas enim intolera-bilis

bilem illum fœtorem in digestione causatur) macerari per mensem, sic tingetur; de hoc tincto oleo olivarum, posteà ad libitum tincturæ mumiæ potest addi, antequam cum theriaca misceatur.

℞. Ergò Tinctur. seu Extract. mumiæ per spiritum vini, à qua tamen spiritus denuò abstractus sit, ℔ß. Theriac. *Andr.* ℥iv. Olei olivar. mumiati ℥ij. Sal. perlar. & corallor. ana ℥ij. Terr. sigillat. ℥ij. Moschi ʒj. Misce & digere circulando per mensem.

Plurimi morbi hâc Theriacâ de mumia perfectè sanantur. In peste tanta ejus vis est, ut, si ante infectionem fuerit administrata, nil prorsus incommodaturum sit venenum, & qui horis matutinis scrupulo uno utetur, eodem die non inficietur.

Infectus utatur ʒß. *vel* ʒj. *in aq. card. bened. vel cum aq. theriacali, vel ulmariæ.*

In apostematibus, carbunculo, anthrace, pleuritide maligna ʒj. *administratur. Proindè ex actis sex horis alteram drachmam adhibe, & qui illam horam attingit, ut secundam potiunculam accipiat, de salute certus est.*

Contra quævis venena certissimum remedium est. Dosis à ʒß. *ad* ʒj. *vel* ʒij. *in summa necessitate: si quis venenum hausit, offertur dicta dosis in* ℥j. *aquæ illius appropriatæ, ut in lecto medicinæ operatio exspectetur; vel etiam in oleo amygdal. dulc. ut patiens vomat.*

Hâc ratione pellitur, quicquid est bestialium & mineralium venenorum.

Per

Per mumiam hoc loco intelligitur non illud liquamen in sepulturis Ægyptiorum inventum, in quibus cadavera humana aromatis condita, multos per annos servata fuerint: sed secundùm Paracelsum est caro hominis violentâ morte perempti, aliquando in aëre asservati. Ejus extractionem, sed mysticam, docet Paracelsus l. 3. c. 10. de vita longa. Aliàs vocatur Paracelso Mumia patibuli. Cæterùm, quæ Crollius hic specifica & alexipharmaca enchiremata posuit, sunt talia, qualia aliàs non habentur: ideòque meritò magnifacienda. Si quæ aliàs vulgaria circumferuntur, illa nullo modo cum his comparanda sunt.

Alii mumiam ita præparant: Scilicet carnem musculosam femoris, pectoris, brachiorum & aliarum partium ejusmodi hominis assulatim seu frustulatim sed leniter incisam cum myrrha & aloë hepatica saltem seorsim, non coacervatim sine spiritu vini, vel cum floribus sulphuris ex croco, myrrha & aloë sublimatis, condiunt, & ita relinquunt per mensem in loco satis commodo, ut paulatim tantùm exsiccetur: deindè cum oleo olivarum recenti per mensem alium putrefaciunt, exprimunt, & ex oleo cum superfuso spiritu vini vel sambuci tincturam extrahunt; quam destillatione spiritûs adjecti ad consistentiam redigunt.

AR

ARCANUM THEOPHRASTI PARACELSI,

Ad quævis veneni genera præstantissimum, cujusmodi sunt: Mercurius sublimatus, Arsenicum, Napellus, pulvis adamantis, Virus araneorum & bufonum, Thora, Cerebrum felis, Menstruum.

℞. Recentem Ciconiæ sanguinem, quantum in suo corpore continet, destilletur per B. M. in vitrea cucurbita nova: aquam, quæ promanat, serva diligenter, & sanguinē coagulatum in loco paululùm calidiori exsicca, & contere in pulverem. Ventriculum ejus similiter exsiccari convenit, ac crucibulo impositum comburi tantisper, donec in cineres vertatur, è quibus cum proprio sanguinis liquore extrahendum est sal, id quod diligenter est custodiendum, & sanguini pulverisato conjungendum est.

Hisce in vitro satis capaci impositis addi debent Succini albi electiss. ℥j. Corall. rubr. Baccar. uvæ versæ (ein Beer) nigrar. & benè maturar. exsiccatar. & pulverisatar. Essent. mumiæ, Radic. anthoræ ana ℥ß. Lapid. Bezoartici veri ana ʒiij. Theriac. opt. ℥iß. Hæc cum oleo (quod è nucleis pini per validam expressionem conficitur) incorporanda & commiscenda sunt omnia simul, ac deinceps tantum olei superaddendum, ut trium digitorum vel quatuor latitudine idipsum emineat: Deindè orificio vasis diligenter obstructo insolentur; quò enim vetustior compositio hæc evaserit, eò melior & fortior.

Efficacissimum est medicamentum contra omnia metallica, animalia & vegetabilia venena.

Usus istius est, ut in omni veneno corporali, hoc est, externè assumpto, ejusdem detur ℥ß. cum haustu aquæ appropriatæ, vini, vel quod melius est, lactis, tepidè. Nam decima sexta pars horæ non transitura est, quin patiens veneni sumpti substantiam à se vel vomitu, vel secessu, vel sudore ejiciat, ac liber evasurus sit; qui deindè confortantibus refici ac auxiliari potest. Optimè hoc fit, si in recenti lacte priùs calefacto Magist. corrallor. ℈ß. quotidiè semel sumpserit.

Hoc arcano aliqui Magnates intoxicati, restituti sunt pristinæ sanitati, cùm priùs essentiis monocerotis & aquis theriacalibus, ac hujusmodi innumeris mediis frustrà usi essent. Imprimis illustris Comes Ludovicus de Nassavv, Princeps Vraniæ, VVilhelmi frater, cùm veneno intoxicatus esset, ab Albani Ducis militibus, nec ullis remediis (puta pulvere serpentum & aliis) adjutus fuisset. Factum est id Bergis Hannoviæ.

ESSENTIA VIPERARUM ITALORUM.

℞. IEcinora & corda viperarum No. 100

Ex-

Exſiccata & contuſa cum ſpir. vini rectifi-cato per 3. vel 4. dies & noctes digere. Ex-trahe ſ. a. junctis deſtillationibus adde (ad ℔j. Eſſentiæ) Sal. volatil. ℥j. fixi ʒß. Dige-re, ut optimè uniantur, quod per menſem unum atque alterum fieri poteſt, & habebis *ſummum & admirabile, quod à viperis exſpe-ctari poteſt, experimentum.*

Doſis ejus eſt à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo appro-priato,

TINCTURA AURI DIAPHORE-TICA.

FAc amalgama ex Sale & Mercurio, miſce cum pulvere fl. ſulphuris, cujus pondus ſit triplum reſpectu amalgamatis; pono hæc omnia ſimul in ſcutella forti, in parvo calore per horam unam, poſteà accende ſulphur, ut totum comburatur, & reperies aurum valdè ſpongioſum, quod pulveriſabis diligenter ſuper marmor, & inter terendum aſperges hunc pulverem aquâ vitæ optimè rectificatâ, & quando benè miſcuiſti, incen-de ignem in aquam vitæ, ut tota exardeſcat, & ita reperies aurum calcinatum, idque ter facias: tere denuò ſuper marmor, & adde Mellis & parùm Salis comm. præparati, po-ſteà impone ſcutellæ terreæ, & infunde a-quam

quam calidam, & move, & sine aliquandiu quiescere, filtra & lava, quousque nihil mel-lis & salis sit ampliùs, & erit subtilis, ut eo scribere possis, tunc incorporabis cum tri-plo olei tartari, & exsicca, & pone in ignem donec rubescat, posteà pone super mar-mor, & sol unà cum sale dissolvetur rubi-cundissimus: si unâ vice non dissolvatur, o-portebit, quod non est dissolutum, reitera-re. Hoc oleum pone in matracium cum optima aqua vitæ, & pone in balneo per 8 dies, & per alios 8. in cineribus calidis, & oleum reperies rubrum instar rubini: po-steà aquam vitæ extrahe per filtrum, ut sa-tartari separetur, Lava sæpiùs cum aqua vi-tæ, eamque incende, oleum quod reside-t serva ad usum.

Hujus auri potabilis virtutes tantæ sunt, ut eas numerare vix possim. Contra omnia vene-[illegible] genera est remedium præstantissimum. Et in pe-ste, dum cor vehementer laborat, pestilens vene-num repellit. In calculi maximis doloribus propinando v. vel VI. guttas cum vino albo, aut aliqua aqua accommodata confestim dolores [illegible] dat, & post horam unam calculum dissolvit, & foràs ejicit. Insuper apoplexiam curat, homi-nem brevi tempore pristinæ sanitati restitue[illegible]

C.

Cancro medetur, & omnia ulcera, apostemata interna curat; contra omnes morbos desperatos, & à Medicis derelictos, modò non sit prorsus humidum in homine extinctum, exoptatum medicamentum est.

BEZOARTICUM JOVIALE.

HOc secretum veri & periti Chimici mecum talem in modum faciunt & præparant.

℞. Regul, antimon. ℥iij. Jovis *Anglici* purificat. ℥ij. Liquefiant invicem & redigantur in pulverem subtilem, addanturque Mercurii sublimati ℥x. Quæ omnia inter se mixta & retortæ immissa destilla, tunc apparebit materia alba, quam butyrum antimonii Artistæ vocant. Hunc album & crassum humorem inde cucurbitæ, & destillando omnem humiditatem abstrahe, & tantum adde Spir. salis nitri, quantum pondus exempti pulveris requirit, & ex arena usque ad aridum destilla. Iterum exime, in pulverem redige, & abstractum liquorem unà cum ℥ij. Spir. salis nitri recentis suffunde, & secundâ vice, ut priùs ad siccitatem usq: abstrahe.

Album pulverem denuò exime, quàm minutissimè tere, & liquorem distillatum cum aliis duabus Spir. salis nitri unciis affunde, & tertiá vice destilla. Tùm demùm exemptum & tritum pulverem tigillo immitte, & ad ignem duas vel tres horas sine excandescere, & posteà ad usum repone.

In omnis generis imbibito lethali veneno, item in

febribus, peste scorbuto, morbis epidemiis, ac in omni-bus ac singulis uteri ægritudinibus, aliisque mu-rum morbis quamplurimis, ut etiam in omnibus ..bus, in quibus Bezoarticis & Sudoriferis est lo.. diaphoreticum est stupendum & efficacissimum ..cretum.

Dosis est à gr. iij. ad v. & vj. in aq. theriacali, .. decocto C. C. aut alio convenienti vehiculo.

SAL VOLATILE VIPERARUM GE-NUINUM.

℞. Viper. exsiccat. concisar. ac leviter co.. sar. unà cum hepatibus & cordibus .. illudq; cucurbitæ suo capitello munitæ, vel q.. melius, retortæ vitreæ immissum, recipiente .. liter amplo præposito, destilla aperto igne, .. tis ignis gradibus, donec ultimò extremâ flam.. rum violentià totum, quod inest, expulsum si ..

Peractâ destillatione Sal volatile non solù.. profecto liquore dissolutum existit; sed und.. etiam lateribus recipientis, variè figuratum .. hærebit, quod cum dicto in fundo recipi.. residente liquore eluendum, & ab oleo fœti.. mo vel per tritorium, vel per chartam empo.. cam artificiosè separandũ est, postmodũ ab a.. rente aquositate amara & fœtida per sublim.. nem in phiola oblonga, satis alta, in sabulu.. cineres collocanda, apposito etiam capitell.. strato, cui vitrum recipiens parvum saltem a.. ctum vel annexum sit (ne humiditas unà cum .. ascendat) liberandum est. Sublimatione.. peractâ eximatur Sal ex superna phiolæ pa..

apitello, quod ipsum albissimum erit & acutissimum, penetrantissimique odoris, ac summæ volatilitatis, adeòque nisi optimè in vitro cerâ probè obturato custodiatur, in auras brevi avolat.

Hoc Sal viperinum summas vires habet penetrandi, putredinem arcendi, obstructiones viscerum reserandi: hinc & egregiè confert in omnibus febribus tàm malignis & contagiosis, quàm mitioribus, epilepsia & apoplexia.

Potest autem in quocunque liquore, modò ille non sit acidus, propinari. Omnia enim acida naturam salium volatilium immutant; hinc adeò fit, ut eadem posteà diversas non nihil edant operationes.

Sed cùm ob odorem & saporem ingratum ea alia delicatulis nonnihil adversentur, tale vehiculum elicere necessum est, quod salis saporem acutissimum demulcere, non tamen ejus virtutis infringere possit. E cujus genere accommodatissimæ sunt emulsiones ex seminibus nonnullis unctuosis, aut fructibus aut potius nucleis oleaginosis.

Dosis est à gr. v. ad ℈ß.

Figitur eodem modo, quo sol volatile microcosmi, nisi quod loco spiritûs proprii salis fixi, qui nullus est in viperis, & ex capite mortuo modo consueto elicitur, sumatur spiritus salis commu-

 nis.

nis. Salis fixati dosis est à ℈ß. ad ℈j. in juscu
vel vino.

PULVIS VIPERINUS ALEXIPHARMA-
CUS.

℞. PUlv. viperin. simpl. ℥iij. Sacch. albiss. ℥
Sal. viperin. volatil. ʒß, Ol. still. myrrh. an
gelic. citri cortic. rec. ana ʒß. Misce exactè,
fiat pulvis subtilissimus, cujùs dosis est à ℈j. ad ℥
vel etiam urgente necessitate ad ʒj. in aqua alicq
alexipharmaca.

Imprimis excellit hic pulvis contra ven an
quæ sui generis sunt, cum extractis bezoartic
vel theriacâ exhibitus. Idem in peste, pleu
tide maligna, in hydrope, in tabe, phtisi ab ac
bus fluxionibus valdè commendatur: item in
parùm confert in affectibus cutaneis, in psora
ipsa lepra.

ALCOHOL SERPENTUM,

Præcipuè viperararum contra omnia ve
na; Remedium tàm θεραπευτικὸν quàm
προφυλακτικὸν.

POst excoriationem serpentis, intestina, ca
& cauda auferantur (pinguedo ab intestini
parata seorsim pro singulari ophtalmico asse
tur) reliqua caro cum vino elota, cum cord
jecore post lentam exsiccationem in alcoho
digatur, *ac in jusculo vini generosi, vel alio liq*
convenienti sumpta, sudore plerumque subsequ
venenum ad cutim propellit, tanquam Theam

lapis, qui ferrum longè à se expellit. Quod si quis huic testimonio & experimento consentire noluerit, non damnet veritatem, nisi priùs quod testatur, aut contrarium assecutus sit. Hoc medicamento magnâ pecuniâ à quibusdam empto cum fiducia uti licet, nec quisquam Medicorum ejus usu famam unquam periclitabitur.

Dosis à ʒß. ad ʒj. in haustu vini malvatici, vel sujsculo vini generosi.

Efficacia hujus medicamenti non pariet illis admirationem, qui sciunt, plerumque in natura apud suum venenum latere etiam medicinam: & quia mala majori bono copulata naturâ consistunt; ideò multi populi carne viperinâ vescuntur, longitudinem vitæ præ se ferentes, idq; nullo præeunte horrore, nullove subsequente periculo. Non ergò sine causa Baldus Angelus in suo Libello de admirabili viperarum natura in sequentia verba erumpit: Illud unum venit mihi in mentem vehementer admirandum, serpentis astu in orbem terrarum mortem intrâsse: illud etiam mirum ex viperæ serpentis nece, & ejus carne ab omnibus gravioribus morbis atque venenis curari & in pristinum restitui: sed continuato viperinæ carnis esu, ab omnibus morbis præservari, hoc certè totum omnem admirationem superat & excedit.

Serpentum seu viperarum antidotus, non ita

diu in usum medicum venit, quâ hactenus s paucis annis nihil communius fuit, non tàm a pud Magnates, quàm etiam apud alios, & inf rioris sortis homines. Viperarum sal olim in us magno fuit apud Galenum, ac ex viperis magn illa confectio, Theriaca scilicet, tùm vires, tùm nomen suum prius cepit. Colligendæ autem sun ineunte vere, priusquam intra sese ova conc piant, tunc temporis nimirùm non tàm succu lentæ sunt, & prætereà videntur carere balsam uberiore seu præstantiore. Circa diem Greg rii, sed non ante horam nonam egrediuntur. C ptura non est periculosa, modò prehensor non meticulosus, nec etiam nisi statim post caput a prehensionem moliatur. Solent nimirum mo dere, imprimis viperæ, à quarum morsu tam tutus esse potest, qui vel pulvere prophylacti se muniverit antea, vel statim post morsum undem pulverem pro therapeutico assumpserit

Præparatio pulveris admodum facilis est, n eget aliquo artificio, saltem excoriatio rectè fi quam facilè præstamus, si funiculo ex collo se pentes ad clavum appendantur, ac cute cultro cuto in collo circum circa levi fissura quasi ape tâ instar anguillarum excorientur, posteà, int stina, caput & cauda auferantur; sunt tamen sibus asservanda. Nam intestina exsiccata,

n pulverem trita omnis generis affectibus epidemicis majorum & minorum animalium, imprimis verò ovium, & equorum medentur, si istius pulveris aliquot grana cum sale ingerantur. Caput utile præbet periapton in febribus intermittentibus: Cauda exsiccata dolorem dentium tangendo tollit: pinguedo, si cum adipe coturnicis & thymali piscis misceatur, non tantùm ophtalmiam; sed ungues & alia oculorum vitia tollit, visumque mirificè acuit. Tota verò caro reliqua elota cum spina leniter exsiccatur, vel per se, vel etiam in clibano post exemptum panem, pulverisaturque. Huic adjiciuntur corda, lingua & hepata ad majorem facultatem virium. Alioquin seorsim hæc asservantur pro confectione pulveris prophylactici, contra omnis generis venena, etiam ad aliquot annos.

Dosis verò hujus est minima, à granis scilicet v. ad vj. & ℈ß. vel gr. xv. Illius verò possunt ℈ij. vel ℈iij. ad summum exhiberi.

Nec verò hujus usus est tantùm in venenis assumptis propellendis seu enervandis (venena nimirum qualibet sine sensibili evacuatione eorundem, statim ab assumpto alexipharmaco mitescunt, nec quicquam incommodi amplius pariunt) verùm etiam in aliis morbis singulariter

eum prodesse experientia testatur. 1. In morbo Vngarico seu febre causode, cum vehiculis convenientibus datur ad sudorem proliciendum, quo ritè rectèque commoto, facilè morbus cedit. 2. In pleuritide, præsertim maligna, nihil præsentius, si ejus dosis in aqua scabiosæ tempestivè detur, ac sudor indè provocetur. 3. In tabe seu phthisi, ab acribus fluxionibus capitis ad pulmones delapsis, egregiè valet, si ejus ʒj. cum salis mensalis ʒj. misceatur. Sal verò priùs in ligno tornato & excavato, ac deinceps simili cum operculo occluso, in igne calcinetur, donec lignum absumptum fuerit; tùm pulverisato tandem alcohol serpentum miscendum est, & ad quemlibet cibum assumendum. 4. In hydrope similiter ejus usus aliquoties repetitus laudatissimus est. Cætera, quæ communiter de hoc pulvere dicuntur, in medio relinquimus. Hæc quæ addidimus, scimus esse toties experimento tum nostro tum aliorum comprobata.

MAGISTERIUM EX SPINIS SERPENTUM NOSTRATUM.

℞. Spinar. serpent. ℥iv. solvantur in filtro spiritu vitrioli Philosoph. pedetentim transcolando; solutioni affundatur spiritus vitrioli & sensim atomorum crassarum instar præcipitabitur; præcipitatum edulcora aquâ simplici, & exsiccatum usui serva.

D...

Dosis est à gr. x. ad xx. in vehiculo apropriato; & certè in omni veneno assumpto mira præstat.

RUBINUS ARSENICI DIAPHORETICUS.

℞. ARsenic. q. v. sublima bis vel ter in arena, semperq; separa pulverem subtilissimum, qui in cucurbita instar farinæ volatilis adhæret. Est enim arsenici venenum; partem crystallinam misce exactè cum fl. sulph. ana & sublima.

Datur hoc Arcanum ad sudorem ciendum in morbis malignis & venenatis. Est quoque specificum in affectibus pulmonum ex crassis catarrhis. Extrinsecùs si adhibeatur, curat omnia ulcera maligna curatu difficilia.

Dosis est à gr. v. ad viij. in convenienti vehiculo.

ARSENICUM TER SUBLIMATUM, ET DULCE.

ARsenicum primò in vase sublimatorio sublimatur, deindè coquitur per duas horas in aceto optimo; sic enim nigredo tollitur: & lævis quædam farina corrosiva. Posteà iterum sublima cum squama æris, quâ pars terrestrior venenosa retinetur. Tandem bis aut ter cum sale communi præparato sublima; sublimatum in aqua calida edulcora perfectè.

Hujus Arsenici sublimati & dulcis dari possunt securè etiam internè iv. v. vj: & viij. *grana; benignè, & sine ulla perturbatione ea venena cum admiratione expurgat, quæ aliis catharticis nullatenus*

cedunt. Potest & per deliquium in oleum redigi, & ita ulceribus maximè utile est.

ARSENICUM FIXUM DIAPHORETICUM.

℞ PUlv. arsenici fixi q. v. Imbibatur oleo tartari, per diem aliquoties (ter) Denique dissolve materiam in aqua vitæ, ut extrahatur & separetur totus sal, & restabit pulvis albus & fixus, quem separa.

Sudorem in morbis venenatis egregiè movet, eosque expellit. Datur cum theriaca. Dosis ejus est à gr. iij. ad v.

Arsenicum fixum ita præparatur.

℞. CRystall. arsenici, Sal. nitri purificat. ana ℥ij. Misce ac injice per vices in crucibulum, versaque spathulâ, (cavendo fumum) donec cesset ebullitio. Postquam cuncta injeceris, da ignem fortissimum per horas vj. & plures. Tandem edulcora, sal nitri aquâ calidâ separando, remanebitque in fundo pulvis albissimus arsenici fixi.

Nota. Felicius hæc calcinatio procedet inter dua crucibula luto connexa, cum spiraculo ad fumi egressum. *Phil. Mullerus* tertiâ vice calcinationem illam cum nitro repetit, pulverem singulis vicibus aquâ edulcorando.

Inservit oleo per deliquium præparando ad vulnera, ut & Arsenico fixo diaphoretico.

TIT.

TITULUS XXIV.
DE
SPECIFICIS ANTIVENEREIS.

Luem veneream frater *Basilius Valentinus*, qui *Maximiliani* tempore vixit, morbum militarem novum appellavit. Ea verò, nisi se manifestet tuberculis & pustulis, quæ hinc indè per totum corpus, præsertim verò circa frontem & nares ob scœnas ac femora maximéque circa genua solent pro rumpere, sæpius occulta est, faciléque imponit & facit, ut, quamvis recens haud rectè curetur, inveterata verò difficulter cedat. Accurato itaque judicio opus est. Hoc verò unicè dependet ex confessione ipsius patientis. Medicus ergò sit in interrogando πολύτροπος, ne æger diffidat. Sunt enim, præter illos manifestos gradus, quos *Fernelius* quatuor fecit, etiam alii, qui, propter communia cum aliis morbis symptomata, difficilè cognoscuntur. Eos omnes & singulos significabit concubitus cum scorto. Quẽ si patiens fatebitur, licèt symptomata fuerint communia, rectè tamen, ut infectus, curabitur.

Quare pro infecto, etiam aliis signis non apparentibus, habendus est, cui dolores sunt in coxis & humeris & mediis artubus; præsertim à nocte concubia ad auroram exacerbantes: cui serpigine & lichene infestata est tota cutis, sed in collo potissimum ac capite scabies, & in ano mariscæ oriuntur: cui hæ vel condylomata adsunt juxta dolores suprà propositos: cui fœdæ verrucæ sunt

in

in manibus pedibusve & labiis: cui postcoitum urina vehementer ardet cum cambuca sive urethræ inflammatione, & glandis exulceratione: cui cum pudendi scabie & bubonibus dolent artus: cui denique licèt istorum nihil adsit, dolores repetunt cum noviluniis, & tempestatum mutationibus in artubus & capite.

Morbo cognito deinceps, quamdiu duraverit explorandum. Recens quippè faciliorem & breviorem; inveteratus contrà diligentem & difficilem curam habet.

Utraque fundamentum collocat in medicamentis mercurialibus & antimonialibus ritè præparatis. Sequentia ergò in hoc morbo difficili radicitùs curando omne punctum ferunt.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS AUREUS.

℞. AUri puri & fini subtiliter laminati ℥. Quod calefactum, non tamen totaliter candefactum, injiciatur in Mercurii vivi, super ignem in crucibulo collocati, & pariter calefacti donec stridorem quendam edat, ℥viij. Agitentur & misceantur exactè ferreo stylo, ac protinus antequam mercurius effumet, ab igne removeatur, inque aquam amalgama profundatur, cum sale & aceto probè sæpiúsque lavetur, ad omnem nigredinis & impuritatis ablutionem, donec æthereum veluti acquirat colorem. Accipe hoc amalgama, illudque toties sale & aceto ablue, quousque omnis ablata nigredo, & colori æthereo simillimum evadat; idque iterum atque iterum

rum tamdiu super porphyrite, aut in mortario vitreo tere, donec per linteum totum exprimi atque cogi queat. Hoc jam vitro sat largo include, sed quod fundo constet planissimo, ad orbis duplicati formam, uno quasi supra alterum collocato; & solo calore arenæ moderato præcipita in pulverem rubicundissimum aliquot septimanarum spatio, & nancisceris *medicamentum, adversus multifarias humani corporis infirmitates præstantissimum; luem præsertim veneream & exinde natos affectus alios, vix curabiles.* Quem Mercurium præcipitatum aureum si ulterius elaborare, augmentare, fermentare, & ad fixitatem deducere animus sit; rem haud exigui fortassis momenti consequemur: idque eò felicius, si, in locum vulgaris Mercurii, Mercurium antimonii, vel nativum virgineum substituemus. *Dosis ejus est à gr. ij. ad v.*

MERCURIUS PRÆCIPITATUS SOLARIS ALIUS.

℞. Auri puriss. per antimonium purgat. ℥ß, vel ℨv. Mercur. Virgin. purificati, & per corium sæpiùs expressi ℥ij. seu, loco hujus, Mercurius, septies cum regulo martis stellato, & lunâ subtiliter limatâ, sublimatus substituatur.

Fiat amalgama, uti moris est, in crucibulo, igne moderato, aurum candefactum in mercurium actu calidum projiciendo. Hoc amalgama toties lavetur aceto & sale, quousque nulla amplius nigredo conterendo & abluendo conspiciatur: hinc siccetur, & si fieri possit, per telam raram prema-

prematur. Huic amalgamati loto, & probè mundificato, porrò adde Præcipitati rubicundissimi per se facti ℥ij. Conterantur diu multumq; in matracio vel mortario vitreo, quoad benè uniantur; immittanturque phialæ planæ, vel ovco etiam Philosophorum Hermeticè clauso, ac per gradus ignis denuò ad siccitatem & summam rubedinem reducantur.

Virtutes præstantissimi Præcipitati hujus solaris haud exiguæ sunt; diaphoreticæ potiùs, quàm purgantes. Luem veneream eradicat: lumbricos enecat: febresque, repetitâ suâ exhibitione pauculorum granorum pondere curat.

Mercurius præcipitatus rubicundissimus per se factus ita paratur.

℞. MErcurii vivi, decies cum sale & aceto loti, ac toties per corium expressi ℥iij. vel jv. Immittantur phialæ, ita, ut ejus fundum solùm mercurio operiatur, ad æquilibrium exactè in arenam collocatæ, ne mercurius in unam phialæ partem confluat, sed æquabiliter fundum tegat. Subdatur posteà ignis lentus; qui progressu temporis nonnihil augeatur, donec Mercurius in pulverem rubicundissimum præcipitatus sit: quod plerumque sex septimanarum, aut duorum mensium spatio, si continuatâ serie ignem debitè rexeris, ne violentus nimis, nec admodum etiam debilis existat, absolvetur.

MER-

MERCURIUS SUBLIMATUS RUBEUS DULCIS.

EXtrahatur ſal ex capite mortuo aquæ fortis, quæ ex æquali parte vitrioli & nitri deſtillata fuerit. Hujus ſalis accipe ℥v. vel vj. eique ſuper imprimatur, ſub continua agitatione, per corium vervecinum, Mercurii vivi purgati ℥iß. ℥ij. Conterendo diu in mortario vitreo, vel in patina lignea, quousque Mercurius vivus non ampliùs conſpiciatur. Hinc ſublimetur in alembico gradatim, modo ſuprà exactè edocto: & adſcendet primò luteus; ſecundò croceus; tertiò rubicundus ſublimatus: quem ſeparatim ſervabis, reliquis cum pauculo vivo adhuc mercurio ſeparatis. Et hæc operatio ſpatio 24. horarum vix abſolvetur.

Doſis ejus eſt à gr. iij. *ad* iv. *&* v. *in vehiculo appropriato.*

MERCURIUS DULCIS SOLARIS.

℞. MErcurii dulc. iteratis ſublimationibus candidiſſ. facti, ℥ij. Croci auri n. m. parati ℥ß. Miſceantur exactè contritione diuturnâ ſuper porphyrite lapide. Hinc phialæ planæ immiſſa, calore arenæ per menſem, & ultrà, moderato igne in pulverem rubeum convertuntur.

Hic pulvis eſt Medicina præſtantiſſima in morbis è lue venerea obortis; febribus item diuturnis curandis, & cordi roborando efficax.

Doſis ejus eſt à gr. viij. *ad* x. *&* xv. *in vehiculo convenienti.*

MER-

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ANTIVENEREUS.

℞. Mercur. purgat. ℔j. dissolve in q. s. aqu fortis, factæ ex vitrioli ℔iij. & Nitri ℔ Posteà destilla per alembicum ex arena sensim a quam & spiritum. Postquam aliquantulum sp ritus desinere incipiunt, auge ignem, ut vitrum parùm candeat, ac spadiceum quodammodo ap pareat: sic enim in alembico, & ad spondilia cu curbitæ ex Mercurio flores inutiles flavi & sub rubei sese elevant. Omnibus refrigeratis exim & frange cucurbitam, rejectis ad spondilia flo bus inutilibus, & in fundo rubeum pulverem in venies, quem tamdiu in aqua calida in paropsi terrea lava, donec nihil acredinis supererit. D indè eidem pulveri exsiccato affunde oleum fa tartari, ad supereminentiam duorum digitoru abstrahe iterum ter destillando in arena ph gma. Sed tertiâ vice auge ignem, etiam fun cucurbitæ paulum ab igne rubescente, atq hoc modo adscendit mercurii quædam por cruda, seu viva, quæ omninò separanda. R ctam in fundo materiam contunde, & aquâ d calidâ toties elue, donec nulla salsedo, nullæq sordes amplius relictæ fuerint, solo nempe p vere rubeo relicto, quem exsiccatum, & in c curbitam positum imbibe cum aqua ovorum septem vicibus eandem ab eodem in arena p alembicum abstrahe. Relictum in fundo, aq calidâ aliquoties lava, effusumque spiritum rectificatum septies indè destilla, cohobiis tot

I

petitis. Tandem exempto pulveri alcohol vini affunde, ut benè humectetur, quod admoto igne succende, & tamdiu spathulâ ferreâ move, donec ardendo consumptum sit.

Dosis est à gr. iij. ad v. vel cum succo glycyrrhizæ, vel cum extracto panchymagogo Crollii.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS VIRIDIS.

SOlve seorsum in Aq. fortis duplo Mercurii ℥iij. Veneris ℥j. Deinde solutiones conjunge, & ex arena per retortam destillando separa aquam fortem, sub finem vehementius ignem urgendo, ut maxima pars spirituum corrosivorum tollatur. Quod in fundo restat, tere, & cum aceto in cineribus per sex dies digere, ac tandem ac aliquantum ebulliant, ut potissima mercurii pars in aceto solvatur. Acetum eo impraegnatum decanta, & leni igne destilla ad siccitatem, & in fundo restabit praecipitatus viridis.

Hic specificum est in gonorrhæa virulenta & lue Gallica, si à granis jv. ad viij. exhibetur in conserva rosarum.

MERCURIUS PER SE PRÆCIPITATUS.

FIunt in officinis vitrariis compressæ & latæ phiolæ, intùs vix latitudinem unius cubiti altæ ac angustissimi vix acum admittentis orificii; juxta latitudinem immittatur Mercurius crudus, probè & planè purgatus, ut tandem fundum cooperiat, & pars vitri aliqua saltem à superiori tegumento vacua remaneat. Eam igitur definite ad-

modum in arena ad æquilibrium colloca, ut nulli-bi Mercurii quantitas altior depressiorque pro-pter situm forsan inæqualem, existat, ac coqu-primùm lento, postmodùm fortiori igne, donec sponte suâ in pulverem rubicundissimum inst-cinnabaris abeat, qui edulcoretur sedulò aqu-cordialibus vel spiritu vini.

Exhibeatur à gr. jv. ad vj. Sudores valdè movet & luem veneream septies vel sexies exhibitus peni-tùs eradicat & eliminat, si cætera quoque ad ha-curam necessaria in promptu fuerint. Febres, p-tridas etiam omnes planè, tàm continuas, quàm in-termittentes, tollit.

MERCURIUS DULCIS SINGU-LARI MODO PRÆPARA-TUS.

℞. Mercurii crudi, & Reguli antimo- cum Mercurio sublimato ad buty- eliciendũ facti ℔ß. vitrioli rubificati ℥iv. S- fusi ℥vj Misce simul, & in sublimatorio- treo desuper funde Aq. fortis q. s. (in rep- titionibus aqua fortis non adfundenda - sed saltem sublimatum cum capite mort- miscendo, adscendit Mercurius albissim- sublimatus, quem denuò cum capite m- tuo misce, & tandem sublimato denuò - tertiâ vice repetito, ℞. Hujus sublim- ℥iv. adde ejusdem Mercurii vivi ex re- lo antimonii facti, Fol. lunæ, & talci la-

gati ana ℥j. Fiat pulvis, ſublima in phiola, & quidem ex arena quatuor vicibus. Poteà pulverem Mercurii in Phiolam conde, & in arenis calidis per integram horam, vel etiam ulteriùs ſublima; ſic nimirum egregiè albeſcit.

Morbum Gallicum recentem perfectè curat. Singulis octo vel decem diebus ejus grana vj. ad xv. in pulpa pomi aſſi exhibendo, & diætæ convenientis regulam obſervando.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS DIAPHORETICUS PARACELSI.

DIſſolve Mercurium à ſole vel luna deſtillatum & purgatum in aqua fortis quam ex matracio colli prolixioris, cum alembico proportionato, abſtrahe, igne tertii gradûs, cum bina cohobatione (ſemper reaffusâ aquâ priori, ſed cum uncia una atque altera recentis aquæ fortis fortificata) ut Mercurius fiat rubeus, qui edulcorari debet calcinando in crucibulo, inter prunas accenſas, continuò virgà ferreâ movendo, per horæ quadrantem poſteà; vel cum aqua ſequenti debet figi. ℞. Aceti deſtillati ℔ij. Phlegm. aluminis ℔ß. Calcis

rever-

reverberatæ testarum ovorum ℥vj. Destil-
la simul ad siccitatem.

Hujus Aquæ ℞. ℔iij. Mercurii suprà d
cti præcipitati ℔j. Misce & digere per d
em naturalem: Posteà destilla per alemb
cum cum ternis cohobiis, ignem augend
sub finem, ut materia probè siccetur, qu
circulari debet per diem naturalem cu
spiritu vini. Posteà destillatione separ
tur spiritus, & denuò circulatur & destill
tur. Hoc quartò repeti debet.

*Hic Mercurius præcipitatus ad infinitos mo
bos pellendos: & maximè luem veneream comm
datur, sive interiùs à gr. iv. ad vj. vel viij. sumat
(quia ita elaboratus saltem sudores provocat) s
exteriùs cum butyro aut alio medicamento app
cetur.*

MERCURIVS VENERIS DI- PHORETICVS.

℞. Limatur. Veneris ℥j. Mercurii m
teorisati ℥ij. Salis armoniaci ℥i
Tritis & simul mixtis, inde ea matracio i
mo, dando ignem arenæ, donec instar ce
omnia liquescant. Tùm matracium
calens frigidæ impone, ut in partes dissili
& mercurius subviridis effluat: quem
siccatum in retortam parvam, cum spir. s
phuris vel vitrioli, in cineribus, per di

na.

maturatem digerendum collocabis: & postea cum binis cohobiis in arena destillabis: unde inque ablues bis aut ter aquâ dulci, & ultimâ vice aquâ cordiali, seu spiritu vini.

In lue venerea radicitùs curanda nihil hoc præcipitato est præstantius; in principio quidem datus movet vomitus, sed repetitus tantùm per sudores mali mineram expellit omnem.

Dosis gr. j. vel ij. in aqua appropriata. Præstantissimum etiam remedium diaphoreticum bezoarticum est contra pestem; si intra 12. horas à veneno hausto sumatur, à morte præservat.

SVLPHVR MERCVRII, SEV AQVILLA COELESTIS.

℞. MErcur. sublimat. (cum sale & vitriolo elevat. (q. s. affunde acetum destillatum, stent per septimanas aliquot, ut extrahatur flavedo s. a. Decantatos liquores destilla ad siccitatem, & habebis pulverem rubeum, qui verum Mercurii sulphur est.

Nos maxima huic attribuimus præconia in curanda podagra, epilepsia, morbo Gallico &c. Quorum radices per sudorem expellat.

Dosis est à gr. iij. ad iv. in vehiculo appropriato.

SAL MERCVRII.

℞. Corpus ex præparatione Olei mercurii fragrantis residuum, affunde iidem oleum fragrans digereque & extrahetur sal mercurii. Extractioni decantatæ affunde Spir. vini quantitatem bonam, demùm abstrahe spiritum vini in cinere, & ascendet pòst spiritus vini & oleum Mercurii, relicto sale in fundo.

Summum & efficacissimum arcanum in extirpanda lue venerea, etiam radicata & inveterata; sanguinem mundificat, adeòque omnis generis ulcerib⁹ cum & sine malignitate conjunctis medetur, scabiei confert, impetigines sana[t]

Dosis est à gr. j. ad ij. & iij.

CINNABRIS PRÆCIPITATA DIAPHORETICA.

℞. Cinnabar. vulg. ℥j. Salis decrepitati ℥ij. Simul tere & misce: & matr[i]cio impone, quibus superfunde Spir. sulphuris per campanã facti ℥iij. Digere per triduum in cineribus, tandem igne violento arenæ fac omnem humiditatem evaporar[e]. Manebit in fundo massa alba, quæ frequenti ablutione edulcorari debet.

Do[sis]

Dosis à gr. vj. ad x. in morbis venereis maximè. Datur aliquot diebus cum conserva rosarum, & ℥iv. vel iij. decoctionis primæ sarsæ parillæ.

TURBITH MINERALE RUBRUM.

℞. Mercurii præcipitati rubri simpl ℥iß. Cui superaffunde Ol. tartari per deliq. fact. tantundem. Digere per unum alterumque diem; hinc aquâ simpl. affusâ, edulcoretur, parumque lenissimo igne calcinetur; ultimo spiritus vini rectificatissimus, super ipsum accensus, conflagret, ac pulvis usui reponatur. *Cujus dosis gr. v. vj. ad viij.*

Vel sequenti modo parari potest.

℞. Mercurii legitimè sublimati ℥ij. Solvatur in aq. simpl. aliquot guttulis saltem ol. sulph. acuatæ q. s. Solutio filtretur per chartam, ac uno alterove die leni calore digeratur; tandem olei tartari per deliq. facti q. s. guttatim instilla, ut præcipitetur pulvis rubeus; qui ab aqua separandus, edulcorandus aquâ sæpiùs affusâ, ac usui asservandus est. *Ad morbos venereos laudabiles virtutes habet. Cujus dosis gr. iij. v. vj. & viij. in vehiculo convenienti.*

AURUM VITÆ.

EX una parte Auri foliati, & sex partibus Mercurii purgatissimi fac amalgama in ovo Philosophico; affunde aquæ philosophicæ tantum, ut emineat, fiat solutio seorsim servanda. Mox sume Fl. alb. regul. antimonii, simplici sublimatione paratorum part. 1. suprà dicto auro æqualem, & in duplo aquæ philosophicæ solve; hanc solutionem prædictæ permisce, deindè destillando aquam philisophicam abstrahe, ut vitrum igne candeat, massam in fundo eximetere, pulverisa, & vitro inditam affusâ novâ aquâ philosophicâ, solve, destilla ad siccum ut priùs; hic labor quinquies vel sexies repetendus, semper ea, quæ in alembicum, vel ad vitri latera sublimantur, abjiciendo. Tandem massa exempta pulverisatur, & vasi fictili vitreato imposita, ad aquæ philosophicæ spiritus evaporandos candentibus carbonibus tantisper adhibetur, quoad pulvis puniceum contraxerit colorem. Huic toties aqua destillata calida affunditur, lavatur, dulcoraturque, quoad omnino insipidus evadat. Huic affunditur spiritus vini rectificatus, & trium vel quatuor dierum spatio, lento ignis calore digeruntur

deinde

deindè ſpiritus vini deſtillatur,ut antè,idque ſex vicibus. Tandem affunditur ſpiritus roſarum,vel aqua fragrantiſſima 3. vel 4. diebus; in loco calido digeruntur,deſtillantur, & novâ affuſâ aquâ, idem labor ſexies repetitur; & ſic habebis verum Aurum vitæ.

Optimè valet hoc ad evacuandos viſcoſos, craſſos & tartareos luis venereæ humores. Doſis gr. vj. cum conſerva roſarum, vel theriaca. Idem hoc aurum vitæ cum diaphoreticis mixtum, ſolùm ſudores movet, & multis affectibus medetur. Cum recenti butyro & aliquo emplaſtro permixtum, & cum cerea candela inditum,penis ulcera,callos & carunculas ſine dolore ſanat.

SULPHUR ANTIMONII EX VITRO.

℞. Vitri puri antimonii q. ſ. tere id in pulverem ſubtilem, & inſtar farinæ impalpabilem,impone vitro prædito fundo planiore, quod cucurbita dicitur, affunde acetum forte benè rectificatum, & impone igni digeſtivo, vel ſi æſtas ſit, ſoli expone, movendo id quotidiè ſemel iterumque, in eoque languido calore tàm diu digeratur, donec acetum contrahat flavum colorem, vergentem ad rubrum, qualis eſt auri mundiſſimi & benè purificati; tum effunde extractionem hanc claram & puram,affunde acetum denuò, & reitera hanc operationem, quamdiu acetum tingitur, ubi nulla ampliùs tinctura extrahi poteſt, miſce omnes has extractiones,filtra, & cucurbitæ impone,adde ei galeam, & per B. M. deſtilla ace-

tum,

tum, donec in fundo remaneat pulvis flavus ad rubedinem vergens: affunde aliquoties huic pulveri destillatam aquam pluviam, eamque destillando extrahe, iterumque affunde recentem, & destilla, repetendo sæpiùs, ut omnis aciditas eripiatur, remaneatque pulvis dulcis & gratus: hunc pulverem tere in marmore, vel vitro anteà calefacto, impone cucurbitæ, affunde ex optimo spiritu vini summè rectificato, ita ut superstet ad altitudinem trium transversorum digitorum, impone calori digestivo, extrahitur tinctura antimonii ad stuporem amœna, alta & rubra, & deponit quandam terram seu feces in fundo. Extractio hæc est dulcis, grata, & virium tantarum in medicina, ut nullus fidem sit adhibiturus, qui expertus non fuerit. Feces quæ residerunt, retinent venenositatem, sed extractio solam medicinam præbet, quam experientia docuit esse remedium externum pro hominibus & pecoribus.

Si enim hujus Medicinæ sumantur tria quatuorve grana, pellit morbum Gallicum & lepram, purificat sanguinem, dispellit melancholiam, & resistit omni veneno; & quicunque angustiâ pectoris spirandique difficultate laborat, aut punctione laterum, tandem liberatur usu hujus medicinæ. Pluraque alia mirabilia operatur hæc medicina, dùm ritè & tempore suo adhibetur.

SUL-

SULPHUR AURATUM DIAPHORETICUM SINGULARE.

℞. CAlcis vivæ, Salis usti, & Tartari calcinati ana q. s. Superaffunde aquam communem, vel livivium, quod sæpè colando clarificetur; In hoc antimonium crudum pulverisatum ad quatuor vel quinque digitos infunditur, & per horam circiter coquitur, deindè sedimentum quietè colligitur, & affunditur novum, donec tinctura extracta sit, lixivio infunde parum aceti, & sulphur deorsum descendet, quod, separato aceto, edulcora, desicca, & ad usus repone.

Hic pulvis optimè sudorem provocat; Dosis est à gr. iij. ad viij. & x. & in lue venerea præstans auxilium præbet.

TINCTURA ANTIMONII.

ANtimonium primùm calcinatur, atque in reverberio per aliquot dies exercetur: demùm per spiritum vini tinctura nobilissima educitur: *cujus proprietas est, aperire meatus, vires corporis augendo, ac radicale humidum ab omni sorditie repurgando: sanguinem & alios humores renovat, quare & lepram optimè sanat. Eâ quilibet uti potest, omni tempore, cum quavis re, sive potu, sive cibo*

Dosis ad libitum est, guttarum tamen aliquot, vel per 5. vel 10. vel 20. ad 30. usque dies.

Omnium nobilissima & præstantissima est quoque hæc Tinctura, quæ fit citra omnem calcinationem cum proprio dissolvente, quod quidem non

non aliundè, quàm ab eodem antimonio educi-
tur. Ejusmodi dissolvens ab antimonio duplici
modo fit: primò ex puro & crudo stibio, absque
adjectione: secundò ex regulo cum adjectione,
eâ cum regulo remanente, vel ab eodem post so-
lutionem recedente.

*Hic methodo parata medicamenta, seu po-
tiùs arcana, filiis artis tantùm innotuerunt, &
qui tanti thesauri fuerunt participes, eum sibi
ipsis tantummodò servârunt, ne suos labores a
multis impunè traderent, & magis quidem, cùm
non liceat sanctum dare canibus, & uniones an-
te porcos projicere. His si aurum accedat, de-
bito modo paratum, vera & perfecta antimonii
præparatio habetur. Hinc exurget optatissi-
mus, & laudatissimus morborum alexiacus:
Medicamentum ferè universale adversus sin-
gula quæque mala ab inordinato victûs regimi-
ne profecta.*

*Vltrà possem ejus vires & facultates dilata-
re, easque encomiis & magnis laudibus exor-
nare; at filiis artis, quibus solis hæc dicata sunt,
satis me viam aperuisse confido.*

OLEUM MERCURII ALBUM.

℞. Mercur, sublimat. opt. part. I. Terr. rub.
argillac. part. ij. Hæ tenuiter pulvera-
ta simul cum aqua communi ac forti agitatione

mi-

misceantur in unam massam. Ex hoc globulos fac, & exsicca diligenter in umbra, non in sole. Siccatos ex retorta vitrea, cui adaptaveris recipiens non admodum magnum (spiritum nempè paucum & invalidum dat) per arenam & igne primum suppressionis, sed paulatim fortiore destilla: & prodibit spiritus egregius, ac in fine nonnihil mercurii sublimabitur. Quod relinquitur, cum recenti terra misce, & procede eodem in omnibus modo, ut primá vice: & sic toties, donec omnis in liquorem subacidum abierit.

Quem in mundo & probè clauso vase serva. Hic suas vires nunquam perdit.

OLEUM MERCURII RUBEUM.

℞. Mercur. opt. sublimat. q. v. tere super marmore in pulverem impalpabilem, eumque cum pari pondere limaturæ martis repone super tabula vitrea in cella mensibus Majo, Junio & Julio, ubi inter aliquot septimanas resolvetur in oleum flavum, quod diligenter collige. Ex residuo, non calcinato, salem extrahe sine igne, &, uti ex Marte ac Mercurio extrahi solet, beneficio solius aquæ communis. Illum verò coagulatum cum oleo junge, & fiet aurei vel crocei coloris. Hoc oleum cum sale suo destilla ex cucurbita humili (quò enim humiliora vasa, eò meliora) in arena, donec aqua clara ascendat: quâ destillatâ, protinùs ignem auge, & ascendet rubedo in alembicum instar croci. Quæ par-

partim per rostrum alembici non nimis longum defluit, partim in illo hæret instar butyri. Destillationem fortiore igne urge, donec nihil amplius in alembicum ascenderit. Vasis refrigeratis alembicus aufertur, & in cucurbitam phlegma priùs destillatum funditur ita, ut quicquid rubedinis ad spondilia ejusdem fuerit sublatum, possit cum ista aqua ablui, & ei, quod in fundo remansit, jungi.

Quo facto alembicus denuò imponitur, & repetitur destillatio. Alembico vix dum incalescente à subtilissimis vaporibus, illud, quod in eo continebatur, paulatim liquescit, & per rostrum rubicundissimè exstillat. Hoc summo studio colligendum, & cum priùs destillato oleo rubro conjungendum. Cum verò nihil amplius rubicundi exit, remove excipulum, & in alio, veluti in prima destillatione factum, quod prodit, phlegma collige. Quo separato, rursus auctiore ignis gradu rubedo colligenda est; quæ partim rursum exstillat, partim in alembico detinetur. Ita verò toties repetenda, quoties opus.

Utriusque diaphoretici magnus est usus, imprimis rubei. Cujus gutta j. vel duæ exhibitæ in aqua theriacali, mistura simplici, spiritu guajaci, tum debitis vehiculis, decocto chinæ puta, vel aqua persicariæ aut tabaci, per sudores expellunt, quicquid in corpore noxium medicamentis aliis haud cedit. Certè ab hoc pustulæ cadunt, tubercula minuuntur, dolores so-

p

piuntur, ac ulcera fœtida manantia exsiccantur & consolidantur. Si nihilominus resistunt, leni illinitione ac plumaceolo forinsecus tacta, feliciùs curantur. Est & hujus olei usus in putridis ac fistulosis & profundis ulceribus, & in capite valdè infecto. Vix enim semel aut iterum eodem oleo tacta, & sudoribus interim subindè provocatis, felicissimè & brevi curantur. Nulla autem lues adeò inveterata est, quæ hisce non cedat, modò sudoribus sufficiant vires.

Olei albi idem usus est, sed remissior effectus. Continuatione tamen malum superat ita, ut tandem omnia mitescant.

OLEUM MERCURII DIAPHORETICUM.

℞. MErcur. sublimat. opt. q. v. pulvera & insterne tabulis ferreis stanno obductis, & fac in cella liquescat. Solutio destilletur cum spiritu vini, toties cohobando, donec spiritus acescat, quem separa.

Maximoperè confert hoc oleum, si capitis dolor in inveterata lue venerea non cedat, vel artuum dolores sæpiùs recrudescant.

Dosis guttæ duæ ad x. in decocto aliove vehiculo appropriato.

OLE-

OLEUM MERCURII SACCHARATUM SPIRITUSQUE.

℞. Mercur. sublimat. p. j. Sacchar. p. iij. Misce optimè, ac destilla per retortam vitream luto obductam in receptaculum capax. Primò accende paulatim carbones supra retortam, ut calescat: hinc accende & infrà, ac continua igne lentum per dies 2. aut 3. Quod exstillavit committe destillationi B. M. Exibit spiritus Mercurii subacidus, oleo sacchari remanente in fundo.

Lentè autem procedendum est, ne operam ac oleum perdamus; saccharum æstu nimio irritatum, vi sibi exitum quærere solet.

In ulceribus vesicæ, aut aliis adfectibus, à morbo Gallico relictis magni est solatii. Spiritus in dosi exhibetur à gt. iij. *ad* jv.

OLEUM MERCURII FRAGRANS, ASTRUM DICTUM.

℞. Mercurii septies sublimati, totiesque per calcem vivam revivificati, q. v. solve spiritu nitri, edulcora optimè coquendo in aceto destillato, & denuò elue, affundendo aquam pluviam stillatitiam: hinc exsicca & digere aliquandiu cum spir. vini rectificatiss. ana. Posteà per simul per retortam igne, initio leni, deindè fortiori: Corpus residuum serva pro conficiendo indè sale. Extillato verò deme spir. vini in B. M. & remanebit in fundo Oleum Mercurii fragrantissimum, quod est Astrum Mercurii.

D

Diaphoreticum est & peculiare curativum luis venereæ: easdemque vires obtinet, quas Sal Mercurii ex corpore residuo paratum.

AURUM SOLUTUM.

℞. Salis fusi, Nitri purissimi ana ℥j. Auri foliati dimidium libellum. Tere simul ac diu in marmore, sensim instillando aliquot guttas spir. vitrioli. Massam inde cucurbitæ parvæ, & affunde spir. vini ad eminentiam duorum digitorum. Relinque aliquandiu in cineribus, vase probè obturato. Posteà parum bulliat, ut sales solvantur, spiritus verò flavescat. Deindè spiritum vini per alembicum ad siccitatem abstrahe, & affunde recentem spiritum vini, iterumque digere in cineribus. Tùm verò spiritus hic aurum foliatum solvit, & sales relinquit in fundo. Hanc extractionem secundò, imò tertiò repete, vel donec omne aurum solutum & extractum sit. Tùm destillando rursus spiritum vini usque ad siccitatem abstrahe. Residuo affunde spiritum terebinthinæ clarissimum ad eminentiam unius vel alterius digiti, & in loco calido digere, donec, quicquid erat, solutum sit.

In faucium ac oris ulceribus lue venereâ affectorum Aurum hoc solutum mirabilia præstat. Huic intinge gossypium eoque bis quotidiè tange locum affectum, quem initio quidem rodere videtur, sed id brevi cessat. Simul autem utere gargarismis convenientibus & videbis curationem speratam.

Eadem solutio solis valet in ulceribus externis, quæ aliam sanationem non admittunt. Est enim

incarnandi vis in mercurio insignis. Idem præsta[t] oleum commune, in quo mercurius sublimatus ru[...] beus bulliendo solutus est ita, ut ipsum interim ni[...] gerrimum evaserit.

TITULUS XXV.

DE MYSTERIIS ET MEDICAMENTIS CHI[...]MICIS EXTERNIS, EGREGIIS AC USU COMPROBATIS.

POstquam in superioribus Classibus & Titu[...]lis varia mysteria & medicamenta Chimic[a] egregia, & usu comprobata, quæ in corpo[...]ris humani partium principaliorum morbis in[...]ternis, deploratissimi, etiam, ac ab omnibus fer[e] Medicis derelictis præsentissimum, tutissimum [...] jucundissimum auxilium præstant, enarravimu[s] nunc in hoc Titulo ea proponemus, quæ cu[m] [...]ctos partium corporis humani affectus externo[s] vulnera nimirum, ulcera quævis maligna fœtidi[...] insanabilia ac corrodentia ut : fistulas, lupu[m] cancrum, polypum, morphæam, lepram, noli m[e] tangere, scabiem malignam; nec non inflamma[...]tiones, erysipelata, herpetem, ignem Persicu[m] gangrænam, sphacelum &c. radicitùs exstirpan[...] Cui Titulo adhuc unum, qui scilicet de Cosm[e]ticis medicamentis agit, subjiciemus.

AQUA CALCIS PRIMA, SECUNDA, [...] TERTIA.

℞. CAlcis viv. opt. ℔j. affunde ei in vase sta[...]
no[...]

eo aquæ pluviatilis q. ſ. ad aliquot digitorum e-
inentiam. Move ſæpiùs aquam & calcem ſpa-
ulâ ligneâ, & poſt horæ ſpatium aquam decan-
, habesque aquam calcis primam; relictæ calci
erum affunde aquam pluviatilem, eamque poſt
oræ ſpatium iterum decanta, & habebis aquam
alcis ſecundam; affunde tertiâ vice aquam plu-
atilem relictæ calci, & ſic habebis triplicem a-
uam calcis paratam; quæ ſervari uſui debent.
*Inſerviunt aquæ hæ inflammationibus extinguen-
s; proſunt quoque ſcabiei, gangrænæ, ophtalmiæ,
externè imponantur.*

AQVA MERCVRII DVLCIS.

EX Mercurio dulci poteſt parari aqua utiliſſi-
ma *adſcabiem, fiſtulas & ulcera maligna: non
ntùm ad detergenda, ſed etiam cicatrizanda, præ-
puè in lue venerea, quia talia inveterata nullam
rationem perfectam, niſi mercurialia admiſta fue-
nt, admittunt. Valet etiam ad ſcabiem, ſine no-
a penitùs curandam. Fallopius appellat aquam
uminis.* In aquam ergò bullientem projice
lcem vivam recentem, & relinque aliquandiu;
quam ſupernatantem filtra, & in ℔j. ejus ebul-
endo diſſolve Mercurii dulcis ℥j. cola & prædi-
is uſibus aſſerva, eluendo nimirum ea ulcera hâc
uâ. *In omnibus inflammationibus prodeſt; item in
ceribus Gallicis, nec non in apertis & nigris.*

AQVA ARSENICI.

ARſenic. alb. Nitri puri ana q. ſ. Figantur
invicem in tigillo igne roræ, ita ut in ſine
nnia fluant. Caveà fumo: idoque ut tutior

fis, operatio hæc sub dio fiat. Ubi omnia refri-
xerint, arsenicum erit candidissimum. Hæc aut-
tem operatio secundâ & tertiâ vice cum pari
quantitate nitri repetatur. Ex hoc arsenico per
deliquium in loco humido fiat oleum.

*Hujus tantum in aq. plantag. vel persicariæ diss-
solvatur, ut mixtura ad ipsius linguæ gustum tolle-
rari possit.*

AQVA VIRIDIS HARTMANNI.

℞. MEllis rosac. ʒij. Sulph. viv. Alumin. crud.
ana ℥j. Alb. Græc. Comar. Sabin. ana ʒß.
Fl. sambuc. ʒj. Fol. hyperic. plantag. puleg. ros-
rismar. rutæ ana M. ß. Coq. in vini & aquæ ℔iij
ad consumptionem transversi digiti. Coctis
infunde Ærugin. ℥j. & relinque, donec refrixe-
rint. Tùm cola & serva usui.

*Convenit non tantùm ozenæ, sed & omnibus na-
rium, palati, uvulæ, linguæ ulceribus, ut & puero-
rum aphtis. Cum vis uti, ejus aliquid in cochlea-
ri calefac super candelam, tùm in tinge penicillum,
eoque locum exulceratum attinge; mirabiliter non
tantum mundificat, sed & consolidat.*

AQVA MERCVRIALIS.

℞. MErcurii sublimati, minutissimè in marmo-
re triti ʒß. Cui superfunde Aq. Plantag.
℔iß. Solvatur in balneo leniter ebulliendo, se-
para â fœcibus per filtrum trajiciendo: postea
funde in patinam stanneam mundissimam, & re-
linque per tempus exiguum, denigrabitur patina.
Quo facto, in aliam patinam stanneam satis mun-
dam infundatur, quoad prior patina à sua nigre-
din-

dine mundata viciſſim fuerit, deindè eandem aquam alteri ſeu purgatæ patinæ injice, atque id per vices repete, donec nullæ amplius nigreſcant patinæ, ſed remaneant albæ, quod 10. vel 12. vicibus conſequeris. Serva poſteà ad uſus.

Aqua eſt albi coloris. Hâc utere ad ſananda ulcera, præſertim à lue venerea orta, tam in ore, quam in pene: item ad mortificandum cancrum. Quod ſi fortiorem deſideras, ſex vices infuſionum in patinis ſufficient, ita nimirum fortior evadet.

Vſus ejus eſt, ſaltem cum penicillo ulceribus leniter hinc indè contactis ea ſanare, Valet etiam in generanda carne.

AQVA TARTARI NOBILIS AD IMPETIGINEM ET LICHENEM.

℞. OL. tartari per deliquium facti ℔j. adde Mercur. crud. ℥iv. Deſtilla ex retorta, & prodibit Mercurius; deindè Aqua *ſine morſu abſtergens, & vitia iſta, quamvis contumaciſſima, curans. Idem facit Oleum tartari per deliq. factum, ſi æquali pondere miſceatur oleo ceræ.*

AQUA AD CANCRUM, & quævis Oris ulcera Excellentiſſima.

℞. AVri pigmenti ℥ij. Virid. æris ℥iß. Vini albi generoſi ℔j. diſſolve teren-

do in mortario & quod dissolutum est fu-
de in vas fictile vitreatum, bulliat, igne co-
bonum lentissimo usque ad consumpti-
nem trium partium, ut non remaneat, ni-
quarta pars vini: tandem remove ab ig-
& dum materia adhuc mediocriter cal-
est, superfunde aquæ rosarum & solani-
na ℥ij.

*Virtus istius aquæ est innumerabilis ad c-
crum mamillarum, oris, gingivarum, noli-
tangere, polypum; mundificat quamcun-
plagam antiquam sine ulla molestia patientis:
vitiis oris abluitur intingendo penicillum in
qua prædicta.*

ACETUM PHILOSOPHO-RUM EX ANTIMO-NIO.

MInera, undè antimonium funditur,
purificatur, teratur subtilissimè, ha-
materiam impone vitro rotundo, qu-
Phiala vocatur, habens collum oblongu-
affundatur aqua pluvia destillata, ut cucu-
bita sit media plena, benè clausa seponat-
in fimo equino, ut putrefiat, donec mi-
ra incipiat effervescere, & spumam in

po-

perficie accipere, tunc tempus est eximendi, signum enim est corpus se aperuisse: hanc materiam digestam impone cucurbitæ, benè claude, & aquam extrahe, habebit ea saporem utcunque acidum, ubi omnis ablata est, intende ignem, & transibit sublimatum: hoc iterum tere cum fecibus, & affunde iterũ eandem aquã, & iterum abstrahe, tunc erit acrior: hæc operatio repetenda est, donec aqua fiat tàm acida, quàm aliud acre acetum vini destillatum; sublimatum autem, quò sæpius operatio repetitur, eò magis minuitur. Vbi hoc acidum acetum obtinueris, cape recentem mineram, ut antè & affunde hoc acetum, ut tribus digitis emineat; impone pelicano, & digeratur duodecim diebus in calore, acetum fit rubrum, & multò acidius, quàm antè: hoc decanta purum & destilla per se sine additione in B. M. transibit acetum clarum, & rubrum remanet in fundo; quod extractum cum spiritu vini est præstans medicina. Acetum autem iterum rectifica in B. M. ut suo liberetur phlegmate: tandem solve in eo proprium sal, scilicet in quatuor uncus unciam unam, & pelle fortiter ex

cinceribus, acetum fit acrius, & acqvirit plus virium & virtutis.

Hoc acetum refrigerat vehementer, non ut vulgare acetum, sed magna cum admiratione & certâ experientiâ, maximè ad sedandum gangrænam ex pulvere pyrio productam; sanat etiam alia irritata vulnera & membra, quando cum anima saturni tritum, in unguentum conformatur, & exterius applicatur. Mixtum cum aqua endiviæ, cui sal prunellæ additum est, consumit synanchen, & extinguit magnum ardorem ejus, sedat præterea motum inflammati sanguinis. Tempore pestis intrinsecùs assumptum, dosi unius cochlearis, singulis vicibus & extrinsecùs lineis pannis bubonibus impositum, extrahit venenum, & præstantissimè refrigerat. Sed adverte, cum hoc modo extrinsecùs vis adhibere, miscendam esse tertiam partem aquæ, quæ ex spermate ranarum destillatur. Acetum hoc describit Basilius Valentinus in Curru triumphali Antimonii & inter præcipua numeratur etiam eorum, quæ ex antimonio conficiuntur: ideò operæ pretium indicavimus, id quibusdam commentariis illustrare. Quamvis enim modo, quem Basilius præscribit, fieri possit, tamen quædam adhuc requiruntur, ut opus reddatur cùm facilius, tùm perfectius, quæ

jam

am subjungimus. Pro sex libris antimonii, requiruntur quatuordecim libræ aquæ destillatæ, & quando post digestionem illud destillare cupimus, quædam encheirisis observanda, à qua propemodum totius operis dependet successus. Ita enim collocandus est alembicus, ut rostrum ejus tegatur aquâ, quæ est in recipiente, vel quæ transiit destillando in recipientem, aliàs spiritus antimonii dispergetur, & plus mediâ parte perit, opusque multò plus requirit temporis, ut perficiatur.

Vbi aqua tota transivit per alembicum, ignis, ut monet Autor, intendendus est, & tribus noctibus, totidemque diebus sine intermissione continuandus, tùm refrigescat, & sublimatū, ut docet, cum antimonio denuò misceatur; Iterum resumatur labor ad tres dies & noctes, ac deinde repetatur tertiò, tunc aqua acida erit, ut acetum vulgare: hoc acetum si tinxeris novâ antimonii minerà, habebis tincturam, quæ balsamus vitæ nominatur, toties descriptus, sed nunquam satis laudatus. O si scirent mortales mysteria, quæ in hac tinctura latent abscondita, nescimus, an luberet aliam circa antimonium suscipere operationem: Omnia in hoc uno sunt.

LIQVOR MERCURII SACCHARINUS AGRICOLÆ.

℞. MErcur. sublimat. dulc. Sacchar. cand. alb. ana ℔ß. Misce exactè conterendo pulverem; retortæ vitreæ deindè immissa, destillentur per gradus ignis in vas præpositum recipiens; & prodibit liquor mercurialis præstans, externo usui destinatus.

LIQVOR MERCURIALIS ALIUS.

℞. MErcurii legitimè proprio marte sublimat. ℥vj. Sacch. Saturni legitimè etiam parat. tantundem. Mixta exactè, & in pulverem redacta, immittantur retortæ vitreæ, ac ex arena servatis ignis gradibus, præmissoq; recipiente, destillentur; & prodibit Liquor albicans dulcis, omni corrosione seu acrimoniâ expers. Residuæ in retorta massæ nigricanti, in pulverem priùs redactæ, suum proprium affundatur oleum destillatum, & peractâ digestione leni B. M. per octiduum circiter, denuò ex retorta, observatis ignis gradibus, destillentur in oleum flavum: quod servetur ad externos usus præsertim haud inefficax.

LIQVOR MERCURII DULCIS ALIUS.

℞. MErcur. cum vitriolo & sale fuso sublimati q. s. solvatur, quantum fieri potest, in spir. vini ad summum rectificati, & ab omni phlegmate liberati ℔iß. Factâ solutione aliquali in alembico, apposito capitello cœco, per mensem circiter putrefiant in fimo equino, vel B. M. leniss.

calore: quâ peractâ putrefactione, abstrahatur spiritus vini in B. M. hoc abstracto ad oleitatem, residuum urgentiori igne in arena, ex retorta vitrea parva, in aliud vas recipiens pellatur: prodeunte liquore dulci mercuriali.

Liquores hujusmodi tres ad lupum, cancrum, & ulcera sordida antiqua persananda utiles sunt.

LIQVOR MERCURII VIVI.

℞. Mercur. viv. Aq. fort. ana ℥ß. Solvatur Mercurius in aq. forti, & solutis adde: Aq. plantag. ℔j. Lapid. medicamentos. cum aq. rosar. fact. ℔ß. Misce, & ad usum repone.

Liquor hic mercurialis subalbidus in partibus corporis exterioribus omnes defluxiones, omniaque ulcera & vulnera antiqua, præsertim vetera aphrodisia & sordida desiccat & cicatrice tegit. Morphæam, faciei furfures, pustulas & maculas curat & abigit. Insuper ad exsiccanda erysipelata, & sanandas fistulas, remedium est singulare. In applicatione autem caveve, ne oculos vel dentes attingas.

LIQVOR MERCURII SACCHARATUS.

℞. Aq. plantag. rosar. ana ℥ij. Ceruss. ℥ß. Mercur. sublimat. Sacchar. cand. alb. Spir. vini opt. ana ℥ij. Misce, & adde: Aq. fort. ℈ß. S. Flechten-Wasser.

Impetiginem & lichenes omnes, etiam contumacissimas curat. Ante usum autem semper moveatur, & cum penicillo, liquorem intincto, tangatur locus affectus.

LI-

LIQVOR MERCURII ACETOSUS.

℞. VItrioli alb. Camph. ana ℥ij. Mercur. sub mat. Ceruſſ. Tart. alb. Alumin. uſt. ana ... Nihil alb. gr. xv. Miſce, & f. pulvis. ℞. Pulv. h... jus ℥ij. Aceti vini opt. ℥ij. Denuò miſce & ad ... ſum repone.

Vtimur eodem modo, praecedentibus tamen corp... ris mundificationibus, ad omnes impetigines & ... chenes perfectè ſanandas.

LIQVOR MERCURII SUBLIMATI.

℞. MErcur. ſublimat. q. v. ſolve in aqua for... (ex nitri p. ij. & ſal. armoniac. part. 1. d... ſtillata) digere vaſe clauſo, poſteà deſtilla: re... duum tere, rurſusque aquam affunde, idque tan... ſper reitera, donec omne ſublimatum in fundo ... xum remaneat. Fixum hoc ſublimatum per h... ram unam & alteram leviter reverbera, deindè ... re, digere cum ſpiritu vini, abſtraheque cohoba... do, donec in olei formam abeat.

Confert podagricis, lue venereâ infectis, cancro, ... ſtulis & omnibus ulceribus ſordidis, putridis atq... inveteratis, ſive intrinſecùs, ſive extrinſecùs adh... beatur.

LIQVOR JOVIS.

℞. CAlcis jovis in aq. forti ſoluti q. ſ. ſublim... tione flores collecti ſolvuntur in acet... quod ſolutum eſt decanta, & conjunctim evap... ra, vel deſtilla ad ſiccitatem. Quod remanet ... fundo, iterum extrahatur cum ſpiritu vini, q...

pob...

ostquam separatus est ad medietatem, ponatur in locum humidum, & nascentur crystalli, qui per deliquium solvi queunt in liquorem hunc.

Ad ulcera sordida & fœtida commendatur maximè hic liquor.

LIQVOR SULPHURIS ANTIMONII.

PUlvis ille flavus sulphuris antimonii ex vitro, de quo in *Tit. de Antivenereis* dictum, antequam spiritu vini extractus est, tritus in lapide calefacto, imponatur ovis ad duritiem coctis, loco vitelli, qui exemptus est, ponaturque in loco humido, vel penuario, solvetur pulvis in liquorem flavum.

Liquor hic admirabilis sanat omnia vulnera recentia, si sub initium molli plumâ indatur vulneri, & illud stictico, aut alio emplastro præservativo circumdetur, omnia vulnera recentia seu punctim seu cæsim inflicta, hoc liquore sanantur, sine putrefactione, aut ulla puris superfluitate, ita perfectè, ut meritò ei qui cœlum & teram creavit, iisque talem medicinam indidit, laudes gratiaque reddantur. In omnibus veteribus, malignis & corrosivis vulneribus balsamus hic antimonii nunquam etiam medicum in necessitate deseret, & quisque post me laudum ejus encomiastes virtutes ejus deprædicabit, quibus externùs adhibitus beat mortales. Lupus & cancer ei cedunt, caries in ossibus, ulcera maligna, à vermibus corrosa & perforata eum fugiunt, revocatque pristinam sanitatem, & ei præparat apud se hospitium, quando fixitas ejus intrinsecùs, & alia media convenientia extrinsecùs ritè adhibentur.

LI-

LIQVOR VULNERARIUS PRÆSTANTISSIMUS.

QUando extractio antimonii ex vitro per acetum fit, & acetum per B. M. iterum extrahitur, pulvis, qui remanet, in loco humido resolvitur in liquorem flavi coloris.

Adeò mirabilia efficit in recentibus & veteribus vulneribus, ut ea calamo non possint committi; cujuscunque sint generis symptomata arcet, nec ullas radices sinit agere; nullam admittit putrefactionem in recentibus vulneribus.

LIQVOR ANTIMONII MELLITUS.

℞. ANtimonii crudi pulverisati ℔j. Mell. opt. ℔iv. Bulliant simul moveanturq; spathula usquedum substantia aquosa mellis evaporaverit & remanserit materia quædam nigra, instar picis, quæ digitis teri queat. Hanc destilla per retortam in igne nudo gradatim, in excipulum amplum hor. 24. & prodibit liquor imprægnatus facultatibus antimonii, cum aliquot floribus à liquore separandis.

Liquor iste est corrosivus & penetrans, summoperè mundificativus, præsertim in ulceribus: absumit enim excrescentias, &c. adversus gangrænas præstantissimum quoque existit remedium. Uti eo possumus aut solo, aut commixto melli rosato, unguento, pulveribus, aquis, &c.

LIQVOR TARTARI.

TArrarum album pulverisatum pone in cucurbitam, apposito alembico cum recipiente. Benè lutetur. Abstrahe phlegma, donec non ampliùs prodeat. Hoc affunde, & rursum abstrahe ut priùs. Hoc toties repete, donec omnia transeant in unum liquorem, quem in vitro alio benè obturato coagula.

Iste liquor in aëre solvitur, & optimus est atque dulcissimus. Delet egregiè & mirabiliter maculas in quacunque corporis parte.

TINCTURA LACCÆ.

℞. GUmm. lacc. subtiliter pulverisat. ℥ij. Alumin. ust. ʒj. Mixtis affunde Aq. lapid. medicamentos. cum Aq. salv. & rosar. tact. ℔iß. Stent in digestione, donec perfectè tingantur; posteà filtrentur, & tinctura rubicundissima ad usum communem servetur.

In scorbuto oris experimentum singulare est; gingivarum enim laxitatem, putredinem & fœtorem oris curat, & carnem amissam reparat, præsertim quando hâc tinctura à gingivæ laxæ, flaccidæ & sanguinolentæ frequenter fricantur & abluuntur.

Ex-

EXTRACTUM SULPHURIS EXTERNUM.

℞. Fl. sulph: q.s. impone scutellæ vitreatæ lento ignis calore liquescant. Liquefactis adde Sal. tartari trit. part. 1. agita bacillo, donec omnia in materiam subrubeam inspissentur, massam supra marmor effunde, induratam tere, pulverem vitro impone, affunde vini spiritum rectificatum, & in ictu oculi aureo colore tingetur, stet tinctura per noctem, & rubini instar evadet.

Hoc extractum ad omnes corrodentes morbos hæmorrhoidum, penis & aliarum partium ulcera extrinsecùs curanda præstantissimum est.

OLEUM SEU SPIRITUS SALIS MARTIALIS.

℞. Limatur. chalyb. pur. ℔iv. Sal. gemm. ℔ij. Mixta exactè immittantur retortæ vitreæ, luto obductæ, & in igne aperto per gradus destillentur, ad spiritûs & olei expulsionem.

Conducit externis affectibus; sic fistulas, cancrum & lupum sanat; sic podagram lenit impositis linteolis in eo madefactis. Internè verò Spiritus assumptus hydropi medetur.

OLEUM MERCURIALE.

℞. STanni puri *Anglici* ℔j. hoc liquefieri sin

to in crucibulo igne moderato: cui adde Mercurii vivi calefacti tantundem, ut amalgama fiat, quod multoties cum sale & aqua calida lavetur, quoad omnis nigredo & impuritas ab eo ablata, ipsumque albicans, & nivis instar candidum appareat. Hînc siccetur, inque pulverem redigatur: cui porrò adde Mercur. sublimat. ℔ij. Misceantur exactè, multùm conterendo in mortario vel matracio vitreo. Hæc deindè mixtura collocetur super laminam ferream, & loco humido, vel aëri exponatur, quò in liquorem resolvatur, & in suppositum vitrum, unà cum mercurio vivo currente, ruat. Liquor hic resolutus, separato ab eo mercurio currente vivo, cucurbitæ vitreæ immitatur, & in B. M. leni calore dephlegmetur, liquore crassiore in cucurbita superstite, qui tandem, post xiv. dierum in balneo digestionem seu macerationem, retortæ parvæ vitreæ infusus igne arenæ totus in vas recipiens præpositum gradatim pellatur, ultimò igne adaucto fortissimo. Et prodibit Liquor seu oleum dulce, *præstans in affectibus externis, utpotè cancro, lupo, fistulis, aliisque sordidis & exedentibus ulceribus sanandis efficax.*

OLEUM SULPHURIS RULANDI VERUM.

℞. OL. rosarum ℔ij. terebinth. still. pulv. sulph. citrini pellucid. ana ℥iij Coq. in arena, vitreoque in vase ad saturatam rubedinem. *Valet in cancro, fistulis, ulceribus antiquis, sordidis & incurabilibus. Et ex hoc oleo Emplastrum Diasulphuris paratur.*

Nota: *Commodius & præstantius parabitur oleum hoc sine fœtore, quem aliàs præ se fert, juxta Autoris mentem, diuturnâ coctura paratum: si sulphuri in patella terrea leniter liquato (ne flammam concipiat) sal tartari, pondere competente, vel æquali prius immisceatur, ac hepar seu massa obscurè rubens ex ambobus efficiatur; è qua facilè, oleis suprà dictis affusis, sulphuris rubedo, & essentia, leni calore, sine coctione, aut ebullitione, adeoque sine fœtore elicitur; præstantius, ac si diuturnâ coctura fuisset paratum.*

OLEUM TARTARI.

Tartarum crassiusculè confractum, retortæ vitreæ, luto obductæ immittatur, &, agglutinato largo recipiente, igne aperto, primò lenissimo, per gradus deindè sensim adaucto, destilletur, prodeuntibus spiritibus volatilioribus, & non admodùm fœtidis: qui, antequam oleum crassum cum nebulis obscuris, prorumpat, mutato pronùs recipiente, seorsim asservandi; destillatio verò alio recipiente illicò præmisso & agglutinato, igne magis aucto & violento, continuanda, donec & oleum tartari crassum, ac spiritus fœtidi, nebulis crassissimis in recipiente apparentibus & conspicuis, transierint totaliter. Absolutâ destillatione, omnibusque frigefactis, separetur oleum fœtidum & crassum à suo spiritu, per tritorium vel chartam emporeticam aut filtrum: ac per retortam, ex sabulo seu arena, admixtis oleo prius cineribus, ad exsiccationem ejus ferè totalem dextrè rectificetur.

Oleum

Oleum hoc tartari, cutis poros efficacissimè aperiendo, sudores promovet. Ejus itaque usus maximè est commodus externè: si scilicet unguentis ad scabiem, aut luem veneream admisceatur. Non minus etiam cum fructu adjungitur emplastris, duros callosos que tumores dissolventibus. Ex eodem etiam ipso egregium paratur unguentum contra chiragram & podagram tumorosam: si scilicet nodosi tumores à materia pituitosa coagulata frigida, articulis impacti hæreant.

OLEUM TARTARI PER DELIQVIUM.

QUòd si caput hoc mortuum, à destillatione spiritûs tartari residuum, seu aliud tartarum calcinatum, angusto acuminato sacculo lineo inclusum, & in cella, supposito vitro, suspensum, aliquandiu relinquatur; in albicantem & clarum liquorem, qui sub digitis, pinguedinis instar, tactu percipitur, dissolvetur & diffluet: qui liquor reverâ oleum non est, sed, propter suam unctuositatem, hoc nomen saltem adeptus; in se ipso autem nihil aliud est, quàm sal tartari, humiditate aëris in cella impragnatum, ac in liquorem solutum, valdè abstersivum. De cujus usu, virtutibus ac utendi modo, & pluribus, quæ circa illud observatu digna sunt, eruditè discurrit *Angelus Sala in sua Tartarolog. pag.* 133. sequenti modo:

Crebrior ejus usus est externus, quàm inte-nus, in absumendis scilicet spongiosis carnis au-isque in ulceribus inveteratis excrescentiis, si-hypersarcosibus, iisdemque mundificandis ac p-mandis. Summè etiam est utile, admixtu-epithematibus, vel emplastris, tàm in forma-quida, quàm solida, tumoribus aquosis adhibe-dis. Hoc siquidem sal validissimè siccat, diss-vit ac discutit. Cuti exoptabilem conciliat n-torem, eandemque lævigat & purificat. Qua-obrem sexui muliebri, in extirpanda præcip-faciei, colli ac manuum impetigine, maximo-in usu: Maximo etiam cum fructu permiscen-aquis & unguentis, ad scabiem à crasso phlegm-te ortam. Ubi verò salsi, serosi ac subtiles, ut-ulceribus diu manantibus ac serpentibus vi-re licet, humores dominantur, in illis omnim-est ab hoc abstinendum, quia eosdem reddi-criores, ac hujusmodi in ulceribus calorem m-ximè detrimentosum adauget, doloremque s-ministrat acerbiorem. Plus etiam damni qu-utilitatis adferre ejusdem usus potest, dum m-lierum quædam constitutionis plethoricæ, -nerrimæque cutis, facies faciunt excandescere-rubras excitant pustulas. Pro universali ita-præparativo eo uti non possumus.

OLEU-

OLEUM BALSAMICUM OMNIUM PRÆSTANTISSIMUM.

℞. Radic. asclepiad. ℔ß. aristolocch. rot. valerian. major. exsicc. ana ℥ij. Fol. symphyt. maj. plantag. ophiogloss. filipendul. sanic. alchimill. bugul. ana M. ij. Bacc. juniperi p. j. Summit. hyperic. cum fl. & sem. M. vj. Fl. chamæmel. pic. ana M. j. Verm. terrestr. ℔j. Ol. hyperici um duabus saltem infusionibus parati. Ol. lum. ric. ana q. s. Macerentur octiduo in fimo equino, eximantur, deindè forti prælo subigantur, uoad omnem humiditatem profundant. Factæ olaturæ adde Myrrh. ℥iß. Mastich. Thur. Ver ic. ana ℥iij. Terebinth. clar. Picis naval. ana ℔ß. Colentur postremò & usui reponantur. Hoc oeum si per retortam pellatur, magis penetrans eddetur, *atque tunc altis profundisque vulneribus maximè efficax est. Sine ulla destillatione optimum st, eoque multoties maxima cum utilitate usi mus.*

OLEUM ANTIMONII

Cum Mercurio sublimato ad vulnera.

SUme mercurium mortificatum, qui ad claritatem & splendorem sublimatus est, & apud Apothecarios prostat venalis, & Antimonii partes quales: tere simul, & destilla ex retorta, quæ spiitus retineat, ter, & rectifica id oleum spiritu vii, tunc operatio absoluta est, & oleum fit rubrum nstar sanguinis, sed in principio est album, & intar glaciei, vel butyri coagulati.

Hoc Oleum in multis vulneribus, ubi natura nullam dabat emendationis spem, mira effecit: & vim virtutem, potentiam, efficaciamque suam semper maximè ostendit in perfecta emendatione mali in bonum

OLEUM ANTIMONII EXCELLENTISSIMUM.

℞. Antimonii ℥iv. Mercur. sublimat. ℥iß. Mell. opt. ℥vj. Misce ut artis est. Destilla per retortam vitream igne mediocri.

Exhibet oleum ad callosa & maligna ulcera, fistulas & cancrum, præstantissimum.

OLEUM ANTIMONII adversus omnia vulnera exedentia.

℞. Antimonii ℔j. Sal commun. desiccati ℔ß. Later. confractor ℔v. Omnia terantur, & retortæ imponantur: ubi oleum flavum destillaveris, omnesque spiritus transierint, impone materiam alteri vitro, eique phlegma extrahe, remanebitque pulvis, quem in loco humido lapidi insternes, & consequeris balsamum humidum, *quod in omnibus vulneribus verminantibus, & in cancro, qui in facie hominis & foë-*

mi-

minarum uberibus maximè prodit, singulare est remedium.

OLEUM COMPOSITUM AD VULNERA.

SVmitur antimonii pars una, & una sulphuris, media salis armoniaci, vel salis urinæ purificati, & calcis vivæ partes duæ. Expelle oleum fortiter, quicquid sublimatur, id tere cum capite mortuo, & affunde rursus oleum, terque destilla, tùm oleum est præparatum.

Cum vetera vulnera vix aut ne vix quidem sanari possunt, tunc hoc oleo utere; est enim forte, potens, & penetrativum, & facit fundum bonum, quemadmodùm & oleum vitrioli; undè sequi deindè potest omnimoda sanatio.

OLEUM AD VULNERA NOBILISSIMUM.

SVmuntur Antimonii Sulphur, Salis nitri sana part. æqual. Detonentur infra campanam, sicut Oleum sulphuris per campanam conficitur, qui præparandi modus jam olim antiquis non fuit incognitus. Sed hæc via melior est, si pro campana alembicum sumpseris, eique vas recipiens appo-

fueris, ita plus olei consequeris, ejusdem quidem coloris, quo illud ex sulphure vulgari eductum, sed viribus & virtute haud parum illo præstantius

Vtimur eo intrinsecùs quidem cum spiritu vini ad guttas tres adversus pulmonum phthisin; extrinsecùs autem, si illinatur ac deindè imponatur emplastrum sticticum, adversus omnia vulnera fœtentia, & ad putrefactionem tendentia, adeoque omnia omnino vulnera certissimum remedium esse reperies.

OLEUM AD VULNERA MIRABILE.

℞. Aq. vitæ extremè rectificat. ℥iij. Antimonii, Mastich. Thur. alb. Myrrh. ana ℥j. pulverisſ. omnia, & aq. vitæ affundi, ponanturque ad digestionem probè obturata. Destillentur in cinere per alembicum, ut artis est. Primò ascendit spiritus vini lento igne, & fœtet. Amisso fœtore gratiorem odorem nanciscitur. *Hoc oleum vulnera difficilis curationis persanat.*

OLEUM TALCI.

℞. TAlci calcinat rec. part. 1. Ol. camphor. part. ij. pone ad locum calidum, ut digeratur, tunc resolvitur talcum in pulchrum oleum, quod ad varios casus valet. Ita verò, an bona sit camphora, pro-

ba-

atur: pone camphoram super similaceum anem calidum, & si fluxerit, bona est, si on, nullius momenti.

Valet hoc oleum ad ulcera putrida sordidaque uranda eorumque humores discutiendos ac dolores leniendos. Item unge faciem cum oleo, pulbrior erit; delentur enim rugæ, cutis albificatur, at subtiliter fieri solet.

OLEUM SATURNI RUBRUM BONUM.

℞. CIner. plumbi seu saturni q. v. affunde Aceti destillati q. s. pone ad locum calidum benè lutatum in cucurbitam, digeantur per octiduum, singulis diebus benè commovendo, & acetum dulcorabitur instar sacchari, tùm effunde acetum, aliudque affunde, donec omnis dulcedo sit extracta: unc adde in cucurbitam, superimposito alembico, & destilla primò lento igne, pòst fortiori, ut vitrum ignescat, & ascendet oleum instar rubini rubrum, fortioris & jucundioris odoris.

Hoc viribus naturale balsamum excedit, malignis ulceribus, cancro, polypo, noli me tangere, egregiè solâ inunctione medetur.

OLEUM

OLEUM MYRRHÆ.

PRæstantissimum est Vulnerarium Oleu[m] Myrrhæ, cujus destillatio sequenti modo pe[r]ficitur.

℞. Myrrh. ℔j. Salis ℥ij. Silic. ust. & cont[us.] ℔iß. Alii sumunt cineres vel arenam. Imp[o]nantur retortæ, vel cucurbitæ vitreæ, colloce[n]tur in arenam, vel cineres, accendatur ignis, primò exstillabit liquor cum oleo, quæ dilige[n]ter separentur.

Hoc Oleum est præstantissimum Vulnerariu[m] præsertim ubi nervi læsi sunt, & arteriæ contus[i]; cancrum etiam curat.

OLEUM CERÆ.

OLeum Ceræ alii aliter destillant: Alii p[er] retortam: Alii addunt ceræ liquefact[æ] farinam laterum, aut lotos cineres, & diligent[er] miscent, donec materia incipiat inspissari. Hi [...] formant globulos, quos retortæ injiciunt, & g[ra]datim destillant, sicut gummi, tertiâ vel qua[rtâ] parte cinerum adjectâ. Sunt qui sine adjecti[o]ne id præstant hoc modo. Cucurbitæ, in q[ua] ceram destillare voles, aliquid olei linei vel co[...] varum infundas, ita, ut undique oleo cucurbi[ta] madescat. Hinc inverte cucurbitam, ut oleu[m] iterum exstillet. Idem fac in alembico. Poss[ea] ℔j ceræ huic cucurbitæ injice, & in arena v[el] cineribus oleum gradatim destilla. Ex ℔j. ce[ræ] olei ℥vj. vel ℥vij. elici possunt.

Verùm, quia Oleum ceræ plerumque, quan[...]

exsti[...]

exstillavit, mox instar butyri concrescit, & coagulatur, affusâ aquâ rectificatur, donec oleum pellucidum & fluidum fiat.

Hoc oleo magis utimur externè, quàm internè, ita tamen, ut id aliquando sine additione, aliquando etiam cum additione unguenti vel alterius olei usurpemus. Præterea in pleuritide, phthisi & atrophia crurum & cubitorum, quando aliis unguentis, vel oleis miscetur, & latera regioque cordis eo illinuntur, laudabile est medicamentum. Fissuras in labiis, mammillis, manibusque ocyus curat. Dolores nephriticos, podagricos, contracturas, aliaque nervorum vitia ad miraculum quasi tollit. Scabies insuper, ex quocunque genere ea sit, vel ex quacunque causa ea facta, hoc oleo sanatur citius opinione. Et tandem ad omnis generis vulnera, vel punctiones sanandas, oleum hoc est efficacissimum.

BUTYRUM ARSENICI.

℞. Arsenici crystallini sublimati cum lacerta rubra seu colcothare, ut venenositas extrahatur; tùm adde Salispetræ & Salis tartari ana. Inter duo crucibula ponantur oblutata cum spiraculo, sic ut superius invertatur, adeoque sibi invicem correspondeant margines, fixentur validissimo igne per 24. horas, invenies omnia in massam albam perlarum instar redacta. Extra

trahatur alcali sive salsedo per aquam calidam; pulvis in fundo remanens siccetur; mox. ol. tartari imbibatur ad tres vices in vase & aqua conveniente. Denique dissolve materiam in aqua vitæ, ut extrahatur totum sal. Tandem restabit Arsenici pulvis albus & fixus, qui resolvetur in humido in oleum spissum & Arsenici butyrum dictum.

Summum est medicamen in ulceribus venenatis, in lue venerea, cancro, serpigine & morsu canis rabidi.

BUTYRUM ANTIMONII.

℞. MErcur. sublimat. ℥iij. Pulv. antimonii ℥iß. Misce, & in mortario lapideo, aut super lapide pigmentorio tere: Inde retortæ vitreæ, & per 12. horas in loco humido, ut est cella, relinque, tùm fiet destillatio in sabulo cum igne tertio, quamdiu aliquid prodit, & habebis duplex butyrum in recipiente liquidum instar aquæ. & glaciale instar sebi, quod ultimò prodit. Primùm igitur phlegma, deindè liquidum & tertiò glaciale butyrum prodit.

Usus. Ex liquido butyro paratur Mercurius vitæ; ex glaciali verò Bezoarticum minerale; Butyrum per se externè adhibetur in partibus corruptis extirpandis; est enim insigne corrosivum, cujus usus frequens est in cancro, gangræna & sphacelo. Oleo nimirum hoc pars emortua circum circa parum illinitur, ut putredo non latius serpat, putriúmque à sana parte separetur, ipsaque sectio,

a opus sit, felicius institui possit. Circa carbuncu-lum etiam oleo hoc circulus ducitur, ut facilius ex-idat, nec latius serpat.

BALSAMUS SULPHURIS PICEUS.

℞. FL. sulph. ℥j. Spir. terebinth. ℥ij. Solve tempore viginti quatuor horarum, & erit Balsamum sulphuris, instar picis, nigrum & lentum. *Insigne vulnerarium est, præsertim in vulneribus recentibus, & combustis.*

Nota circa terebinthinam: Oleum, spiritus ac cætera medicamenta ex terebinthina Veneta confecta semper majores viris habent, quam si ex alius generis therebinthina essent parata.

BALSAMUM SULPHURIS CAMPHORATUM.

℞. FL. sulph. puriss ℥j. Camphor. intra chartam contrit. ʒij. Ol. amygdal dulc. ℥iv. Digerantur in cineribus, donec sulphur solvatur, quod aliquando paucarum horarum spatio contingere solet.

In Chirurgia insigne & exoptatum præstat juvamentum hicce balsamus, dum nimirum usurpatur.

1. *Ad vulnera contusa & ulcera putrida, quarumcunque partium, quæ ille egregiè mundificat, à malignorum humorum influxu præservat, pus laudabile, ac posteà carnem in illis citissimè generat, tandemque consolidat, ut hoc ipsimet experientiâ didicimus ac compertum habemus.*

2. *Ad-*

2. Adhibetur ad serpigines, lentigines: impetigines, nec non scabiem ac fistulas.

3. Ad vermes in vulneribus ac ulceribus putridis enatos enecandos.

4. Ad tumores duros emolliendos ac resolvendos.

5. Ad ambustionem ex quacunque causa.

BALSAMVM VVLNERARIVM COMPOSITVM PRÆSTANTISSIMVM.

℞. Radic. vincetoxic. ℔ß, valerian. praecem ℥iv. symphyt. maj. ℥iij. Fl. verbasc. mas maj. hyperic. ana ℔ß Fol. plantag. prunell. fil. pendul ana M. iij. Contund. hæc omnia in mortariolo lapideo, & in s. q. Olei hypericon. Macerentur octiduo in fimo equino: colentur postea, & in colatura forti prælo facta fiat nova infusio ut priùs: In qua iterum infunde Myrrh. elect. ℥ij. Thur. Mastich. Mumiæ ana ℥j. Terebinth. ℔ß. Radic. rhabarb. aristoloch. rot. ana ℥iß. Colentur iterum validâ expressione, quæ seorsim ad usum reponatur.

Tenuioris substantiæ magisque penetrans est hoc balsamum, si per retortam impellatur; fæces tunc in fundo vasis remanentes, cerati seu emplastri ad instar, crassæ sunt, eodemque modo cuti inhærescunt: qua de re vulneribus superficialibus sufficiens esse remedium experti sumus.

BAL-

BALSAMUM VULNERARIUM EFFICACISSIMUM.

Quo omnia vulnera & punctiones membrorum, juncturarum, nervorum, ictus etiam telo seu globo tormentario facti, tutò sine ullo superveniente symptomate curari possunt.

℞. Fl. hyperic. ℔j. Colligantur flores cum solis ortu balsamico tempore in exaltatione lunæ, videlicet circa festum *Johannis* ante novilunium, & quando exaltatio lunæ est in signo cancri, Fl. cheiri, verbasci, chelidon. rec. centaur. min. aristoloch. prunell. chamæmel. consolid. med. vel maj. ana ℥iß. Fol. rosar. rubr. ℥iß. Mumiæ transmarin. Myrrh. Thur. ana ℥ij. Mastich. ℥j. Styrac. liquid. ℥iij. Incisis incidendis, & tritis terendis, ponantur in vase & affundantur ℥viij. boni spiritûs vini, stent in digestione omnia retro fornacem, vel ad solem: posteà seffundatur spiritus vini tinctus, & feces prælo exprimantur: Tandem addatur huic spiritui tincto (nisi velis majoris efficaciæ ergò macerationem florum cum novo spiritu vini) Olei olivar. rec. quod supra ramenta pinguia abietina per 8. dies in digestione stetit, ℔v. Terebinth. clar. optrat. sive *Germanicæ* & Resin. laric, lot. in aq. hyperic. ℔iß. iterum per quatuordecim dies omnia digerantur. Vltimò abstrahatur spiritus vini in B. M. tunc balsamum manebit in fundo rubeum instar sanguinis.

Hyeme

Hyeme prædictarum herbarum semina pa[...]bilia trita balsamo injiciantur, & ponantur in d[...]gestione, & longè potentius operabitur.

Vires hujus balsami sunt eximiæ. I. Con[...] omnis generis vulnera, plumaceolum vel flocci m[...]les, qui circa semen card. benedicti, vel in populo a[...]bore crescunt, tepide intingantur, & vulneri pr[...] vino eloto indantur, superposito emplastro stict[...] tamdiu, quoad nec venæ, arteriæve, nec nervi vinculi vestigia, aut alia id genus appareant.

II. In omnibus tumoribus, inflammationib[...] contractis & contusis membris, rupturis ossium p[...]stantissimum medicamentum est.

III. Contra morsus canum, non neglectis aliis r[...]mediis, hoc est, internis præsertim, pulvere serpe[...]tum, vel alio alexipharmaco, ad venenata suprà pr[...]posito, si morsus sint venenati, remedium divinu[...] ferè est.

Et sic Balsamum existit ad vulnera & puncti[...]nes sanandas efficacissimum.

BALSAMVM HYPERICONIS.

℞. FLores prædictos omnes aridos seu exsicc[...]tos, cum radicibus consolidæ majoris, [...] aristoloch. rot. Posteà adde reliquas species [...] coque in vino bono, donec intensè illud rub[...]scat. Exprime, & vinum tandem cum oleo o[...]varum & terebinthina ad consumptionem coqu[...] Oleum per laciniam trajice & serva.

Est penè æqualium virium, nisi quod prius pr[...]pter ingredientium viriditatem aliquid prævaleat[...]

Usu deprehensum est, oleum cinamomi fœtidu[...]

nsigne balsamum vulnerarium esse, ubi non ejus destillatio, sed insita crassities & proprietas hanc facultatem consolidandi obtinet. Commendatur aliàs unicè oleum nucum juglandium expressum, & posteà decoctione ad liquamen redactum. Balsamum etiam vulnerarium fit egregium ex cera, galbano & myrrha, ana, simul cum laterum fragmentis, sesqui alterâ vel duplâ proportione destillatus. Oleum autem ceræ per se est balsamus vulnerarius excellens subitò sanans vulnera.

BALSAMVS SATVRNI.

DEstilla duas partes Aceti impraegnati sale saturni, ut tertia pars tantum supersit. Deinde ℞. Olei rosar. ℥iv. Aceti impraegnati ℥viij. De hoc guttatim super oleum infunde: & simul continuè misce in mortario plumbeo: fiat instar unguenti, *quod confert inflammationibus, podagræ calidæ, item cancro & omnibus ulceribus exedentibus. Si idem acetum sale saturni impraegnatum mixtum fuerit cum æquali parte aquæ communis, & applicatum calidè, cum linteolis replicatis, super contusiones earumque lituras in quacunque corporis parte, statim sedat dolorem omnem, & maculas extrahit.*

Sal Saturni ita præparatur.

℞. CInerem plumbi aperto igne sine sophisticatione, sive alio adjecto præparatum, ex illo salem non aquâ, ut habent irriti vulgarium descriptionum labores, sed aceto destillato extrahas, quem posteà à suo sale in aqua pluviali solvendo, filtrando & lenissimè in balneo

evaporando septies edulcora, tandem in deliquio in liquorem solve.

BALSAMUS SATURNI TEREBINTHINATUS.

SAlem Saturni crystallinum tere, impone vasi vitreo longi colli, affunde spiritum terebinthinæ, in cineribus calidis digere, tincturam extrahe, ut è floribus sulphuris fieri solet. Solvetur sal in liquorem rubicundissimum rubini instar, mox retortæ imposita destilla instar aquæ stygiæ seu fortis, primò lento igne, quoad spiritus terebinthinæ exierit; deindè mutato recipiente auge ignem in horas, quoad totum oleum exierit. Habebis oleum, *quod viribus naturale balsamum excedit, malignis ulceribus, cancro, polypo. noli me tangere, egregiè solâ inunctione medetur.* Hoc *idem oleum in pulverem & lapidem coagulari potest.*

BALSAMUS VULNERARIUS FEL. WURTZII.

℞. GAlban. Ammoniac. Bdelli ana ℥ß. Macerentur in aceto pertriduum, colentur, & ad mellis consistentiam inspissentur. Posteà ℞. Myrrh. rub. opt. Mastich. elect. ana ℥ß. Oliban. ℥j. Quibus tenuissimè pulveratis adde Terebinth. laric. & Ol. olivar. ana ℥ij. & omnibus leni igne ac perpetuâ agitatione solutis per vices adde Ol. olivar. rec. ℥j. & porrò eodem igne coque, donec integram ejus libram immiscueris, ac tùm tandem primùm præparata gummata admisce, & perge agitare, ac alteram quoque olei libram adde

dere

dere, donec evaserit in balsamum subflavum. Quem si viridem cupis, adde aliquid æruginis. Deindè repone ad solem per aliquot septimanas, donec subsederint feces. A quibus denique sincerum decanta. *Hoc balsamum vulnera recentia, punctim cæsimve facta, citissimè curat, si modo parum ejus modicè calidum sic in vulnus immittatur, ut omninò cavitatem impleat. Nisi enim hoc fiat, labiis tenus consolidantur, relictis interioribus adhuc crudis, & ad inferendum varia symptomata promptis. Quod si simul vena fuerit læsa, illa liganda est, balsamoque hoc infuso quatridui ad minimum spatio, si modò ligatura conveniens accesserit, perfectè vulnus consolidabitur.*

BALSAMUM VULNERARIUM CARYOPHYLLATUM.

℞. Caryophyllorum crassiusculè tritorum ac contusorum q. pl. ex retorta per arenam, igne primùm leni, posteà forti destilla, & prodibit oleum crassum ac fœtidum; relinque aliquandiu in aëre aperto loco frigido & humido, donec evaporet empyreuma.

Hujus crassi balsami guttis x. immisce sacchar. saturni grana iv. ac utere ad vulnera, tùm recentia, tùm antiqua, quæ mirabiliter consolidat. Idem & quidem præstantius intra 36. ad summum horas præstat balsamum ex oleo nucum, præsertim cum mumia commistum.

BALSAMUM MEDICAMENTOSUM.

℞. Tinctur. rosar. cum aq. lapid. medicamentos. extract. Mellis virgin. ana ℥j. Alumin.

ust. ʒj. Terr. vitriol. dulc. Gumm. lacc. ana ℈iiß.. Coque ad consistentiam balsami; postea add. Corall. rubr. præp. Sang. dracon. ana ʒß. Sarcocoll. Myrrh. rub. Mastich. ana gr. xv. Ol. still. lign. rhod. nucismoschat. salv. ana gt. v. Misc. & f. l. a. justæ consistentiæ Balsamum.

Ad gingivarum putridam, tumidam, super incarnatam & denigratam carnem valet; illam enim à putredine præservat & curat. Insuper dentes confirmat, illosque novâ carne obducit, & cætera oris vitia, utpote cancrum, noli me tangere, scorbuticum, apostemata, ulcera & omnem corrosionem perfecte & subitò sanat, & quamcunque affectionem gingivarum tollit. Manè autem & serò, vel aliquoties in die caro maligna fricetur, atque os eluatur aquâ salviæ, vel alio appropriato liquore.

BALSAMUM RUBRUM VULNERARIUM.

CApe antimonii *Vngarici* partem unam, Sal. commun. partem mediam, & sex partes argillæ non combustæ, tere simul, & destilla vehementer sine intermissione, igne diuturno, tandem oleum transibit, huic abstrahe suum phlegma per destillationem, ut pulvis ruber siccus remaneat in fundo cucurbitæ, tere illum subtiliter, & resolve in lapide marmoreo, & habebis rubrum balsamum relucens pro vulneribus, quod alia quamplurima balsama longè antecellit.

Vsus ejus præcipuus est in vulneribus, quæ longo tempore fuerunt aperta, in quibus alii Medici ... emp...

emplastris, unguentis, oleis & ligamentis nihil potuerunt efficere; sed summo cum dedecore equo demùm frenum & ephippium tollunt, eumque reducunt in stabulum, unde ad eos prodierat.

BALSAMVM ADMIRABILE ad vetera & aperta Vulnera.

℞. SUlphur. ℥iv. excoquatur igne modico; impone Mercurii ℔ß. Move spathulâ ligneâ, donec fiat massa una; hanc massam tere subtiliter, (facta enim est, quemadmodum cinnabarum solet præparari) tere cum ea Antimonii, Arsenici rubr. ana ℥iv. Croci martis ℥ij. Later. pulverisat. ℥viij. Hæc omnia impone cucurbitæ vitreæ, & sublima, quemadmodum similia solent sublimari, consequeris in ista sublimatione pyropos, quorum color orientalibus non cedit, sed fixitatem non habent; volatiles enim sunt, & evanescunt in igne. Ut hosce pyropos artifex separet à cinnabaro, quod inter sublimandum ascendit, eos terit subtiliter, & extrahit aceto fortiæ destillato: quo opere perfecto, extrahit acetum in B. M. pedetentim, remanebitque pulvis, tere hunc pulverem minutim, ut antè, & impone alteri vitro, & extrahe tincturam ejus spiritu vini, remanentque sordes, eas separa: hanc extractionem cum spiritu vini digere in balneo benè clauso mense uno, tùm extrahe spiritum vini, ut extraxisti acetum, remanentem pulverem impone scutellæ vitreæ planæ, eam impone caveæ in cupa referta aquis, ut vitrum ei possit instar naviculæ innatare: pulvis, qui in vitro est, intra

paucos dies se resolvet in clarum & pellucidum liquorem.

Hic liquor salutaris est in veteribus apertis vulneribus, & est balsamum vulnerarium in similibus accidentibus, si iis imponatur, & stictico vulgarii circumdetur, neminem auxilio destituet in diuturnis apertis vulneribus, adversus quæ frustra tentata sunt alia remedia.

BALSAMVM MERCVRII.

Redigetur Mercurius in pulverem rubrum & dulce; sic primò coaguletur per aquam destillatam ex albuminibus ovorum coctorum in duritiem. Deindè superinfundatur sæpiùs aqua ex albuminibus ovorum calcinatis, eam educendo per destillationem quâlibet vice igne cinerum. Deindè affundendo toties, donec Mercurius sit conversus in pulverem rubrum & dulcem. *Paracelsus* appellat illum pulverem balsamum, qui habet talem dulcedinem.

Non solùm curat vulnera & ulcera externa in cute, sed etiam colli vesicæ ulcera, etiamsi talia sint, ut æstimentur incurabilia.

BALSAMVS SVLPHVRIS COMPOSITVS.

℞. Fl. sulph. ter sublimat. ℥ij. Camphor. ℥j. Ol. terebinth. ℥iv. Flores & camphoram tere & cribra per setaceum, pone deindè in cucurbitam stricti oris, superfunde oleum terebinthinæ, omnibus benè obturatis, collocetur vas in arena, da ignem lentum per 2. horas, ut arena calescat,

lescat, postea augeatur ignis, ut ebullire incipiat in vitro: sic sulphur vertetur in oleum.

Hic est balsamus ille admirandus, qui ulceribus & vulneribus egregiè medetur, & qui intrinsecùs etiam in febribus, peste, colica, vermibus mirificè operatur, quique tumores discutit & remollit, ut actuosior adhuc reddatur, ponatur in loco tepido & calido per sex dies ad digestionem; datur vel in vino, vel syrupo, vel decoctis convenientibus pro lubitu.

BALSAMUM SUCCINI EFFICACISSIMUM.

℞. OL. still. succin. ℥j. Mell. virgin. ℔j. Salis comm. ℥ij. Misce, fiat balsamum.

Hoc emplastri loco super ulcera ardentia ponatur; ardorem extrahit, dolorem sedat & sanat, (die Wundsucht) *Hujus olei succini,* ℥j. *cum empl. oppodeldoch* ℔j. *diligenter mista, adeò illud confortat, ut ulcera ab omnibus accidentibus, præsertim verò ab ardoribus & humoribus præservet & defendat: Extrahit etiam ex vulneribus ossicula, festucas, turundarumque particulas, per imprudentiam Chirurgi profundiùs illapsas.*

BALSAMUM VULNERARIUM ODORIFERUM.

℞. TErebinth. *Venet*, ℔j. Mell. alb. despumat. Ceræ nov. ana ℔ß. Carpobalsam. Ammoniac. Mum. Opobalsam. Bdellii ana ℥ij. Gum̃. arabic. ℨij. Benzoës, Styrac. calamit. ana ℥ij. O-

mnia hæc invicem contundantur, in cucurbita vi-
trea cum suo recipiente è luto obfirmatâ incor-
porentur & destillentur. Exibit oleum auri co-
lorem repræsentans, quod in ampulla vitrea opti-
mè occlusa conservetur.

Est oleum odoriferum *ad omnes dolores debel-
landos maximè aptum. Gabriel Ferrara lib. 3. Sylvæ
Chirurgic. pag. 360.*

BALSAMVM VULNERARIUM EXCELLENS.

℞. Gumm. bdellii, mastich myrrhæ, thur. gal-
ban. styrac, ladan. ana ℥ij. Ex his omni-
bus destilla oleum, eique adde Essent. magnet. ℥j.
Ol. still. terebinth. ℥iiß. succini ℥iij. Balsam. ma-
stich. ℥iß. saturni ℥ij. Misceantur invicem bene
pro balsamo.

*Hoc in omnibus vulneribus & ulceribus externis
sanandis incomparabiles vires habet.*

UNGUENTUM SYMPATHETICUM: STELLATUM: HERCULEUM PARACELSI CORRECTUM.

℞. Adip. verris apragni, ursini ana ℥iv. Quo
seniora animalia, eò melior adeps; se-
ptennium tamen non excedant.

Utriusque animalis adeps priùs in vino rubro
per dimidiam horam lento igne bulliat; postea
effundatur super aquam frigidam, & cochleari
colligatur pinguedo innatans, quicquid fundum
petit, abjiciatur.

Poste

Postea ℞. Lumbric. terrestr. ex vino vel aqua lotorum sextarios duos, torrefiant in olla tecta in fornace pistoris; cavendum tamen, ne adurantur, postea terantur in pulverem.

℞. Hujus pulveris, Cerebri aprugni in vesica propria cum urina ejusdem aliquantulùm macerati, & posteà exsiccati, Santal. citrin. Mumiæ comm. scil. *Ægyptior.* Hæmatit. ana ℥j. Demùm accipe Usneæ è cranio hominis suspensi, abrasæ lunâ crescente, & in bona domo existente, Veneris, si fieri possit, non Martis aut Saturni ad pondus ℥j.

Ex omnibus tritis & invicem mixtis cum adipe aprugni vel ursi s. a. unguentum fiat, in vitro clauso vel pyxide diligenter ad suos usus reservandum. Si forte lapsu temporis Unguentum exsiccaretur, dicto adipe vel melle virgineo humectari & emolliri de novo poterit.

Paretur unguentum Sole in libra existente, hoc est in autumno.

Vires hujus Unguenti Sympatetici sunt mirabiles. Per veneficia autem non perficitur hæc cura, ut imperiti fatui opinantur, sed per medicamenti hujus vim magneticam attractivam à syderib⁹ causatam, quæ mediante aëre vulneri adducitur, & conjungitur, ut spiritualis operatio in effectum deducatur. Fit, inquam, propter conjunctionem astralem & elementalem. Vt enim calor solis concordat cum terra, ita persicaria cum morbo; abeunte sole, abit calor. Ita hîc etiam.

Si imponatur membro, ut calefiat, & posteà terrâ obruatur, ut putrefiat, vulnus curatur.

Tria ergò sunt, quæ causantur per hoc unguentum tàm mirabilem effectum. 1. Sympathia naturæ. 2. Influentia corporum coelestium suas operationes in elementa perficiens. 3. Balsamum sanguinis, quod sanandi virtute præditum cuilibet homini naturaliter inditum est.

Hoc Unguento sanantur omnia vulnera, quocumque telo, ictu jactu, cuicunque etiam sexui inflicta (ita tamen, ut nec nervi, arteriæ, nec unum è tribus principalioribus membris, corde, cerebro, hepate, læsum sit) modò telum haberi possit, etiamsi patiens multis milliaribus à nobis absit. Et quia est unguentum conglutinantis, suppurantis & renovantis naturæ, non permittit, si debito modo applicetur, ullum noxium symptoma supervenire.

OBSERVATIONES.

1. *UNgátur telum, quo homo vulneratus est, singulis diebus semel, si necessitas urgeat, & vulnus sit ingens: alioquin secundo vel tertio die inunxisse sufficit; servetur in mundo linteolo, vel etiam aluta capreali, & loco tepido, non nimis calido, vel non squalido, ne damnum inferatur patienti. Cavendum etiam, ne pulvis desuper telum cadat, nec ventus afflet in loco frigido, alioquin patiens ad insaniam redigeretur.*

2. *Antequam telum inungas, considera*

au

punctim vulnus factum sit, quod si est, unga-r telum illud superius à cuspide (& non infe-us) descendendo versus crucem, alioquin no-mentum adferretur ægrotanti.

3. Si verò non possis cognoscere, quàm pro-ndè, vel quomodo defensorium illud in car-m introiverit, poteris illud totum perungere, oquin sufficit locum teli, quo aliquis læsus, in-axisse. Si cæsim, ab acie adversus dorsum.

4. Non est necesse consuere vulnus more arbitonsorum, sed saltem linteolo mundo quo-diè circumligare, in patientis urina priùs ma-efacto, aut aquâ aut vino tepido.

5. Quo die quis inungat telum, abstineat à enere. Etiam ille, qui inungit.

6. Ante inunctionem teli, vulnerato etiam statur citissimè sanguis.

7. In fracturis & rupturis ossium aliquid ulveris radicis symphyti majoris vel osteocol-e poteris addere unguento, vel de radibus helle-i nigri. Habito telo, quo quis læsus, & cupias ire, utrùm patiens sit moriturus, vel super-victurus, sic experière.

Si illi telo supra carbones calefacto in tan-um, quod possis manum desuper tenere, subtilis-imum pulverem è santalo rubro & hæmatite sperseris, si sudat guttas sanguinis, moritur pa-tiens

tiens, sin minùs, evadet. Hoc autem faciend[um] est, antequam inunctum sit telum.

Si verò scire volumus, utrùm patiens se re[cte] gubernet in potu & aliis requisitis. Hoc cog[no]scitur, quando in telo maculæ sanguinis ap[pa]rent, sin minùs, tùm benè se gerit.

Notandum insuper.

1. Non habitis armis seu telo, nihilomin[us] quamlibet cutis aperturam & læsionem violen[]tam, per quam sanguis egreditur, hoc unguen[to] sanari posse, ita ut lignellum salicinum in ap[er]tura cruenta madefiat, & postquam sanguis [ad]hærens siccatus est, (non ad Solis & ignis ca[lo]rem, sed sponte & per se) demùm infigatur [su]prà dicto unguento in pyxide, & servetur in[] relinquendo.

2. Si vulnus fortè magnum & profund[um] esset, singulis auroris mundificari potest, & [re]centi linteolo ligari, sine omni alio usu ext[er]neorum oleorum, unguentorum & similiu[m]. Tunc sanatur hoc vulnus, quocunque modo [in]flictum per se, & sufficit lignellum semel tant[um] in apertura seu vulnere cruento priùs mad[efa]ctum, unguento pyxidis infixum manere, u[sque] ad sanationem plenariam.

3. Attamen quoties vulnus aliquod [no]vum sanandum est, requiritur semper rec[ens] lignellum.

4. Si verò vulnus nollet sanguinem emitte-
tamdiu lignello scarificandum, donec sanguis
luat. Sic etiam in dolore dentium sanando,
ns dolens tamdiu scarificetur scalpello, donec
nguinem emittat, scalpellum post exsiccatio-
m sanguinis ungatur hoc unguento, sic confe-
im sedatur dolor.

Si equus sit clavo transfixus pede, extraha-
ur prius clavus & inungatur, & citò curabitur
s equi sine suppuratione.

Eodem modo possunt omnia animalia carnem
& ossa habentia curari.

Compositionem & usum hujus unguenti
ympathetici peculiari tractatu & quidem theo-
ico περὶ ὁπλιατρείας exagitavit Libavius: in
ceteris quoque suis scriptis Chimicis in idipsum
nvehitur sophisticè, & pro more suo & institu-
o argumentatur admodum scabiosè. Verùm
ophistica Libavii sententia tanti non est facien-
da, quanti experientia, à qua virium & potesta-
um in rebus ipsis existentium effecta meritò
sunt depromenda, utut causas inexploratas de-
ploremus, illi tamen & necessitate quadam co-
acti subscribimus, ejusque potentiam admira-
mur. Sanari autem vulnera ab ipso unguento,
non ipsis, sed vel armis, vel quod armorum vi-
cem obtinet, affricato, nemo non vidit, aut in-
telle-

tellexit hactenus, nemo non expertus est. Qui sum igitur attinet in manifesta experientiæ lli cæcutire: quamvis adhuc dum, cur isthæc fian causæ veræ & adæquatæ investigando explora non potuerint, nulli possibiles fuerint. Magn trahit ferrum, & utrumque miro modo interi afficitur, sed quis tàm ingeniosus fuit unquam qui istius mirabilitatis potuerit reddere cau connatas & effectionem istam unicè & κυρίω molientes? Eodem pacto de hoc unguento st tuendum est, nec statim ad diabolicas artes, lic præter opinionem nostram valdè efficaces, recu rendum, vel rei historia in dubium vocan aut prorsus perneganda, mundificationi vuln ris totum assignando, quo pacto idem, vel s inunctione teli consolidari possit, ubi in cau rum momenta priùs inquirere licet. Sed dica ejusmodi exagitatores

1. *Quamobrem ab hac chirurgia vulne parum, aut omninò nihil efficiatur, si usnea à c pite, suspensorum non admixta unguento fuer*

2. *Quî fiat, quod frustrà inungatur telu nisi cruore è vulnere manante tinctum fuerit*

3. *Quî fiat, quòd ægro vel dolores vel le mina ab eo qui curat, pro lubitu suo & per inte valla conciliari possint?*

4. *Quid causæ subsit, quòd fractura ossiu*

n

n resarciatur, vel saltem non æquè benè, nisi l osteocolla, vel radix symphyti majoris unento adjungatur?

5. Cur prout vulnus vel punctim vel cæsim flictum sit, telum diversimodè perungi oportet?

6. Quòd denique si vulneratus diætæ limis à Medico imperatos transgressus fuerit, tom id confestim proditur in telo?

Hæc & similia explicent illi, quicunque streè contra hanc Chirurgiæ Martialis experiențiam calamum stringunt. Libavius hîc nullam ncedit, eamque rerum naturalium solùm esse ntendit; atq; sympathia est continuatio natuæ, ejusque convenientia: tametsi enim dissita nt magnetis & ferri corpora, in iis tamen naura ita continuatur, ut etiam conveniant in uum: quidni verò inter vulnus & unguentum sum continuationem quandam ac propterea mpathiam esse asseramus? Quid verò illa sit, quo consistat, & quomodo fiat, & quæ sit ejus usa, hoc verò est, quod quæritur. Atqui nemo nquam tantam ingenii divinitatem sibi attriuerit, ut isthæc per omnia ad unguem explicare tuerit. Quiescendum tamen non est, sed conndum, quousque mens nostra potest.

Esse itaque sympathiam in hac cura, exploratum

tum est, in qua primò considerandum subjectum seu materia in qua, ipse nempè sanguis: secundò causa efficiens à qua, quæ est spiritus mundi secretus, omnia perlustrans. Tertiò causa instrumentalis, sine qua non perficitur cura. Dicimus igitur basin unguenti Martialis esse usneam, spiritum animalem coagulatum, scilicet corporeum; cùm enim strangulantur homines, spiritus vitales sursum feruntur, ibidemque cùm exitus propter solidam cranii humani duritiem nullus pateat, inter suffocandum unà cum animalibus includuntur, & quasi carceribus quibusdam circumscribuntur, donec temporis progressu in unum coalescant & foràs ad cranii circumferentiam erumpant: Hinc accedente Mercurio seu spiritu mundi à Neptuno per pluvias, rorem, nivem, pruinas, tanquam externa vehicula in hæc inferiora effuso, fit usnea, basis scilicet hujus medicamenti, quæ in se continet omnes virtutes vitales & animales, quas eodem modo postea unguento communicat. Quoad sanguinem: etiamsi, dum ille adhuc spirans è vulnere manat, spiritus volatiles illicò in aëre evanescerent, tamen spiritus sali sanguinis fixo inhærentes, quia non expelluntur, sed retinentur in ipso, cujus pars sunt, nullo prorsus modo sese [...]

du[...]

ducere possunt: Est itaque in sanguine aliquid adhuc, in quo tales operationes fiunt.

Quamprimùm ergò telum medicamento perungitur, quod fit actu calidè, statim sal fixus sanguinis in ense seu telo attrahit magneticâ & naturali, sibique insitâ virtute spiritum animalem ex unguento, qui duo spiritus, interveniente spiritu mundi, qui per cuncta diffusus, atque insertus, omnium idealium seminum & rationum Vector, omnium complexu suo conciliator, atque ita activa secundum proportionem passivis applicando, omnium, quæ fiunt, proximus autor evadit, amicabili nexu & copulâ uniuntur. Spiritus mundi verus est Mercurius catholicus, naturæ filius primogenitus, adhuc dum in virginitatis statu catholico existens, earumque rerum, quibus associatur, naturam induens, non secùs ac cœlestis ille Mercurius. Hinc sanè fit, ut quicquid vel commodi vel incommodi spiritus ille extra venas coagulatus sentit, idem statim congeneri suo inventus residenti sympatheticè communicat, idque nonnisi medio universalis illius spiritûs, omnium corporum claustra reserantis, qui videlicet huic congaudet, vel compatitur: Atque exindè fit, cur æger doleat, si telum igni admoveatur, vel aëri turbido frigidoque expo-

natur; quia scilicet animalis, qui est extra hominem, priùs patitur, & posteà passionem suam communicat illi, qui intra corpus ægri degit, per idem vehiculum, quo non tantùm hæc, sed omnia alia in mundo fiunt. Quin imò, hinc quoque vice versâ & id excutitur, quam obrem, si æger, vel cæpas, vel allium, sinapi comederit, veneremque exercuerit, id statim in telo observetur: quia nempè animalis in homine priùs patitur, ac posteà spiritum sibi homogeneum in telo passionis suæ participem reddit. Hæc igitur est actionis hujus causa: atque exindè reliquæ paulò antè excitatæ quæstiones solvuntur & feliciter explicantur.

1. *Argumentum.* Agens & patiens hi non justam obtinent proportionem: Sanguis nimirum, quo imbuitur telum, jam est mortuus. *Resp.* Sanguis telo affricatus, quamvis non informetur ampliùs à forma vivi, hoc est hominis, restat tamen forma misti, quæ efficit ut adhuc ei insit tàm vis agendi quàm patiendi.

2. *Argumentum.* Remedium est applicandum corpori sanando; Iam verò totum non sanandum, sed pars vulnerata. *Resp.* 1. Axioma hoc non est catholicum. 2 Remedia non semper parti affectæ applicari testantur amuleta.

3. A

3. *Argumentum.* *Quomodo curatio, quæ ...c telo administratur, communicabitur parti ...fectæ, cùm æger sæpè aliquot milliaribus ab... Resp.* 1. *Etymon vocabuli axiomati re...amat. Si est cura Magnetica, præsupponitur ...rtum spatium, per quod trahit.* 2. *Com...unicatio fit per vim magneticam eo modo, ...o odor cadaveris communicatur naribus ...ulturum per multa milliaria. Quantum...s fateamur, modum hunc communicationis ...e ignotum, non tamen indè sequitur, confe...m Magicum esse proclamandum. Sic nimi...m fluxum & refluxum maris magicum quid ...erendum, quippè cujus causa multis fuit & ... adhuc ignota. Idem etiam de aliis infini... statuendum. Latent nimirum plurima ... naturæ abyssis, & vix minima pars nobis ...spectа, cætera vix sera posteritas curat. Vn... quia τὸ διότι nobis ignotum; non τὸ ὅτι ideò ...iciendum aut magicum proclamandum.*

4. *Argumentum.* *Adhibetur hic ablu... partis urinâ propriâ, ligatura, diæta &c. ...sp. Hæc aliquid faciunt ad consolidandum, ...nquam causa sine qua non: sed adeò pauco...m dierum spatio scopum præfixum ea assequi ...perientia reclamat.*

UNGUENTUM DIAPHORETICUM.

℞. GUmm. galban. pur. ℥ij. Opii *Thebai* ℥ij. Spir. vini aromatic. ℥vj. (ex salv ruta, bacc. juniperi, sem. carvi, anis. foeniculi ad stillati, & cohobati) Mixta digerantur per oct duum, destillenturque leni calore ex retorta trea, bisque ad minimum cohobentur:

℞. Hujus destillati ℥ij. Spir. salis armoniac: Digerantur iterum, levissimoque calore destill tur per alembicum humilem, & seorsim serve sal volatile in forma sicca.

℞. Sal. hujus volatil. ℥ß. Butyri non saliti, sæpiùs lavati ℥j. Misce, fiat unguentum; *quoad tumoribus duris, scirrhosis & cancrosis maximè la datur.*

UNGUENTUM MOBILE.

℞. GUmm. galbani elect. opopanac. amm uiac. ana ℥ß. Solvantur in aceto vini soluta forti cum expressione colentur, expressi ab aceto separetur, & separato tandem ad Axung. human. canis, cervi, ursi ana ℥ij. Mi inde cucurbitæ superaffundendo: Ol. terebin bacc. lauri ana ℥ij. C.C. ℥j Sulph. mediante o nuc. jugland. præp. Antimon. dulc. ex pulv emetico per retortam destillat. Vitrioli per la nas ferri edulc. Saturni ustiet loti ana ℥ß.

Iterum misce; posteà ad solem, vel in alio l calido digerantur per aliquot dies, & quoti cum spathula lignea agitentur; & sic unguent pretiosissimum comparatur, *quo Theophr. Pa*

ce

elsus vulnera tam recentia, quàm inveterata ulcera intra paucos dies consolidavit.

Curat omnia inveterata, putrida ac depascentia ulcera: item vulnera venerea desperata, lentigines, lupum, cancrum & podagram. Omnibus amputatis & conquassatis musculis & membris medetur. Leucophlegmaticâ capitis dispositione laborantibus, rasis prius capillis, & postmodum loco affecto impositum, benefacit. Herniosis item & plagâ antiquâ in inguinibus affectis præstat auxilium: Et ut omnia paucis comprehendam, virtus hujus unguenti verbis satis exprimi non potest. Immittatur cum pluma gallinæ nigræ, vel cum stuppis, super imposito emplastro stictico, vel diasulphuris.

UNGUENTUM HERNIOSUM.

℞. Vitell. ovor. rec. ad duritiem coct. No. xxxv.
Butyri majal. sine sale ℔ß.

Misce, & in igne carbonum lento semper agitando & despumando coquantur, & quando olei puri instar apparet, prælo fortiter exprimantur, & feces rejiciantur, posteà in expresso oleo adhuc calido dissolvantur: Ol. balsamic. in *tit. de Otalgic.* descript. ℥vj. petræ ℥iv. Emplastr. oxycroc. ℥v. Misc. & f. l. a. unguentum.

Curat herniam intestinalem: patiens autem in lecto per octo vel quatuordecim dies supinus, sobrius, cavendo à cibis flatulentis, jaceat, & quotidiè bis manè & vesperi locum affectum inungat simulque debitæ ligaturæ fasciæque convenientes applicentur, & per Dei misericordiam certissimè liberabitur. Interea autem manè & vesperi de decocto contra herniam.

niam, quod describit Adr. Mynsichtus sect. [...] *Armament. Medico-Chimic. bibat pro vice cocc*[...] *2. 3. vel 4. In numeri hoc remedio restituti sunt*[...]

EMPLASTRUM STICTICUM PRÆSTANTISSIMUM

Vulnerum ulcerumque telo inflictorum.

℞. Minii factitii, Lapid. calamin. ana ℔ß. Lithargyr. aur. & argent. ana ℥iij. Ol. lini olivar. ana ℔iß. laurin. ℔ß. Ceræ, Colophon ana ℔j. Vernic. Terebinth. ana ℔ß. Opopanac Galban. Serapin. Ammoniac. Elemi ana ℥iij. Succin. citrin. Oliban. Myrrhæ *Alexandrin.* Aloe hepatic. Radic. aristoloch. long. rot. ana ℥j. Mumiæ transmarin. Magnet. Hæmatit. ana ℥iß. Corall. rubr. & alb Matris perlar. Sang. dracon. Terr. sigillat. Vitrioli alb ana ℥j. Fl. antimon. siv. rubr. sive alb. ℥ij. Croci martis tantundem, Camphor. ℥j. Modus parandi talis servatur.

1. Gummata sex in aceto macerata & coc[...] exprimantur per linteum crassum bis repeten[...] cocturam. (Dosis gummatum potest auge[...] propter fœces ab expressione remanentes & a[...] jiciendas) posteà super lentum calorem in mu[...] da sartagine leni igne usque ad consistentiam mediocrem inspissentur.

2. Oleum lini & olivarum imponatur alte[...] sartagini, & addatur lithargyrium auri & argen[...]ti, coquantur agitando, donec oleum coloretu[...] posteà addatur lapis calaminaris, & paulò p[...]

an

minium, omnia illa agitando ferè per duas horas coq. simul ad sufficientiam, cujus proba est, si supra unguem gutta concrescat, & condensetur, nec ampliùs diffluat.

3. Tandem etiam addantur circa finem vernix, oleum laurinum, cera, colophonia: omnibus benè invicem mistis, & liquefactis, & ab igne sepositis, posteà da operam, ut sartago cum gummatibus paulatim calefiat, & successivè affunde liquorem è secunda sartagine gummatibus diligentissimâ agitatione incorporando, supra lentissimum calorem (cave ne bulliat, alioquin gummata in grumos coëunt, & oleo difficulter miscentur) posteà agitando addantur pulveres, & diligenter per horam omnia agitentur: Ultimò camphora resoluta in oleo juniperino destillato vel expresso addatur; si nimis durum fortè esset, addatur aliquid ceræ & colophoniæ. Proba justæ decoctionis hæc est: Bacillo intincto guttulas aliquot in aquam stillare sinito, si digitis adhæserit materia mollis, coquatur diutius, donec durescat, Tùm demùm ab igne deponitur, & in magnam pelvim aquâ plenam effunditur, ac manibus oleo chamæmelino, rosarum, juniperino, lumbricorum, hypericonis ana q. s. mixto perunctis pinsere, ac instar malagmatis subigere convenit, horis tribus vel quatuor: servetur ad usum, efformatis indè priùs magdaleonibus alutæ vel vesicæ suillæ includendis.

In cujuscunque salutaris Emplastri Stictici compositione, secundum Paracelsum, quatuor diversorum

sorum generum ingredientia consideranda venii unt.

1. *Sanatio, quæ fit ratione ceræ & colophco nia.*

2. *Accidentia, quæ tolluntur & impediuntur beneficio gummatum, scilicet opopanacis, galbani, saagapeni, bdellii, ammoniaci, elemi.*

3. *Putredo (Quodlibet enim vulnus etiam sim accidenti putredini est obnoxium, generat vermes & carnis malæ excrescentiam) quæ tollitur & præcavetur ope magnorum consolidativorum, masticbi scilicet, myrrhâ & simil.*

4. *Vt præservet à mucore, scabie, aridura, contractura, synovia, & similibus accidentibus, quod fit per mineralia, scilicet lithargyrium, minium, antimonium, cerussam, marcasitam, lapidem calaminarem & similia.*

Vires ergò hujus Emplastri sunt innumeræ: sub lunari globo non reperitur efficacius.

1. *Contra inveterata ulcera, nec non recentia vulnera & ictus, ubicunque sunt in corpore, etiam in capite.*

2. *Siccat & mundificat vulnera, carnem bonam producit, consolidat ac sanat unâ septimanâ efficacius, quàm aliud mense integro.*

3. *Putrescere bonam carnem non sinit; in super corruptionem malæque carnis excrescentiam impedit.*

4. *Nervis truncatis aut contusis optimum est remedium.*

5. Fe-

5. *Ferrum, lignum, plumbum, & alia quæque e vulneribus extrahit, superimpositum eis tantùm.*

6. *Venenosorum animalium curat morsus ictusque: attrahit enim venenum.*

7. *Maturescere facit apostemata cuncta superimpositione solâ.*

8. *Contra cancrum, fistulas, scrophulas, ignem Persicum est remedium excellens.*

9. *Mitigat omnes dolores; cujuscunque vulneris aut ictûs.*

10. *Contra rupturam etiam egregium auxilium præstat.*

11. *Ubi caput inflatum est, radantur capilli & imponatur emplastrum.*

12. *Dolores dorsi impositione tollit.*

13. *Ficus cutis extra & intra sanat imponendo.*

Vires suas servat integras annos quinquaginta, quo tempore æque efficax est ac recens compositum.

EMPLASTRUM STICTICUM, SEU PUNCTURALE NOBILISSIMUM.

℞. Terebinth. Cypr. ℥ij. Gumm. elemi ℥j. Ceræ citrin. Colophon. ana ℥ß. Minii tenuissimè triti, Sang. dracon. ana ℨiij. Styrac. calamit. Magnetis ana ℨij. Radic. aristoloch. rot. Mumiæ transmarin. ana ℨj. Aloës hepatic. Alumin. ust. ana ℨß. Misce, & cum balsamo vulneratio fiat, ut est artis, Emplastrum.

Valdè efficax est ad puncturas & vulnera recentia, ubicunque sunt in corpore humano, etiam

etiam in capite, quæ omnia siccat, mundific consolidat, sanat, maleque carnis corr ptionem & excrescentiam impedit. Im per ferrum, plumbum, calamos, surculos spicula corporis alto infixa: nec non alia q que de vulneribus extrahit, dolores mitig & venenosorum animalium morsus ictus curat.

Tres autem sunt genuini & artificiales m di, quibus omnium vulnerum consolida rectè ritéque perficitur. Primus est bal morum. Secundus emplastrorum stictico rum Tertius potionum vulnerariarum. Balsa vulneraria habentur hinc indè multa: Obs vandum tamen est, ea balsama, quæ destil tione proliciuntur, minùs apta esse propter miam penetrationem & empyreuma, qu plerumque destillatione contrahunt. Emp stra stictica, nobilissimi sunt usûs, & au lium divinum in vulneribus ac ulceribus nandis sæpiùs præbent, si rectè & ritè sint pr parata. De potionibus vulnerariis magna concertatio apud Chirurgos: de iis optimè pr cepit Felix Wurtzius in Chirurg. sua part. c. 5. Cujus boni viri considerationes & monitiones cum compositionibus earundem tionum vulnerariarum benè sibi commenda

habea

habeant Medici & Chirurgi omnes. Quòd si verò ex iis etiam simplicibus tales potiones præparandæ sint, meo consilio praxis optimè institueretur, si arcana ipsorum Philosophicè parata tandem miscerentur, & usui accommodarentur dosibus admodum exiguis. Hæc nimirum maximè penetrativa sunt, & una vel altera dosis tantum præstat, quantum aliæ plures decoctorum vulnerariorum. Imprimis autem arcanum prunellæ est quasi instar omnium. Quod si nimirum ejus ℈j. vel ℈iß. aut etiam ʒj. in vino data fuerit, illicò vulneris emendationem bonùmque successum demonstrat, cujus sanè operationi nihil æquale reperitur.

EMPLASTRUM OPPODELDOCH PARACELSI.

℞. GUmm. galban. opopanac. ana ℥iij. ammoniac bdellii ana ℥j. Macerentur per dies octo vel plures in aceto destillato: cola & tandem inspissa leniter ad mellis consistentiam, deindè

℞. Lithargyr. tenuissimè pulverisat. ℔ß. Olei comm. ℔iß. Coque lento igne, & continuè move cum spathula, donec spadiceum colorem contrahat, adde deindè Ceræ ℔j. Quâ liquefactâ, immisce etiam superiora gummata, & paulò pòst Olei laurin. ℥iij. Move diligentissime, donec nimirum omnia exactissimè fuerint mixta. Remove ab

ab igne, & extremò adde hos pulveres tenuissim… tritos,

℞. Croci martis, Mumiæ transmarin. Magne… tis præp. Magister corallor. alb. rubr. ana ℥ß. La… pid. calaminar. præp. Myrrh. rub. Thur. masculi… Mastich. Radic. aristoloch. rot. ana ℥ij.

Hos pulveres infunde in liquefactum empl… strum, non confertim, sed pedetentim & provid… diligenter, ut omnia perfectissimè coëant. P… stremò omnium

℞. Pulv. succini ℥j. Olei laurin. ℥j. terebinth… ℥ß. Misce, & liquefac seorsim, solve in eode… Camphor. ℥j. & tandem Croci orient. pulve… sat. ℥ß.

Hanc solutionem seorsim factam cum empl… stro calido misce, idque fac prudenter, ut nimi… rum omnia per minima quasi conjungantur. E… indè fac magdaleones, malaxando nimirum cu… oleo hypericonis, & serva.

Hoc Emplastrum curat omnia vulnera pun… ctim & cæsim inflicta, sine omni pure. E… crescentiam carnis impedit, ejus tantum, quan… tum opus est, producendo. Ulcera antiq… priùs mundificata similiter hoc emplastro c… rantur. Quod si verò illud fortius esse ve… ad sananda quævis carcinomata & corrode… tia ulcera,

℞. Croci metallor. Vitrioli ad rubed. calcin… Mercur. per se præcipitat. ana q. s. Misce pulv… risando. Hujus pulveris ℥ß. misce ad sing…

as ℥ß. emplastri, liquefacti priùs in sartagine, ac postea pulveres tritos immisce, superaddendo aliquid olei terebinthinæ.

Hoc emplastrum est præstantissimum, variis usibus inserviens.

EMPLASTRUM CINNABARINUM.

℞. OL. plumbi ℥ß. vulnerar. balsamic. suprà descript. ℥iij. Succin. Mastich. ana ℥ß. Lithargyr. lot. ℥j. Cinnabar. ʒij. Mercur. ʒj. Misce, fiat Emplastrum.

Hoc in ulceribus sordidis curandis egregias virtutes habet.

EMPLASTRUM ANODYNUM IN CANCRO.

℞. EMplastr. diapalm. diapompholyg. ana ℥ß. Sacch. saturn. ʒß. Opii spir. vini dissolut. ʒj. Fulig. splendent. ℈iv. vel Sal. volatil. armoniac. ℈ij. Malax. Ol. solan. express. q. s. Misce, fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM EX CROCO MARTIS EGREGIUM.

℞. CRoci martis rubri adstring. ℥ß. Extract. tormentill. Lachrym. dracon. Sang. human. exsiccat. ana ʒij. Terebinth. Lariegn. Ceræ, Colophon. ana q. s. Misce, fiat Emplastrum.

In hæmorrhagiis vulnerum restringendis & ulceribus exsiccandis egregium auxilium præstat.

EM.

EMPLASTRUM DIASULPHURIS RULANDI.

Ex modò tradito ac descripto Balsamo tali quoque Emplastrum, quod Diasulphureum *Rulandus* vocat, componitur. ℞. Balsami seu Olei prædicti ℥iij. Ceræ ℥ß. Colophon. ℥iij. Myrrh. ℥ijß. Cerâ, colophoniâ oleoque liquefactis simul & benè commixtis inspergatur Myrrha subtilissime trita paulatim, igneque lento coquantur, spathulâ semper agitando, donec benè permixta fuerint. Posteà, nimirum, post quartam horæ partem, ab igne deponantur & paulatim frigescant.

Emplastrum hoc præstantissimum, certissimum & infallibile, curat omnis generis ulcera & vulnera, seu recentia, seu antiqua, eaque à putredine & gangræna potenter tuetur, ut quilibet fatebitur, qui ejus faciet periculum.

EMPLASTRUM AD HERNIAS ET FRACTURAS OSSIUM EXCELLENTISSIMUM.

℞. Balsam. sulph. ℥ij. Ol. mastich. ℥j. Croci martis ℥ß. Terr. sigillat. ℥iß. Terr. Vitrioli dulc. ℥j. Corall. rubr. præp. Magnet. præp. ana ℥ß. Extract. consolid. maj. aristoloch. rot. ana ℥iß. Fiat Mixtura.

Nota: Si balsamum sulphuris ob caliditatem suam non ubique, præsertim in calidis affectibus, tutò usurpare possumus, hoc est corrigendum & efficiendum, ut universaliter eo uti

queamus : quod sequenti modò egregiè

℞. Balsam. sulph. ℥ij. Sacch. saturni ℥j. ne in loco calido, dum omnia soluta sint, & bebis balsamum exoptatissimum ad intentionem tuam implendam, ut videlicet hoc ipso omnibus affectibus tutò uti possis. Saccharum enim saturni facilè in balsamo sulphuris vitur, & testis est experientia, quod similè eam modo per oleum terebinthinæ Oleum saturni paretur.

EMPLASTRUM CONTRA HERNIAM EGREGIUM.

RESin. ℥vj. Terebinth. ℥iij. Ol. ovor. Sang. dracon. ana ℥j. Radic. consolid. maj. San. rubr. ana ℥ß. Croci martis per reverberat. ℥ij. Alumin. usti ℥j.

Resina & terebinthina liquefiant, & ab igne motis pulveres inspergantur, & oleum addatur, benéque misceantur, & fiat emplastrum, quod beneficio aquæ ferventis extendatur.

Præsentissimum est remedium ad varias herniæ species: imprimis verò herniam internalem & umbilicalem curat. Itaque emplastrum hoc parti affecta, intestino vel omento priùs sensim in locum suum repositis, pube scroto abrasis, imponatur, & ligamentis idoneis, vel subligaculo, ne exire possit, retineatur,

illud

illudque ad perfectam sanationem continuetu[r]. Patiens interim in molli lecto jaceat, & sit [in] quiete. Imò diætæ rectam rationem observe[t], aëris intemperiem frigidam, ventum, clamo[rem], vociferationem, cantum, risum, fletum, ponderum gravium elevationem, & omnem motum nimium vitet. A cibis quoque fl[a]tulentis abstineat, & alimentis crassis, vis[ci]dis & constringentibus utatur. Quantita[s] autem parva esse debet; media enim maxim[è] confert.

EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI.

℞. CEræ alb. ℥ij. Sperm. ceti ℥j. Gumm. g[al]ban. in aceto dissolut. ℥ß. Misce, & f[iat] Emplastrum.

Mammis puerperarum, post partum non [la]ctantium, impositum, & continuè per mul[tos] dies gestatum, omnibus ex lacte doloribus [&] tumoribus etiam duris, imò scrophulis & str[u]mis medetur. Lac enim coagulatum s[eu] concretum solvit, ejusque abundantiam ab[su]mit.

EMPLASTRUM DIVINUM.

℞. EMplastr. diapompholyg. diapal[m]. gry[s.] ana ℥j. Gumm. elemi ℥ij. Sacch. satu[rni] ℈j. Misce in mortario plumbeo. Fiat emp[la]strum durius.

Em[...]

Emplastrum hoc ad ulcera crurum δυσεπέ-ωλα feliciter sæpissimè usurpavi.

EMPLASTRUM SATURNI.

℞. Saturni usti & loti ℥j. Sevi hircini, Ceræ alb. ana ℥vj. Terebinth. ℥iij. Lapid. calamin. præp. Cerussæ lot. ana ℥ij. Pompholyg. Tut. præp. ana ℥j. Myrrh. rub. mastich. Oliban. ana ℥ß. Aloës hepatic. Camph. Nitri præp. ana gr. xv. Misce, & fiat justæ consistentiæ Emplastrum.

Notabile hoc de Saturno Emplastrum auxilium quasi divinum est; Valet enim contra omnis generis ambusta, inflammationes, tumores, ignem Persicum &c. nec non ad vulnera & ulcera quævis maligna, fœtida, insanabilia ac corrodentia, nimirum: fistulas, lupum, cancrum, polypum, noli me tangere, & similia saturnina etiam deploratissima, intra paucos dies carne implenda. Et hæc est vera & sincera Emplastri Saturnini descriptio; cæteræ verò quæ passim circumferuntur, omnes falsæ sunt.

EMPLASTRVM TALPINVM.

℞. Butyr. majal. sine sale ℔ß. Herb. rutæ virid. Radic. sigilli *Salom.* rec. ana ℥ß. Coque, donec butyrum viride appareat; posteà col. & exprimantur, & expresso butyro addantur: Ceræ citrin ℔ß. Picis naval. ℥iv. Ol. Saturnin. ℥j. Talp. v. combust. No. j. Mell. virgin. Cochl. ij. Aven. alb. & Siligin. in sartagine ferrea ad nigredinem ust. & pulverisat. ana M. j. Fiat l. a. Emplastrum.

Ad vulnera & ulcera antiqua & fœtentia peculiariter congruit; quæ omnia desiccat, sanat, optimè

primâ carne replet, cicatrizat, & ab eis sordidos hu-mores seu putredines intimè immersas liberaliter educit.

EMPLASTRUM DE CARNE BUBULA.

℞. CArn. bubul. benè in fumat. exsiccat. pulverisat. Ol. tartari, Ceræ flav. ana ℥ Terebinth. alb. Lapid. calamin. pumicis, ℔ rubr. & alb. Lithargyr. Mastich. Alum. ust. C ovor. ana ℥ij. Myrrh. rubr. Oliban. Camph ana ℥j. Misce, & cum Aceti Vini acerrimi ℥j. fi l. a. Emplastrum.

Vulnera & ulcera antiqua, maligna, corrodentia, cancrosa, saturnina, quæ omnia difficilis consolidationis sunt, explet, siccat, & cicatrice claudit. Fistulas, quæ nondum callum contraxerint, jungit. Confert quoque ad omnes putredines, hæmorrhoides exulceratas, condylomata, sedis vitia, rimas ficus ani, aliaque mammarum & pudendorum depascentia ulcera.

EMPLASTRUM TRAGACANTHINUM.

℞. GUmm. tragacanth. in aceto dissol. ℥ Radic. consolid. maj. Boli armen. Fari fabar. ana ℥iij. Lithargyr. argent. ℥iiß. Ol. com ℥j. Resin. & Ceræ flav. ana q. s. Misce & fiat l. Emplastrum.

Hæc in contusionibus, sugillationibus & ecchymatibus mirificas operationes præstat.

EM

EMPLASTRUM VULNERARIUM NOBILE.

℞. Myrrh. ʒiij. Sarcocoll. ℥iiß. Aloës ʒij. Mastich. ℥iij. Thur. ʒiß. Radic. tormentill. Tut. ana ʒj. Pulverisentur omnia: adde Ol. ovor. hypericon. ana ʒß. Balsam. sulph. ʒij. Ol. thur. terebinth. ana ʒß. Ceræ q. s. Misce, fiat Emplastrum, *quod elegans est sarcoticon.*

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM.

℞. Gumm. ammoniac. ʒij. elemi ʒiß. sagapen. ʒj. Solvantur in q. s. Aceti ad pultis formam: cui adde pedetentim, & quasi guttatim, Ceræ flav. odorat. ℔j. Terebinth. clar. ʒiij. Colophon. seu Picis Græc. ʒiv. Liquata invicem leni igne, in sartagine, separatim, & non nimis calidè, superioribus gummatibus sensim, & alternatim, sub continua agitatione, infusa; hînc alternatim etiam inspergantur successivè hi pulveres: utpote Pulv. Gumm. bdell. ʒiv. succini citrin. ʒiij. oliban. mastich. ana ʒj. sandarac. ʒvj. Pòst agitentur, donec omnia commixta, atque dextrè unita sint, per horam integram, in diplomate, vase scilicet duplici, calore leni, & fiat Emplastrum.

Pituitam & serosam humiditatem absumit, discutit & extrahit, sic ut post ejus usum sæpè guttulæ appareant aqueæ in emplastro & loco affecto: Hinc prodest specificè in dolore ischiatico, intumescentia pedum, parotidibus & tumoribus Gallicis pituitosis, ubi suppurationi incumbere nolumus. In duritie

crurum & nervorum scorbutica, ossium fracturis, juncturarum doloribus, luxatione, casu & contusione, humiditates ad partem affectam tendentes consumit, doloremque legitimè tollit.

SPECIFICVM EXCELLENTISSIMVM IN CANCRO.

CApùt mortuum ex spiritùs fuliginis destillatione residuum calcina, & ex eo extrahe salem more communi. *Quem reserva tanquam præstantissimum curativum in cancro exulcerato.*

Hic sal extrahitur cum aceto, inque liquorem in loco humido & frigido rursum solvitur. *Quo si cancrosa ulcera semel atque iterum inungantur, venenositas instar vaporis visibiliter extrahitur. Tandem verò oleum fuliginis leni aspergine sæpè illitum crustam instar cuticulæ inducit, quæ sponte spatio quinque vel sex dierum cadens, ulcus consolidatum esse indicat.*

SECRETUM RULANDI AD CLAVUM.

℞. OLei sulphur. per campan. ℥ß. Lapid. corrosiv. vel Sal. alkali ʒij. Sem. hyoscyami ʒj. Opii ʒß. Tere & misce s. a.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. MErcur. viv. cum sale & aceto loti per corium expressi ℔ij. Solvatur cum Aq. fortis, simpliciter ex vitriolo & nitro destill. q. s. Factâ solutione abstrahe

tur in alembico tota humiditas, ad ſiccitatem mercurii, in pulverem albicantem converſi; cui porrò admiſc. Vitrioli ad flavedinem calcinati. Sal. comm. decrepitat. ana ℔ij Sal. nitri ℔j. Quæ probè mixta, in matracio, piſtillo ligneo, aliquandiu agitata, immittantur cucurbitæ, ſive terreæ, ſive vitreæ; & igne aperto, gradatim aucto, ſublimatio fiat. Verùm cucurbita ita in furno accommodetur, ne ignis illam totam lambere aut circum dare poſſit, ſed paulò ſuprà, quousque nimirum cucurbita à prædicta mixturâ repleta eſt, ignis ſaltem cucurbitam illam circumdare poſſit, ibi igitur furnus undique claudendus, ut pars ſuperna cucurbitæ vacua, extra ignem emineat, relictis tamen à latere ſpiraculis, ad regendos gradus ignis: & tali modo feliciter operatio ſeu ſublimatio ſuccedit, breviori tempore, minori labore, igneque ac carbonibus paucioribus: Mercurius verò ad latera cucurbitæ, extra ignem prominentia, unius diei ſpatio elevatur cryſtallinus, ſi gradus ignis debitè rexeris. Huic porrò ſublimato mercurio, ſi nondum totus cryſtallinus appareret, prioribus, in fundo cucurbitæ, reliquiis abjectis,

 de

denuò salis communis decrepitati libræ duæ admisceantur, & modo præscripto sublimentur. Qui, si cryſtallinus extiterit, asservandus; sin minùs, & tertiâ vice per se tantùm, aut addito pauculo sale, sublimationi subjiciatur, donec ad placitum & voluntatem cryſtallinus & purus evaserit: qui ad alios tandem labores adaptandus, aut externo usui destinandus.

Sublimatur præterea Mercurius, absque solutione prægressa, cum cum aqua forti, modo sequenti.

ACcipiantur Mercurii vivi & purgati ℔ ij. cui, ut citiùs cōeat cum reliquis speciebus addendis, & sublimationi dicatis, admisc. statim particula mercurii anteà sublimati (sicut moris est in sublimatione & præparatione mercurii dulcis) ad ℥ij. circiter. Item Salis comm. decrepitati, Salis nitri puri ana ℔ j. Colcotharis, seu Cap. mort. vitrioli parum, & Vitrioli ad flaved. calcinat. ℔ ij.

Hæc exactè mixta, & in matracio piſtillo li-

o ligneo tamdiu agita, quamdiu mercurius non ampliùs vivus apparet, cucurbitæ lutatæ, suo capitello munitæ (& præmisso vitro recipiente, ad excipiendam humiditatem, seu aquam fortem, inter initia extillantem) immittantur; ac igne aperto, gradatim aucto, furno tamen supra medium circiter cucurbitæ partem clauso, spatio circiter duorum dierum sublimatio absolvetur. Quâ peractâ, mercurio huic jam semel sublimato, & à nigredine separato, abjectis in fundo cucurbitæ speciebus, seu capite mortuo, porrò addantur: Salis comm. decrepitat. ℔viij. vel x. Vitrioli ad flaved. calcinati ℔iß. & ut priùs probè mixta, trituratione diligenti in mactracio, pistillo ligneo, ac cucurbitæ tandem immissa, sublimentur in crystallinam compagem, quodquin ita futurum sit, modò dextrè rexeris, dubium nullum relinquitur.

Hic Mercurius sublimatus corrosivus, licèt, intra corpus simpliciter sumptus, maximè venenatus & summè causticus sit; absque tamen emolumento ac usu in medicina non est, modò non intra corpus, tanquam vi suâ causticâ nocuus, propinetur; externè verò adhibitus, suis non destitutus est viribus: In ulceribus præsertim venereis, sordidis, crustosis, maximam præstabit operam, aquis mundificantibus injectus.

jectus.

jectus. In gonorrhœa diuturna ac virulenta curanda, injectionibus ac liquoribus aloëticis modicè immixtus; item unguentis & emplastris, pro excrescentiis absumendis, suas meretur laudes.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

℞. MErcur. in aq. forti solutum; evapora aquam fortem ad siccitatem usque; vel aquam fortem per retortam abstrahe, quod relinquitur in crucibulo, reverberetur paululum, donec pulvis rubicundus evadat, qui est præcipitatus ruber.

Vires. Externum est medicamentum Chirurgicum, cujus usus est in delendis pustulis aliisque excrescentiis carnosis, quas sine dolore aufert, si prius aquâ plantaginis edulcoratus fuerit. Dosis pro re nata.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS PER AQUAM OVORUM.

℞. MErcur. purificat. q. v. affunde aquam destillatam ex ovis ad duritiem coctis, & præcipitabitur in pulverē. Huic pulveri affunde sæpiùs aquam eandem, destillatam scilicet à putaminibus ovorum calcinatis, cohobaque igne cinerum, donec Mercurius sit conversus in pulverem rubrum & dulcem.

Cura-

Curat ulcera vesicæ, etiam quæ æstimantur incurabilia; sanat item vulnera & ulcera omnia externa.

LAPIS MEDICAMENTOSUS CROLLII CORRECTUS.

℞. Vitriol. virid. ℔j. alb. ℔ß. Alumin. crud. ℔iß. Fell. vitri, Sal. comm. ana ℥iij. Sal. tartari, Sal. absinth. artemis. cichor. persicar. plantag. ana ℥ß. Ponantur in olla vitreata satis capaci, affunde modicum aceti rosacei, coque igne carbonum lento, sæpiùs agitando. Ubi incipit spisseſcere, adde Ceruss. *Venet.* ℔ß. Boli armen. ℥iv. Diligenter misceantur, donec vi ignis medioctis in lapidis duritiem massa concreverit, qui posteà fractâ ollâ eximendus, & ad suos usus reservandus. Si gummata, myrrham videlicet & thus addere voles, instituatur coctio lenta, ne comburantur, & vis illorum in igne evanescat.

Virtutes hujus Medicamenti ferè sunt innumerabiles.

1. *In partibus corporis exterioribus omnia ulcera, & quæ ad ulcera referri possunt, subitò tollit: laventur manè & serò, & linteolum madidum superimponatur.*

2. *Omnes defluxiones ulcerum tollit, mun-dificat, & confortat partem affectam.*

3. *Desiccat vulnera & vetera ulcera ca-phrodisia, venereaq; si linteum imbutum super imponatur.*

4. *Dentes confirmat, & gingivas à putre-dine conservat, gargarisando cum aqua plan-taginis.*

5. *Oculorum lacrymas restinguit, rubedi-nem & oculorum dolores tollit, & caliginem si plumâ madefactâ anguli oculorum externi irrorentur.*

Si in ophtalmia utimur, potest solvi in aq. rosarum, vel euphrasiæ, vel verbenæ. Verbe-na in Iunio & Iulio ante solis ortum colliga-tur, & cum vino per mensem priùs digesta, po-steà destillentur.

6. *Ignem sacrum tollit, erysipelas, linteum madidum super impositum; ubi siccum fuerit iterum madefiat, spatio 24. horarum abibit & si sint foramina, eluantur hâc aquâ.*

7. *Scabiem manuum & corporis aquâ hu-jus Lapidis Medicamentosi sanabis, si lavetur vesperi.*

8. *Contra serpigines valet; sed tunc aqua non sit nimium diluta, ut potentius agere pos-sit; sic etiam contra tineam.*

9. *Ad-*

9. *Adhibetur feliciſſimè ad cancrum mam-illarum jam apertum: item ad cancrum o-s, oris anginam linguæque inflammationem t quamcunque affectionem gingivarum, no-me tangere, aut alia oris vitia: Vlcera gut-ris, ſcorbutum collutione ſanat, expuendo po-eà, vel penicillo intincto abluantur.*

10. *Mortificat pulcherrimè, & mundifi-t quamcunque plagam antiquam, caſu, con-uaſſatione, aut aliâ vi externâ factam, ſine lla patientis moleſtia.*

11. *Vbi ſunt veſicæ albæ & puſtulæ in pe-ibus, eundo attritis, eluantur apertæ hâc a-uâ.*

12. *Linteolum hâc madidum, apoſtemati ualicunque impoſitum, medetur illi.*

13. *Ad omnis generis ambuſta, linteolum adidum imponatur.*

14. *Ani ficus utriusque ſexûs ſanantur, linteamina madefacta applicentur*

Vncia ergò una liqueſcat in ℔j. aquæ pluvia-is, vel fluviatilis, vel alius aquæ deſtillatæ ppropriatæ; non verò in fontana diſſolvatur; oſt filtrationem & fecum abjectionem, aquâ larâ utimur.

Lapis hic medicamentoſus dicitur aliàs La-is ſaluiis, quia multum commodi adfert in

Chi-

Chirurgia, hoc est, Medicina extrinsecùs adhibenda. Alii brevius conficiunt ita, qui nec quidem suis viribus destituitur.

LAPIS SALUTIS.

℞. Vitrioli ℔j. Nitri ℔ß. Ceruss. Alumin. Boli armen. ana ℥iv. Sal. armoniac. ℥ij. Omnia benè pulverisentur, cerussa verò & bolus in marmore priùs benè terantur, ac aceto communi ad superemine͂tiam digitorum duorum affuso, coquantur leniter in olla satis capaci; inter coquendum aliàs facilè ebullit, donec redigantur omnia in lapidem durum.

LAPIS SALUTIS ALIUS INCOMPARABILIS.

℞. Alumin. ℥iv. Vitrioli *Vngaric.* ℥ij. Vitrioli alb. Tartar. Borrac. Mastic. Thur. Sal. armoniac. ana ℥j. Cerusſ. ℥vj. Boli armen. ver. ℥iij. Crasso modo contusa coq. in olla vitreata capaci cum aceto fortissimo igne lento usque ad consistentiam seu duritiem lapidis.

Hi Lapides 1. in partibus corporis exterioribus omnia ulcera subitò tollunt; laventur serò & manè, & linteolum madidum super imponatur.

2. *D*

2. Deficcant vulnera vetera & aphrodisia, linteum imbutum superimponatur.

3. Dentes confirmant, & gingivas conservant.

4. Putrescere non sinunt bonam carnem; super corruptionem malæ carnis, ejusque excrescentiam impediunt.

5. Nervis truncatis aut contusis optima sunt remedia.

6. Contra calculum, fistulam, scrophulas ignem Persicum optimè valent.

7. Mitigant omnes dolores, cujuscunque vulneris aut ictûs.

8. Contra rupturam egregium remedium sunt.

9. Ficus cutis extrà & intrà sanant.

SAL, BUTYRUM, SACCHARUM SEU MEL SATURNI CROLLII CORRECTUM.

Minium seu Saturnus calcinatus aceto vini destillato humectetur, misceatur & exsiccetur Tritæ materiæ affunde acetum destillatum ad supereminentiam trium, quatuor, vel plurium digitorum, stet in loco calido (non in hypocausto, in quo habitent homines; evaporatio enim hujus aceti infusi supra saturnum noxia est; præ-

ser-

ſertim capiti) per duos dies, vel in cine-
bus in digeſtione, quater quotidiè agita-
do, & acetum in colorem flavum ac ſap-
rem dulcem mutabitur (vaſa ſint vitre
nam terrea, niſi ſint probè cocta, perfluun
effunde & reitera laborem, affundem
novum acetum, donec non ampliùs co-
retur & dulceſcat. Abſtrahe autem in ba-
neo, & manebit in fundo gummi inſtar m
lis, cui affundes aquam pluvialem deſtill-
tam, ut denuò ſolvatur, & fœces reſid
aceti ad fundum cadant, perge recente
aquam affundere foëcibus, donec nil a
pliùs extrahat: Aquam filtratam evapo
usque ad cuticulam, habebis ſal, quod i
cella humida in oleum reſolvitur. S
primâ vice paratum poteſt parùm ſalte
exſiccari, ne meliores ſpiritus avolent,
in marmore teri: acetum deſtillatum it
rum affunditur, ut viciſſim ſolvatur in c
neribus calidis, per tres vel quatuor di
movendo ſæpiùs, clarum filtratum effu
ditur, ac evaporatur fœcibus abjectis:
hoc aliquoties reiteretur, Sal erit pulche
rimum & cryſtallinum, quod ultimò in a
fontana ſolvitur & evaporatur, vel per ſe
cella in oleum liqueſcit.

H

Hoc Saccharum Saturni omnes mercurios sublimatos, itaque etiam præcipitatos ac corrosivos dulces & innoxios, si saltem superfundatur, reddit: ideoque in ulceribus corrosivis, quæ à sale proveniunt, præstans est medicamentum. Sicuti etiam in vegetabilibus saccharum vulgare acrimoniam & amaritudinem rerum temperat ac corrigit: ita mineralium, & Mercurii, arsenici acrimoniam ac venenositatem tàm in magno quàm parvo mundo hoc saturni Saccharum mitigat ac emendat.

2. Contra putredinem oris præstantissimum est medicamentum.

3. In ulceribus malignis, corrodentibus, cancrosis & similibus saturninis, lupo maximè excellit.

4. Contra impetigines egregium medicamentum est.

5. Purgat & mundificat ulcera vetera, apostemata, vulnera; vix dici potest, quàm his sit singulare remedium.

6. Paracelsi singulare arcanum est contra omnis generis ambusta, inflammationes, tumores, ignem Persicum, si misceatur cum aq. plantag. vel solani, & linteolis madidis tepidè applicetur: Ita pannus cœruleus intinctus igni Persico adhibetur.

7. Con-

7. *Contra pustulas faciei rubras mirifi valet.*

8. *Tumores tollit confestim, si cum oleo ovi varum & chamameli, aquâ rosarum admixti applicetur.*

9. *Inflammationibus & rubedini oculorum optimum remedium est in aq. euphras. & rosar dissolutum.*

10. *Cum oleo terebinthinæ mixtum cur omnia ulcera, vulnera & membra contracta inunctione continuatâ.*

11. *Contra cancrum, fistulas valdè pugnat*

12. *Usus ejus præstantissimus in ulceribu mammillarum est.*

13. *Omnes tumores, inflammationes & do lores membrorum illius usu externo tolluntu*

14. *In colica aliquot guttæ olei intra co pus dantur in vino albo.*

15. *In magnis inflammationibus intern tria grana in aq. rosar. & plantag offeruntur Potest etiam affundi spiritus vini, ut extrah subtile, & hic essentificatus spiritus loco sal potest offerri. Saturnus est naturæ frigid ideò omnibus inflammationibus contrariatur.*

16. *In quartana & lienis affectionibus item in punctura circa umbilicum mirand præstat.*

17. P

17. *Potest misceri emplastris, linimentis; vel per se resolvi in oleo, vel in aqua appropriata applicari.*

18. *Suâ frigiditate hoc Sal saturni intra corpus sumptum libidinem veneream reprimit: Qui in cœlibatu vivere constituerunt, & eo uti volent, consultius facient, si regionem ... ltem externam admixto aliquo oleo inunxint.*

Ex hoc saccharo destillatione artificiosâ spiritus elicitur inflammabilis, quo multi suo tamen proprio sale fortificato conati sunt auri calcem diligenter beneficio aquæ regis præparatam, facere potabilem. Fides sit penes cujusque experientiam.

MAGISTERIUM SATURNI.

1. SAlis Saturni cryſtallini & pulcherrimi q. v. Solve in aq. roſar. poſtea affunde Spiritum vitrioli (ſunt qui oleo tartari utuntur, ſed ſpiritus vitrioli præſtat) lentè & celeri tamen lapſu, tamdiu, usque dum colorem ſpiſſi lactis acquirat. Deinde filtra per chartam emporeticam, & magiſterium albiſſimum in charta remanens aq. ſpagyricam aquis cordialibus edulcora, exſicca, & ad uſum reſerva.

Vſus hujus Magiſterii præſtantiſſimus eſt in putredi-

tredine oris, ulceribus malignis, cancrosis, saturni nis, lupo, fistula, igne Persico, ambustis, pustulis faciei rubeis, rubedine oculorum &c. Potest vari vel emplastris, vel linimentis misceri, vel in aliis appropriatis solvi & externè applicari. Si ab omni nauseosa & noxia dulcedine liberum est, felicissimè utimur etiam eo internè, in phthisi nimirum, hectica, febribus ardentibus aliisque inflammationibus internis. Item in quartana, lienis affectibus, colli & libidine venerea, secretum est: his enim omnibus contrariatur. Dosis à gr. iv. ad vj. in vehiculis congruis & specificis.

SPERNIOLÆ COMPOSITUM CROLLII CORRECTUM.

IN Martio destillatur Sperma Ranarum per se in balneo, in novi lunio collectum; in plenilunio enim maximè fœtet, at in novi lunio confectum durat ad annos 3. Habitâ hâc aquâ,

℞. Myrrh. select. Thur. ana ℥ij. Croci triti ℥ß. Camphor. ʒiij. Tere tenuiter omnia & misce: Hunc pulverem in vitro aquâ spermatis ranarum destillatâ vigesies vel trigesies imbibere convenit, ita tamen ut semper priùs spontè exsiccetur, post adusus suos servandus est.

Intra corpus dantur grana iij. iv. *vel* v. *in* ... *plantag, in hæmorrhagia interna, ubi omnia* [...] *irrita.*

I. L

1. *Medicamentum hoc suâ frigiditate sanguinem coagulat: nam ad sistendam hæmorrhagiam internam è naribus & gutture, ubi omnia desperata sunt, tria vel quatuor grana intra corpus in aq. bursæ pastor. vel melanthii tutò exhibentur.*

2. *Si resolvatur cum aceto & erysypelati seu doloribus podagricis calidis exteriùs applicetur, plurimùm confert. Applicetur autem calidè vel tepidè; erysipelas exulceratur aliàs de frigido.*

3. *Hæmorrhagiam vulnerum externam impositione in stupha aliqua sistit.*

4. *Si panaritio per duas imponatur horas, necat illud; vel imponatur digitale è corio multoties priùs ... us ma... factio & exsiccato. Imò panaritium salem in aqua spermolæ intinctum enecat; sed in ea immersione tanti cruciatus excitantur in digito, ut nisi patientem manibus fortiter teneas, vix cruciatus ferre possit. Sanguis talpæ in papyro collectus & digito impositus valdè juvat.*

5. *Mortificat etiam cancrum, sed efficaciùs solâ aquâ spermolæ.*

6. *In profluvio muliebri contumacissimo duo vel tria grana intra corpus in aq. artemisiæ offerantur.*

7. *In aqua Spermolæ per se destillata si tantillum aluminis solvatur, doloribus podagricis linteis madefactis commodè & cum successu applicatur,*

Spermiola est Paracelso *sperma ranarum, quod ineunte vere hînc inde circa lacus palustres & stagna reperitur. Vndè posteà beneficio solis ranæ in viva animalia excoquuntur. Illud autem ad medicinam colligendum mense Martio, & quidem tri-*

duo vel quatriduo ante novilunium, inque usus ca bibendum. Chirurgi periti eo crudo imbibunt l cinias, easque vicissim exsiccant, idque sæpius f ciunt. Iis utuntur posteà ad inflammationes qua libet vulnerum tollendas: imò si supra iisdem empl stra extenduntur, mirificè eosdem affectus retinen In erysipelate pedum vel manuum, aut alterri membri externi sæpiùs recurrente, nihil eo utilius e si tantùm sicca talis lacinia, cum spermola cruc præparata loco affecto applicetur ac membrum in volvatur. In tibiis seu cruribus erysipelas facil cedit, si ex linteis fiant tibialia affabrè facta. Hi vero septies vel etiam ampliùs cum eadem spermiol imbibantur, & quasi cum eadem conquassentur, a nuoque exsiccentur. Hæc nimirum multos ann durare possunt, modò ne aliâ aquâ extergantur (d mundentur. Ab eorum usu nec tàm facilè read erysipelas, nec tàm difficulter repellitur, quin stati ab initio applicationis & dolor & tumor cum rub re facessant.

PVLVIS BENEDICTVS AD CANCRVM.

℞. Ari præp. ℥ij. Arsenici præp. ℥j. Full gin. splendidæ & lectæ è caminis ubi ligna duntaxat querna aut fagina urun tur. ℥iij. Misce, & fiat omnium pulvis sub tilissimus.

Hic pulvis compositus servetur in pyxi de, vel vitro optimè clauso, ut ne humesca

al

b aëre. Hic usurpari intra primum annum non debet: quin quò antiquior, eò efficacior atque tutior est.

Usurus sic usurpet. Si ulceratus cancer est, ulceri probè exterso inspergat pulverem sic satis liberaliter, & tegat gossypio, madente salivâ jejuni, & ac linat proximum ulceri circulum. Gossypium omni manè simili sputo madefiat. Linamentum si contingat ulceri hærere, non prius cadit deindè, quàm unà secum radices educat. Interea, nisi virulentus, qui suboritur, ichor per ulcus expurgetur, plerumque doloris aliquid infert. Cujus gratiâ tamen removere medicinam, vel quid aliud superimponere non licet: sufficit in circuitu illevisse oleum rosatum.

Postea quam cum linamento crusta cancrosa excidit, operam adhibere sollicitam oportet, nequa radix supersit. Quamobrem denuò & eodem modo pulvis inspergendus: præsertim, si strumarum instar, tumor tumori superjacet.

Arum sic præparatur.

SErpentariæ sive dracunculi majoris radices, mensibus Junio, Julio, vel Augusto collectas suspende in loco perflatui obvio, & sicca benè, & serva usui. Cum haberi Arum majus non potest, ei substituere minus licet. Præferendum tamen majus.

Arsenicum ita præparatur.

SUme arsenici, non splendidi instar vitri, neque

neque rubei, sed albi calcinosi q. v. Pulv
subtilissimè & repone in loco calido,
affunde spir. vini q. s. irrigando. Defum
tertiò, & novum affunde. Hoc fac qu
quies; ultimâ autem vice sine spiritum
lum spontè vaporare, serva usui

ARCANVM ARSENICI.

℞. ARsenici cryſtallini ℔j. Tart. opt. ℥
Salis nitri ℔j. Seorsim pulveri
misceantur. Ignescat amplum vas ve
mentissimè, eique candenti injiciatur p
vis per cochlearia aliquantulum teger
cochleari; illicò cum magno fumo liq
scit. Relinque, donec ferè amplius n
fumet. Tùm projiciatur in mortari
marmoreum, vel aliud: sinaturque ut
frigescat. Habebitur massa rufa, quæ
sceatur, teraturque cum pari pondere
nitri; fiatque ut suprà in eodem vel n
vase. Subdatur ignis per sex horas; m
teria erit albissima, quæ ubi refrixerit,
quæ calidæ injicienda, ad separandum
lem petræ & tartari, in fundo remane
Arsenicum fixum correctum, & ab om
veneno liberatum. Reiteretur sæpiùs ab
tio in magna aquæ copia, in aquam ill
projiciatur materia fusa. Aqua cum

bus servari debet ad ablutionem; vel exhalatione sal etiam separari potest ad usum.

Arcanum hoc egregium ulceribus cancrosis, scirrhosis & malignis, ut & hypersarcomatibus succurrit.

TITULUS XXVI.

DE COSMETICIS.

COsmetica vera externè saltem adhibenda, non faciem tantùm clarificant, & dealbant, verùm omnes etiam faciei maculas & lentigines tollunt, cutimq; mollem reddunt. Hinc sexui muliebri admodum grata sunt, eaque sæpiùs magnis pecuniis sibi comparant. Multa quidem eorum à variis Medicis circumferuntur, nos solùm ea in hoc *titulo ultimo* communicabimus, quæ à præstantissimis & celeberrimis Chimicis describuntur, ac magni æstimantur.

MERCVRIVS COSMETICVS.

℞. MErcur. opt. purificat. à quo omnis nigredo diligenter sit ablutione ablata, ut in præparatione Arcani Corallini fieri solet. ℔ ß. Misce posteà in mortario lapideo marmoreo cum Mercurii sublimati pulverisati ana; ponantur omnia in alembico angusti

gusti orificii, superfuso aceto destillato, a
eminentiam trium aut quatuor digitorum
stent per dies tres vel quatuor; aliquoties in
die movendo, tunc album pulverem extra
hit; aufer per inclinationem acetum suball
bidum, aliudque acetum affunde: pulverem
album sponte ex aceto fundum petentem
per aliquot dierum moram abjecto aceto
serva: Reiteretur sæpissimè hic labor, donec
illius pulveris albi copiam habeas, quem per
se sicca, & ad suos usus, illinendo aquâ fl.
nymph. vel oleo amygdal. dulc. repone:
Non est corrosivus, ideò nisi velis, abluitio-
ne non eget ullâ.

Externè saltem adhibetur, illinendo sputo proprio vel aquâ fabarum, contra omnes faciei maculas, item serpiginem. Insuper magnum medicamentum incarnativum est. Nam in emplastris, præsertim Basilico majori frequenter in ulceribus Gallicis requiritur. Si cum unguentis, præsertim verò pomato, vel cum unguento populeo debitè misceatur; omnem scabiem manuum & totius corporis feliciter extinguit.

Cosmeticum autem hoc pituitosi sine difficultate non usurpare possunt. Amat nimirum Mercurius humiditates; quibus pituitosi abundant. Atque faciei maculas particulares ex-

tergit

...git quidem hoc compositum ex mercuriis, ...udo & sublimato, invicem longâ tritione per... ...istis, & per acetum destillatum posteà extra... ...is, sed pro Cosmetico tutò illud venditare, ...on tàm prudentis est. Licèt nimirum faciei ...egas & pleraque incommoda ipsius aliquandiu ...gat, solet tamen mirificè capiti & omnibus ...us partibus nocere.

Nervorum nimirum principio, hoc est, cere... ...ro Mercurius inimicus est: resolvit nimi... ...um, & magnorum morborum generationem ...usatur. Præterea dentes inextinguibili ni... ...edine inficit, gingivas resolvit, putridas & ...ulceratas facit, & casum dentium sine dolo... ...minatur. Ideoque in applicatione summè ...vendum est, ne oculi vel dentes attingantur. ...d quod sanè studiosè licèt evitetur, tamen sæ... ...ùs etiam sine tactu corporali (nam per cutem & carnem facilè transit Mercurius] adfectio... ...em hanc more suo suscitat, Ab ejus igitur ...u abstinendum potiùs est. Cæterum fuci ...u Cosmetica reperiuntur infinita alia, quorum ...æstantissima sunt desiderabilia; à Domicel... ...s magno ære recuperantur. Eorum addemus ...num atque alterum.

MAGISTERIUM COSMETICU[M] E MARCASITA SATURNI.

℞ MArcasitæ plumbi, quæ bismuth[um] dicitur, q.s. Aq. fort. fact. ex vitri[o]lo & nitro q. s. Solvatur in leni calore. [Se]lutum quod est, depleatur. Super inf[un]de Sal tartari in cella resolutum; sic [uno] momento præcipitabitur in alcohol, ni[vis] instar, candidissimum. Affusâ aquâ du[lci] liberari debet ab omni salsedine & acre[di]ne, & exsiccari.

Cosmeticum est insigne, faciei & manu[um] delens maculas. In faciei nitore curando [a]plicatur cum aq. fl. fabarum: in manuum m[a]culis delendis cum unguento pomato: sic t[ol]lichenes, impetigines, & quamcunq; scabriti[em].

PULVIS MANUALIS ODORATUS.

℞ MAgmat. express. amygdal. dulc. & [a]mar. ana ℥ij. Farin. fabar. ℥j. o[r] albiss. lupin. ana ʒvj. Radic. ireos *Floren[t.]* ℥ß. Fl. rosar. alb. exsicc. Benzoin. [a] ℥iij. Sal. tartar. albiss. Cret. alb. pr[æp.] Spod. præp. Sperm. ceti rec. ana ℥ij. [O]still. lign. rhod. ℈ß. caryophyll. lavend. [a] gt. v. Misce, & fiat omnium pulvis seu [mi]xtura.

Hic pulvis manus albas ac nitidas, cutimque mollem reddit, si frequenter eo laventur & fricentur.

BALSAMUM SAPONIS.

℞. SApon. *Venet.* in ſucco limon diſſolut. ℔ß. Coſmetic. Mercurial. Sacchar. cand. alb. Radic. Ireos *Flor.* ana ℥ß. Sal. tartari albiſſ. Alumin. ſaccharin. Borrac. *Venet.* ana. ℥ij. Balſam. Peruvian. odorif. ℥j. Gall. moſchat. ver. ʒß. Ol. ſtill. lign. rhod. cinamom. cariophyll. lavend. ana ℈ß. Miſce, & fiat ſ. a. Mixtura ad formam Balſami.

Vtere in lavando fricandoque manus, quia nivis inſtar dealbat, cutimque nitidam atque mollem reddit.

COSMETICUM EX TALCO.

CHimicorum multi expetunt Coſmeticum ex talco cujus ritè rectéque præparati ʒj. poteſt 80. vel 100. coronatis venire. Ejus præparatio ſequens non videtur à ſcopo aberratura, modò rectè agantur omnia. Primò fiat Spiritus aceti vini Hiſpanici optimus, ſi nempe ſingularum deſtillationum remanentes medietates colligantur,

tur,&exindè acerrimus spiritus eliciatur: quod omninò necessarium est, aliàs op vix proceder. Deindè ℞. Talcum *Ve*-*tum*, elegantem & exquisitum, scinde cultello in particulas, quantum fieri pote subtilissimas, affunde *Spir.* aceti acerrii in concha vitrea q. s. relinque æstivo tem-pore in sole ferventissimo, vel etiam ad mum digestionis per mensem, & quotidi aliquid de aceti spiritu superadde, donec cetum fiat quasi mucilaginosum seu olec sum, quod signum est perfectæ solutionis.

Hanc igitur materiam totam per reto tam loricatam igne nudo observatis grad bus in excipulum capax destilla; prim prodit acetum, posteà oleum album ele gans, utrumque separa.

Aceto possunt manus ablui, oleo verò fic inunctiones vultûs. Ajunt, si primùm faci fuerit diligenter ab omnibus sordibus purgata hanc infectionem unam posse integrum mensen durare sine aliqua noxa.

COSMETICUM EX CAN-CRIS.

℞. Ex cancris fluviatilibus elixis extre-mos apices carnis in forficibus ex-tremi

mis restitantes, eosque in mediocri nu-ero collectos exsicca leniter. Posteà trahe cum spiritu vini, & tingitur pul-errimè. Ablato per destillationem c menstruo ad quandam mellaginem, nc serva, *& cum pauxillo ejusdem priùs is ad libitum tinctis, postmodum Cosmetica a albificantia super illine.*

OSMETICUM EX FELLI-BUS TAURORUM.

FElla taurorum, exsiccentur placidè in sole. Posteà affunde spiritum vini, eliciatur tinctura, quæ aliquantulum ru-t, *illine faciem cum eadem hàc illàc, & lin-e per triduum aut quatriduum, ita tamen ne eant ædibus, aut aëri libero sese exponant. E-so hoc tempore facies eluatur sæpiùs aquâ ex ribus fabarum, vel nymphææ, vel polygonati, el furfuribus, quamquam etiam ante illinitio-m iisdem aquis facies purgari possit. Sic ad ir aculum usque albedinem gratissimam & cu-n faciei & colli tenerrimam & amabilem ddit. Hispaniæ Domicellæ ut & Anglicanæ os fucos adhibent tempor æstivo: alios hyber-; hyeme adhibent essentiam fellis tauri: æsti-o verò succum vel aquam recenter destilla-*

tam

tam exomphacio ; hæc nimirum refrigera magis & cutem retinet frigidam, imò facit, sudore vultus corripiatur. Præterea hanc lectionem illæ æstate faciunt, ut studeant volu ptati. Sumentes nimirum ab iisdem domicæl esculа æstivo tempore, plerumque refrigerati nem sentiunt, contra hyemali tempore cal rem. Genarum verò rubedo seu roseus col conciliari potest quoque superiori eleganti Co metico incarnante ex Cancris.

SECRETUM COSMETICUM

℞. MErcur. sublimat. Borrac. *Ven* Sacch. cand. alb. ana ℥ij. Pulver sentur subtilissimè, & seorsim in petia gata coquantur ad liquefactionem Me curii in Rorismajal. supra triticum co lect. ℔iv. & in colatura adhuc calida sol Camphor. ℥ij. posteà filtra & ad usum serva.

Externè saltem adhibetur contra omnes faciei maculas, quas tollit, & cutim dealbando lustrat. Sed in applicatione cave, ne oculos vel dentes attingat.

AQUA COSMETICA.

℞. LAct. caprin. ℔iv. Aq. radic. aron. fabar, rosc. alb. lil. alb. sigill. Salom a

na ℔j. Mell. virgin. alb. ℥iv. Sacchar. cand. alb, Thur. alb. ana ℥ij. Hermodactyl. alb. Ireos *Florentin.* Borrac, Venet. ana ℥j. Sal. tartar. alb. Ebor. ust. Camphor. ana ℥ß. Fl. narciss. alb. malv. min. alb. nymph. alb. ana ℥ij. Misce in B. M. inferendo pro ditioribus rostro alembici Galliæ moschat. ℈j. destillentur.

Externè saltem adhibetur ad faciem clarificandam & dealbandam. Item omnes faciei maculas & lentigenes tollit, & singulariter in ictericis foeditatem cutis emendat: Lavetur autem facies seu cutis aliquoties in die. Vel ℞. Aq. hujus Cosmetic. ℥vij. Mercur. Cosmetic. ℥ij. Misce, ut fiat instar lactis, quo facies sæpè illinatur.

AQVA COSMETICA NOBILIS.

℞. FL. lil. convall. Radic. sigill. Salom. seu polygonati Fl. genist. Herb. levistic. Radic. asphodel. bryon. lil. alb. ana Mj. Terantur simul, vel conscindantur, adde deindè Mellis clarificati ℥iv. Vini albi *Rhenani* ℔ij. Stent simul omnia in vino, donec putrescant, posteà destilla per alembicum, ter super

super fœces destillatum fundendo. hac aqua destillata suspende camphor. ʒ & *erit pretiosissima Aqua ad clarificandam faciem.*

PIVM VOTVM.



ÆTernus & immortalis Deus, qui Medicus summus, cunctis hisce Mysteriis & Remediis Chimicis, quæ hic Liber exhibet, divino afflatu, benignè & clementer benedicat, & largissimâ suâ misericordia omnis generis morbos à Laribus & Focis nostris longè ejiciat ac propellat. *Sit* quoque *Sacro-sanctæ TRINITATI* Laus, Honor & Virtus, quæ mihi voluntatem habilitatemque dedit, hos labores Chimicos & hæc grana Spagyrica è paleis eruta, non sine maximis studiis penitissimè sæpissimeque examinata, perpetuæ posteritatis memoriæ consecrare, & dicat totus *Senatus* Populusque *Spagyricus* mecum ex intimo corde, Amen.

Vive, Vale Lector, si quid scis rectius illis,
Candidus imperti: si non, his utere gratus.

FINIS.

μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

IN

INDEX
CLASSIVM, TITVLORVM, ARCANORVM CHIMICORVM, ET RERVM PRÆCIPVARVM QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

Prodromi Praxeos Chimiatricæ

Classis I.

Titulus I.

Titulus II.

Calc

Titulus III.

Prodromi Praxeos Chimiatric[illegible]

Classis II.

Titulus I.

C

Titulus II.

Phl

Titulus III.

Ex

Ca[...]

Titulus IV.

Titulus V.

Sal

Flo-

Spi-

Titulus. VI.

Oleum

P.

Titulus IIX.

S

M

Titulus IV.

Ba

Titulus V.

Titulus VI.

Titulus VII.

Titulus VIII.

Gar-

Titulus IX.

Spi.

Titulus X.

Essen-

Cr

Titulus XII.

Titulus XIII.

Fo-

Tin-

Titulus XV.

Tin.

Ta-

Titulus XVI.

Titulus XVII.

Arca[illegible]

Titulus XVIII.

Spo

Titulus XIX.

Sp

Titulus XXI.

Merc

Titulus XXII.

Alexi-

Oleum

Essen-

Titulus XXIV.

Mer-

Titulus XXV.

Aqua

Sal

Pu



CORRIGENDA.

PAg. 10. lin. 30. leg. opera patefacit. pag. 11 lin. 5. post & leg. in. pag. 34. lin. 8. leg. eorum pag. 76. lin. 9. leg. terminus. pag. 79. lin. 13. leg pristinam. pag. 80. lin. 17. leg. corallia. pag. 8 lin. 2. leg. ita in sublimatione exhalationes sicc adscendunt, & in altum sublatæ alembici lateribus atomorum instar adhærescunt. lin. 10. leg. crasce scunt, pag. 87. lin. 25. leg. halitus. pag. 90. lin 21. leg. separantur, pag. 94. l. 4. leg. phiala. pag 109. lin. 23. leg. producunt. pag. 119. lin. 16. leg. ha beret. pag. 137. lin. 22. post totam leg. naturam pag. 142. lin. 18. leg. adhibito. pag. 144. lin. 1 leg. ventre. pag. 169. lin. 23. leg. sunt. lin. 30. leg spiritus. pag. 186. lin. 22. post solùm leg. non. pag 201. lin. 3. leg. compagem. pag. 203. lin. 2. leg asservetur. pag. 206. lin. 11. leg. crucibulo. pa 259. lin. 28. leg. degente. pag. 264. lin. 14. leg. s picntis. lin. 15. leg. Hujus. lin. 16. leg. purga Ibid leg. fine. lin. 18. leg. vera. lin. 27. le quam. pag. 280. lin. 21. leg. rectificantur. pa 289. lin. 4. leg. fervent. p. 295. lin. 23. post q leg. parte p. 311. lin. 30. leg. ὄχημα. pag. 328. li 15. leg. usu. pag. 330. lin. 5. leg. cerebrum. pa 422. lin. 8. leg. haustu. pag. 536. lin. 2. leg. Ant poplecticum. pag. 620. lin. 2. leg. exsiccatos. pa 678. lin. 31. leg. dispareant, pag. 707. lin. 5. le post hujus dosis. pag. 748. lin. 25. post affligen lege ; pag. 765 lin. 23. leg. satureiæ. pag. 879. li 19. leg. cinnabaris. pag. 945. lin. 21. leg. forti.

Cætera errata benignus & æquus Lector fac emendabit ac tolerabit.